This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



Schram

[redacted]



J.X. Verhelst Sc. A.97

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONU
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORU
ECCLESIASTICORUM.

TOMUS XIV.

CONTINENS OPERA
SANCTI
GREGORII EPISCOPI NYSSENI.



SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCXCI.

1791

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

MONITUM
AD
LECTOREM BENEVOLUM.

Præſenti huic, æque ac aliis præcedentibus tomis, ſi primum duntaxat excipias, Eruditiſſimus Compilator, præfationem nullam cenſuit eſſe præmittendam; & merito quidem. Neque enim præclara Sanctorum Patrum, aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Opera ulla indigent aliena commendatione; neque aliunde Ipſum latere potuit, ſuam hanc Analyſin haud exiguo Virorum literatiſſimorum applauſu fuiſſe exceptam. Nobis nihilominus, qui ampliſſimam hanc Edi-

tionem nec ſine magnis curis accepta
mus, nec ſine minoribus expenſis hu
usque proſecuti ſumus, ſuperfluu
haud quaquam videtur, in fronte huju
ce Tomi peculiare quoddam Monitu
ſubminiſtrare, eo vel maxime; quod
ipſum in vaſtioribus ejusmodi operib
plerumque fieri perſpectum habeamus.

Peculiare hoc monitum non eum ſi
præfixum habet ſcopum, ut Analyſis iſ
fucatis quibusdam encomiis exornetu
Opera ſiquidem S. Patrum, aliorumqu
celebratiſſimorum Virorum, ſicuti in ex
tenſo volumine, ita pariter in exacta Sy
nopſi laudem omnem ſibi vindican
Eum igitur duntaxat in finem Monitu
iſtud collimat; ut Lectores benevoli a
legendos quoque Tomos reſiduos ex un
parte alacriores reddantur; ex altera pa
te pleniorem acquirant Notitiam eoru
libro

librorum, quos hic ipſe Eruditiſſimus Compilator a multis jam annis Officinæ Noſtræ librariæ ſumptibus Orbi Literario propoſuit, atque divulgavit.

Quod primum attinet, eadem profecto rationum momenta, quæ tot Doctiſſimos Viros ad comparandos ſibi priores Tomos impulerunt, pro hoc etiam Tomo, atque aliis ſubſequentibus militant. Præterquam enim quod indefeſſis Unius, ejusdemque Viri Clariſſimi ſtudiis compilentur, ex limpidiſſimis pariter fontibus Analyticæ expoſitiones hauriuntur; cum ad eas ipſis haud aliæ, ac caſtigatiſſimæ Editiones adhibeantur. Dein licet & innumera propemodum ſint SS. Patrum, Cœterorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Opera, & varia omnino inter ſe Argumenta contineant; nullum tamen, utut exiguæ molis ſit, opuſculum ita præ-

termittitur, quin ea, quæ alicujus momenti eſſe videntur, & ſolerter allegentur, & ſynoptice deſcribantur. Quod vero cuivis Literatorum Hominum non minus exoptatum, quam proficuum videri debet, prolixiore non nihil ſermone ea præſertim deducuntur, quæ ſeu ad ſtabiliendam Chriſtianæ Religionis Veritatem, ſeu ad ſartam tectamque conſervandam Eccleſiaſticæ Diſciplinæ puritatem plurimum afferunt emolumenti.

Alterum quod concernit, pleniorem certe Notitiam eorum Librorum, quæ Eruditiſſimus Compilator diverſo quidem tempore, æquali tamen eruditionis laude in lucem publicam emiſit, non poſſumus ſuppeditare; quam ſi integrum Operum Iſtorum Syllabum hoc loco afferamus; eoque modo, quo nunc exhibetur in iſtis pagellis.

SCHRAM.

SCHRAM, DOMINICI, Inſtitutiones Theologiæ Dogmaticæ, ſcholaſticæ, & moralis Methodo ſyſtematica propoſitæ. III. Tomi Edit. II. emend. & aucta. maj. 8. 1789.

— — Inſtitutiones Juris Eccleſiaſtici publici & privati hodiernis Academiarum moribus accommodatæ. Edit. II. 1782. Tomi III. maj. 8.

— — Epitome Canonum Eccleſiaſticorum ex Conciliis Germaniæ, & aliis fontibus Juris Eccleſiaſtici Germanici collecta, ac Ordine Alphabeti ſecundum materias diſtincta. maj. 8. 1774.

— — Summa Conciliorum, olim a Barthol. Carranza edita, nunc in novum ordinem redacta, & aucta. Tomi IV. maj. 8. 1778.

— — Inſtitutiones Theologiæ Myſticæ ad Uſum Directorum Animarum, Curatorum, Omniumque Perfectioni Chriſtianæ ſtudentium ex S. Scriptura, Conciliis, SS. Patribus, Myſticis primariis, & theologicis ratiociniis adornatæ. Tomi II. maj. 8. 1777.

SCHRAM, DOMINICI, Analyſis Operum SS. Patrum, & Scriptorum Eccleſiaſtico rum. Tom. I. maj. 8. 1780.

— — Tomus II. 8. 1780. Tom. III. 8. 1781

— — Tom. IV. 8. 1782. Tom. V. 8. 1783

— — Tom. VI. 8. 1784. Tom. VII. 8. 1784

— — Tom. VIII. 8. 1785. Tom. IX. 8. 1786

— — Tom. X. 8. 1787. Tom. XI. 8. 1788.

— — Tom. XII. 8. 1788. Tom. XIII. 8. 1790

— — Tom. XIV. 1791. 8. Tom. XV. ſub prelo.

CON-

CONSPECTUS
OPERUM,
S. GREGORII EPISCOPI NYSSENI.

I.
Explicatio Apologetica in Hexameron. pag. 2
II.
De Opificio Hominis. 17
III.
De Vita Moyſis, ſive de Vita perfecta. 77
IV.
In Pſalmorum inſcriptiones. 102
V.
Homilia in Pſalmum ſextum. 148
VI.
Expoſitio in Eccleſiaſten Salomonis. 155
VII.
Explanatio Cantici Canticorum. 199
VIII.
Expoſitio Orationis Dominicæ. 258
IX.
Homiliæ Octo de Beatitudinibus. 268

X.
Antirrheticus Adverſus Appollinarem. 3
XI.
De beneficentia erga pauperes. 3
XII.
Epiſtola, ſeu Liber contra Fatum. 3
XIII.
De communibus Notionibus adverſus Gr
cos. 3
XIV.
Contra eos, qui differunt Baptismum. 3
XV.
Homilia contra Fornicarios. 3
XVI.
Sermo de S. Spiritu in Pentecoſten. 3
XVII.
Oratio contra Uſurarios. 3
XVIII.
De SS. Trinitate adverſus Judæos. 3
XIX.
Liber contra Eunomium. 3
XX.
Epiſtola de Unitate Dei. 4
XXI.
Tractatus de Fide ad Simplicium. 4

XXII.
Oratio Catechetica, quæ dicitur magna. 440
XXIII.
Tractatus ſingularis de Virginitate. 470
XXIV.
Sermo contra Manichæos. 497
XXV.
Dialogus de Anima, & Reſurrectione. 499
XXVI.
De Nomine Chriſtianæ Profeſſionis. 509
XXVII.
De perfecti hominis Chriſtiani forma. 514
XXVIII.
De Scopo profeſſionis Chriſtianæ. 535
XXIX.
De Caſtigatione patienter ferenda. 540
XXX.
De Infantibus præmature abreptis. 543
XXXI.
Sermo de Nativitate Chriſti. 548
XXXII.
Sermo I. de S. Stephano Protomartyre. 557
XXXIII.
Sermo II. de Eodem. 564
XXXIV.
Oratio de ſancto Chriſti Baptiſmate. 567

XXXV.

XXXV.

Sermo I. de ſancto Feſto Paſchæ. pag. 57

Sermo II. ſeu III. de Eodem. 58

Sermo IV. de Eodem. 59

XXXVI.

Oratio de Aſſumptione D. N. J. Chriſti. 60

XXXVII.

Oratio de Deitate Filii, & Spiritus Sancti. 60

XXXVIII.

Oratio Funebris in S. Baſilium. 61

XXXIX.

Oratio I. in Laudem SS. XL. Martyrum. 62

XL.

Oratio II. de iisdem Martyribus. 630

XLI.

Oratio III. de eodem Argumento. 683

XLII.

Oratio in funere Pulcheriæ Theodoſii Magni Imperatoris Filiæ. 640

XLIII.

Oratio Funebris in Placillam Auguſtam Theodoſii Magni Imperatoris Conjugem. 645

XLIV.

De Vita S. Gregorii Thaumaturgi. 652

XLV.

Oratio in Laudem S. Theodori Martyris. 665

XLVI.

XLVI.

atio Funebris in Laudem magni Meletii Epiſcopi Antiocheni. pag. 671

XLVII.

atio in Laudem S. Ephræm Syri. 677

XLVIII.

e Vita S. Macrinæ Virginis. 692

XLIX.

atio de Luctu Mortuorum. 708

L.

Oratio de peregrinatione Hyeroſolimitana. 720

LI.

piſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam, & Baſiliſſam de Verbo divino. 724

LII.

Epiſtola ad Flavianum de Peregrinatione Hyeroſolimitana. 729

LIII.

piſtola ad Euſebium de Feſto Nativitatis, & Reſurrectionis Domini. 732

LIV.

piſtola ad Sebaſtenos de vera Fide. 733

LV.

equuntur Septem Epiſtolæ, quarum duntaxat Summarium oſtenditur. 734. ſeq.

LVI.

LVI.

Epiſtola X. ſacra ſtudia commendat. pag.

LVII.

Epiſtola XI. ad Eloquentiam hortatur.

LVIII.

Sequentes duæ Epiſtolæ res momenti e
ſummatim pertractant.

LIX.

Epiſtola XIV. de electione Epiſcopi.

LX.

Epiſtola XV. S. Gregorii Exilium exhibet.

LXI.

Epiſtola XVI. Ejusdem calamitates refert.

LXII.

Epiſtolæ quatuor ſequentes præter Sum
rium nihil aliud habent. 743.

LXIII.

Epiſtola XXI. agit de tentatione dæmonis.

LXIV.

Epiſtola Ultima de ædificatione Sacelli.

SAN

SANCTI

GREGORII NYSSENI

EPISCOPI

O P E R A.

I.

S. Gregorii Nyſſeni Vita, & Scripta.

Sanctus Gregorius Nyſſenus Nyſſæ in Cappadocia Epiſcopus, frater D. Baſilii natus eſt ad annum 330. Primum Rhetoricam profeſſus eſt, & ægerrime Eloquentiæ ſtudiis nuntium remiſit, ut ſtatum eccleſiaſticum amplexaretur. Aliquanto poſt Baſilium deſignatus eſt Nyſſæ Epiſcopus anno 371. Sed non diu ſedem illam tranquille occupavit; nam ſubito a Valente Imperatore exagitatus anno 374 ſede ſua pulſus fuit. Verum anno 378 cum cæteris exulibus Epiſcopis in epiſcopalem ſedem ſuam denuo evectus eſt. Magnam deinde ſibi admirationem conciliavit in Concilio generali Conſtantinopolitano anno 382 celebrato, in quo orationem funebrem in D. Meletium Antiochenum

num Epiſcopum habuit, & accenſitus fuit numero Epiſcoporum, qui dioeceſeos Ponti curam gererent. Cenſetur etiam interfuiſſe Concilio in eadem urbe habito anno 385 nomenque etiam ejus memoratur inter Metropolitanos in Concilio Conſtantinopolitano pro encoeniis anno 394 coacto, & aliquanto poſt e vivis exceſſit.

Gregorius Nyſſenus multa opera compoſuit, quorum elenchum exhibet Index huic Tomo præfixus. Editiones horum operum refert Fabricius *tom.* 8. Bibliothecæ Græcæ, ſcilicet ſequentes. Latinæ ſunt Coloniæ 1537 fol. Baſileæ an. 1562. fol. Pleraque Laurentio Sifano interprete. Baſileæ 1571. fol. Pariſiis an. 1573. fol. & an. 1603. fol. curante Frontone Ducæo, quæ ceteris eſt accuratior. Græco-Latinæ ſunt. Pariſ. 1615. 2. Vol. Ibid. 1638. 3. Vol. quæ tamen non tam nitida & emendata eſt, quam prior Nivelliana.

TOMUS. I.

S. GREGORII NYSSENI EPISCOPI EXPLICATIO APOLOGETICA IN HEXAMERON AD PETRUM SEBASTENUM EPISCOPUM FRATREM SUUM.

Monitum.

Argumentum libri. Explicatio hæc in Hexameron ſeu hiſtoriam ſex dierum, quibus mundus a Deo creatus eſt, Apologetica appellatur; quia continet

net ſimul defenſionem Moyſis, & eorum, quæ in fratris Baſilii Hexamero nonnulli vel reprehenderant, vel deſideraverant. Latine vertit Laurentius Siſanus in latina editione operum Nyſſeni Baſil. 1562 & Petrus Franciſcus Zinus Venet. 1553 & 1574 in 8vo.

ANALYSIS.

1. Sanctus Gregorius poſtquam ſat longa præfatione difficultatem explicandi Hexameri propoſuit, & S. Baſilii fratris ſui in hac materia ingenium & doctrinam ſummopere commendavit, tandem ita ſcribit. „Nemo expectet a nobis, ut quæſtionibus, quæ
„vel ex ſancta Scriptura, vel ex iis, quæ a
„Præceptore meo (Baſilio) declarata ſunt,
„quæque in communem opinionem cadere
„videntur, implicemur. Nobis enim non eſt
„propoſitum, ut ea conciliemus, quæ proti-
„nus inter ſe apparent contraria. Quam-
„obrem liceat nobis ex inſtituto noſtro ver-
„borum ſenſum explorare, & in eam curam
„incumbere, ut vocibus in ſignificatione pro-
„pria permanentibus certum rerum procrea-
„tionis ordinem, ac ſeriem contemplemur.

Scopus ſcriptoris.

2. *In principio*, inquit, *fecit Deus cœlum*
„*& terram Gen.* 1. & reliqua, quæ deinceps
„mundi fabricam, & ea, quæ ſex dierum
„ſpatio facta ſunt, complectuntur. Cæterum
„priusquam eorum, quæ ſcripta ſunt, expoſi-
„tionem aggrediamur, illud nobis conſtitu-
„tum ſit, in natura divina cum voluntate

Deus ſapientia & voluntate omnia facit.

„concurrere poteſtatem, ut Dei poteſtatis
„menſura ſit ipſa voluntas: voluntas autem
„eſt ſapientia. Sapientiæ vero proprium eſt
„non ignorare, quo modo unum quodque
„fiat; porro cognitionem poteſtas ſequitur.
„Quapropter ſimul & facienda cognovit, &
„nulla interpoſita mora concurrit rerum effe-
„ctrix, vis, quæ cognita efficeret, & ſine
„ullo intervallo cum Voluntate conjunctum
„opus continenter oſtenſum eſt; quandoqui-
„dem potentia voluntas eſt. Quamobrem
„omnia, quæ in Deo ſunt, ad rerum procrea-
„tionem pertinentia ſimul cogitantur, volun-
„tas, ſapientia, poteſtas, & rerum ipſarum
„natura.

Materialia quomodo Deus creavit.

3. „Quæ cum ita ſint, nemo amplius,
„quomodo aut unde, perſcrutando torqueatur,
„ſolent enim quidam percontari: ſi Deus ma-
„teria vacat, unde materia? quomodo quan-
„tum ex eo, qui caret quantitate? quomodo
„aſpectabile ex illo, qui cerni non poteſt?
„Hæc & alia, quæ in ipſa materia videntur,
„quonam pacto produxit ille, qui in natura
„ſua nihil habet ejusmodi? Sed ad hæc una
„nobis ſolutio eſt. Cum Deus omnia poſſit,
„ad rerum procreationem ſapienti, potenti-
„que voluntate ſimul omnia contulit, levita-
„tem, gravitatem, figuram etiam, quæ qui-
„dem ſunt tenues quædam, nudæque notio-
„nes; nihil enim horum unum per ſe mate-
„ria eſt, ſed cunctis inter ſe concurrentibus
„materia fit.

4. „Si

4. „Si ergo Deus ſapientiæ potentiæque „præſtantia & omnia novit, & poteſt omnia, „aliquo modo fortaſſe ad excelſam Moyſis „vocem accedimus, qui *in ſumma*, inquit, „ſic enim Aquila pro in principio vertit, *fe-* „*cit Deus cælum & terram*. Quoniam enim „procreationis librum compoſuit Propheta, „ut ad Dei cognitionem dux eſſet, & ut eos, „qui ſenſibus devincti ſunt, per ea, quæ cer- „nuntur, ad illa perduceret, quæ ſenſibus „comprehendi non poſſunt, cælo autem & „terra noſtra per oculos cognitio terminatur, „idcirco extrema eorum, quæ ſenſu a nobis „percipiuntur, tamquam res omnes comple- „ctentia nominavit, & pro eo ut diceret, ſi- „mul omnia Deum feciſſe, in ſumma, ſive „in principio dixit, eum feciſſe cœlum & ter- „ram. Utriusque autem vocis una ſignifica- „tio eſt; & principium enim & ſumma æque „declarant idem. Quare per ſummam decla- „rat omnia ſimul fuiſſe procreata, & per „principium cuncta momento, ſine ullo tem- „poris ſpatio facta fuiſſe. Rerum igitur ſi- „mul omnium conſtructio ab inexplicabili Dei „potentia profecta principium a Moyſe ſeu „ſumma, in qua conſiſtit rerum univerſi- „tas, nominatur, & dum rerum extrema „proſequitur, tacite etiam indicat, quæ ipſis „extremis comprehenduntur. Extrema au- „tem dico habita ratione ſenſus humani, qui „nec ſub terram penetrat, nec cœlum tranſ- „cendit. In principio igitur mundum eſſe „conditum dicens, ſignificat, rerum omnium „cauſas & vires a Deo eſſe confectas, & ad

Nomine cæli & terræ quid ſignificetur.

„primum voluntatis illius motum res ſingu„las extitiſſe, cœlum, ſtellas, ignem, aerem, „mare, terram, animalia, plantas.

Ordo rerum creatarum unde. 5. „Atque hæc quidem omnia Dei oculis „cernebantur, ut inquit Propheta: *qui videt* „*omnia, priusquam fiant. Dan.* 3. Sed pote„ſtate, ſapientiaque ad ſingularum mundi „partium perfectionem collata neceſſaria quæ„dam ſeries ordine quodam conſecuta eſt, ut „unum aliquod ex tota rerum univerſitate „primum extiterit & apparuerit, deinde poſt „illud neceſſario alterum ſecutum, tum ut „artificioſa natura cogebat, tertium & quar„tum & quintum, & reliqua deinceps; non „caſu, ſed prout neceſſarius naturæ ordo „requirebat.

Vox fiat quid oſtendat. 6. „Quasdam & voces imperantis Dei „ſingulis rebus, quæ generantur, aſſignat; „quidquid enim ordinate ſapienterque factum „eſt, quamdam veluti vocem Dei viciſſim „refert: & cum Dei naturam ignoremus, „ipſam potentiam & ſapientiam concipientes „Deum mente nos credimus concepiſſe. Id„circo, quando conditus eſt orbis univerſus, „antequam ſingulæ ejus partes apparerent, *Quid tenebræ ſuper terram.* „tenebris totus obtegebatur; quia ſplendor „ignis, qui ſub materiæ particulis latitabat, „nondum effulſerat, ad inſtar ignis in ſilice „latentis. Nam cum uno divinæ voluntatis „motu nuper indiſtincta rerum univerſitas ſi„mul extitiſſet, omniaque elementa permix„ta eſſent; ignis, qui ubique diſſeminatus erat,

obſcu-

„obſcurus jacebat, materiæque abundantia „ſupprimebatur: verum quoniam vis ejus ve„lox & agilis eſt, ſimul atque rerum natu„ræ ad mundi conſtitutionem a Deo motus „principium & incitatio adhibita eſt, ante „illa omnia, quæ graviora ſunt, exiliens, „lumine ſtatim cuncta illuſtravit.

7. „Hoc autem ſapientiæ ratione fecit po„tentia Conditoris, qui, *fiat*, inquit, *lux & „facta eſt lux.* Oratio enim & ratio in Deo, „eſt opus & factum; quidquid enim ab eo „fit, ratione fit; ſic enim David nobis expo„ſuit, *omnia* inquiens *in ſapientia feciſti.* Pſ. 103. „Sic igitur antevertit, & celeritate mobili„tateque ſua vis illuminandi a rerum univer„ſitate ſeceſſit, ſeque ipſam ab aliis natu„ris ſejunxit, atque ita ſplendida ejus poten„tia illuſtratus eſt orbis. Qua autem ratione „hæc effecerit ignis natura, ſolius Dei eſt „explicare, qui naturæ vim inſeruit illumi„nandi, qui etiam vidit, *lucem eſſe bonam.* „Vere enim Dei ſolius eſt, intueri, quo mo„do ſit ita bona; imbecillitas autem naturæ „noſtræ, quod ſit, perſpicit quidem, qua „ratione autem fiat, nec perſpicere poteſt, nec „laudare: laudantur enim, quæ cognoſcun„tur, non autem, quæ ignorantur. *Lucis creatio.*

8. „Vidit igitur, inquit, Deus lucem eſſe „bonam, & *diviſit inter lucem & tenebras.* „Rurſus Moyſes, quod naturali quodam ordi„ne fit, neceſſario ad Deum Auctorem refert, „ex iis, quæ dicta ſunt, docens, omnia quæ *Diviſio lucis a tenebris.*

„neceſſario ordine proditura erant, Deo pri-
„mum fuiſſe cognita. Etenim cum natura
„illa lucida, quæ in rerum univerſitate dis-
„perſa erat, ad ſibi ſimile accurreret, neceſſa-
„rio ea, quæ & reliqua elementorum materia
„contecta remanebant, obſcurabantur, &
„hæc obſcuratio tenebræ erant.

Veſpere & mane: dies & nox quid & unde.

9. „Porro illud in genere narrationis hi-
„ſtoricæ a Moyſe conſcriptum eſt: *& factum
„eſt veſpere, & factum eſt mane.* Cum enim
„ignis, qui natura ſua celerrime ſurſum ten-
„dit, cæteras ſenſui affines res celerrime per-
„tranſiſſet, nec motum rectum longius vale-
„ret producere, quod res illæ, quæ mente
„ſolum percipiuntur, nullo pacto cum rebus
„ſenſibus expoſitis, qualis eſt etiam ignis,
„commiſceri queant, ſummam mundi regio-
„nem obtinens, in orbem neceſſario motum
„egit. Itaque Moyſes ignis motum conſide-
„rans non ait, lucem procreatam in eisdem
„partibus permanſiſſe, ſed vehementi motu
„craſſiorem rerum molem obeuntem & ob-
„ſcuris attuliſſe ſplendorem, & illuſtratis te-
„nebras reliquiſſe. Hac autem lucis & te-
„nebrarum ſucceſſione æquis temporis inter-
„vallis in regione inferiori peracta Moyſes
„diei noctisque denominationem Deo tri-
„buens, *appellavit*, inquit, *lucem diem, & tene-
„bras noctem.* Nam cum illuſtrandi vis natu-
„raliter non poſſet quieſcere, ubi lux per
„ſummam circuli partem tranſiens ad ſupe-
„riora pervenit, neceſſe fuit, ut inferiora
„obſcurarentur: ignis igitur abſceſſum *veſpe-
„ram*

„*ram* nominavit. Rurſus autem cum ignis „ſupremum circulum percurreret, & ſupe„rioribus lumen afferret, illud ipſum factum „vocavit *mane*, crepuſculum ſic appellans.

10. „Scriptum eſt ulterius: *terra autem* „*erat inviſibilis & incompoſita*; ut planum fie„ret, omnia quidem fuiſſe poteſtate in primo „Dei ad procreandum appulſu, tamquam vi „quadam ſeminis ad mundi procreationem „conjecta, actu vero res ſingulas minime „fuiſſe: terra enim, inquit, erat inviſibilis. „Quod perinde eſt, ac ſi diceretur, erat, & „non erat, ſiquidem ad eam nondum con„currerant qualitates. Quod enim videtur, „color eſt, color autem eſt quidam veluti „fluxus ex ſuperficie figuræ; figura vero non „eſt ſine corpore. Quamobrem ſi inviſibilis „erat, colore carebat, quod autem coloris „eſt expers, figura, & conſequenter cor„pore vacat. Ex eo ergo quod inviſibilem „terram fuiſſe dicit Scriptura, nec aliam ul„lam in ipſa qualitatem fuiſſe demonſtrat; „quod autem incompoſitam vocat, indicat, „eam nondum corporis proprietatibus fuiſſe „concretam. Hoc autem ex Symmachi, & „Theodotionis, & Aquilæ interpretatione „clarius fit, cum primus eorum dicat: *terra* „*autem erat iners & indiſtincta*: alter autem: „*erat inanis & nulla*: tertius vero: *erat nihil* „*& nihilum*. Ex his enim intelligitur, terram „ex eo, quod iners eſſet, nondum actu „fuiſſe, ſed ſola poteſtate: quod autem in„diſtincta, nondum ſingulas qualitates inter

Terra quomodo inviſibilis & inanis.

 „ſe

„ſe fuiſſe ſeparatas, quod idem ſignificat in
„anis & nulla. Tertiam interpretationem e:
„Epicuri depromptam Philoſophia ſine conſi
„deratione relinquendam exiſtimo.

Firmamentum quid.

11. „Verum ad inſtitutum noſtrum rever
„tamur, videamusque, quomodo *firmamen*
„*tum* factum ſit, quod ſuperiorum, & infe
„rirum aquarum confinium eſſe dicit: eg
„exiſtimo, firmamentum non eſſe corpus ſo
„lidum ac durum, ſed extremum illud natu
„ræ ſenſibilis, quod ignis vi ſua perpetu
„mobili ambit. Quis enim neſcit, quod ſo
„lidum eſt utpote grave ſurſum ferri non poſ
„ſe? At rebus cunctis ſenſibilibus ſuperiu
„eſt firmamentum, ex quo fit, ut nihil in e
„craſſum cogitari poſſit, ſed rerum, quæ cor
„pore vacant, & animo tantum comprehen
„duntur, comparatione; quidquid enim ſenſi
„bus eſt obnoxium, ſolidum dicitur, licet natu
„ram maxime ſubtilem obtineat. Merito igi
„tur quod ignis ambitu continetur, ſcilicet,
„quidquid ex craſſa materia conſtat, id pro
„priis ſemel terminis circumſcriptum ob na
„turalem materiæ craſſitudinem ad ſuperio
„rum differentiam vocatum eſt firmamentum:
„quemadmodum autem & lucem diem, &
„tenebras noctem, ſic illud cælum appellavit.

Diviſio aquæ inferioris a ſuperiore.

12. „Porro illa aquarum ſeparatio firma
„mento intercedente fit, & aqua, ſuper qua
„ferebatur ſpiritus Dei, diverſa eſt ab iſtarum
„aquarum natura, quæ deorſum fluunt, &
„firmamento ab hac ſejungitur. Igitur firma
„men-

„mentum terminus eſt rerum, quæ ſenſibus „comprehenduntur; quod ultra illum termi„num eſt, res, quæ mente percipiuntur, ex„cipiunt. Aquarum igitur ſeparationem per „firmamentum conſecutam dicens, nihil a „Scriptura abſonum, aut a nominis ſignifica„tione alienum mihi facere videor, ſi diſcri„men inter earum naturas intelligam, atque „unum illarum ſurſum tendere, & nihil gra„vitatis habere, & ignem levitate ſuperare „mihi perſuadeam: alterum autem illud eſſe, „cujus naturam oculis & ſenſibus cognoſci„mus; quæ enim hic & deorſum fertur aqua, „& perlucida cernitur, & guſtu dignoſcitur, „quam ad aliam notionem transferre non co„gimur. At quæ ibi aqua dicitur, cum nec „videatur, nec ullis terminis contineatur, ſed „extra locum ſit, & expers omnium qualita„tum, quæ ſub ſenſum cadunt, & ſuper ipſa „feratur ſpiritus Dei, & ſupra cœlos eſſe cre„datur, qui non a communi aqua diverſam „putet, & mente ſolum comprehenſam, in„ter eos, qui judicare poſſunt, arbitror eſſe „neminem.

13. „Omni igitur tum lucida tum ignea „natura propriis qualitatibus a cæteris ſejun„cta & diſtincta aeris conſtitutio ſilentio præ„termittitur, cum tamen ordinis ratio poſtu„laret, ut igne conſtituto de ipſo aere diſpu„taretur, qui cum ignis levitate quandam „habet cognationem. Moyſes autem omiſſo „aere de gravi natura diſſerit: quod quidem „non ideo facit, quod nihil ad mundi con„ſtitu-

Aer cur non memoretur.

„ſtitutionem conducat, aut quod ſeclufus „ſit ab elementorum poteſtate; ſed quia for„taſſe natura molli præditus res omnes in „ſeſe ſuſcipit, easdemque præſefert, cum „nec calorem proprium, nec figuram habeat, „ſed alienis & coloribus & figuris informetur. „Nam & lucis ſplendore ſplendidus fit, & te„nebrarum interventu niger & obſcurus, & „ad omnium rerum, quas ſuſcipit, motum „ſe accommodat. Quare cum in aere verſe„tur hominum vita, & omnis ſenſuum actio „in aere vim ſuam obtineat, ſiquidem per „ipſum audimus, odoramur, & ſpiritum du„cimus, quod vitæ munus maxime proprium „& neceſſarium eſt, qui enim reſpirandi, „idem ſimul fecit etiam vivendi finem, id„circo ſapientiſſimus Moyſes, illum ut con„junctum nobis elementum, in quo ab ipſo „ſtatim ortu enutrimur, tacite præteriit.

luctio, is & a. 14. „Cum igitur dies ſecundus tranſiſſet, „Dei voce aqua a terra ſeparata eſt: *Dixit „enim Deus, cogantur aquæ in congregationes „ſuas, & appareat arida.* Neceſſarium natu„ræ ordinem cernis, quomodo expreſſa aqua „ab ipſa terra, quod ab humiditate ſecretum „eſt, exareſcat, & quomodo, cum id, quod „humidum eſt, non amplius in cæni morem „cum terra permixtum ſit, receptaculis qui„busdam cingatur aqua, ne propter naturam „diſpereat, ſi effuſio ejus nulla re coerceatur. „Unde etiam mare ſemper in propriis termi„nis permanet; quia acceſſio illa, quam ex „confluentibus aquis aſſidue acquirit, ex-

hau-

„hauritur & conſumitur a caliditate, quæ „tenues humidæ naturæ vapores attrahit. „Verum quia mediterranea loca, & quæ magis ad Aquilonem vergunt, huic rationi „videntur adverſari, quia in his partibus ab „aeris ambientis frigiditatem mare non ad„modum calefiat, & vaporum confectio tor„peat, eam dupliciter confirmabimus. Pri„mo, licet innumerabilia maria videantur, „unum tamen & continuum eſt mare per or„bem univerſum commeans, nullo pacto a „conjunctione divulſum: quamobrem ſi per„petua caliditatis præſentia, quod auſtrale „eſt, ſuccendatur, in illis item partibus di„minutio ſentietur, aquis ſponte ſua deor„ſum confluentibus ad explendum id, quod „exhauſtum eſt. Secundo, cum totum mare „ſit ſalſum, par fiet vaporum digeſtio; ſal„ſorum enim naturalis eſt ſiccitas. Quare ſi „qualitas hæc per totum mare diffuſa eſt, „pariter etiam agit in omnibus ejus parti„bus; unde non abſurdum eſt exiſtimare, „æquabiliter undique humiditatem conſumi, „mare per vapores exhauriente aere.

Cur mari non redundat.

15. „Porro ex imbrium guttis collecta aqua „torrentes naſcuntur, & ex humoris ſenſim „e terra manantis copia multis fluentis co„acta oriuntur flumina, quibus aqua ideo „non deficit, quod terra in illam transmu„tetur. Terræ vero magnitudo non imminui„tur; quia aſſidue ab exſiccatis vaporibus „inſtauratur. Quippe aqua per vapores ſub„lata fit aer: aer madefactus in ſuperiori

Origo fluminum.

„flam-

„flamma exſiccatur, & quod terrenum eſt, „per ignis naturam ab humido ſecernitur, „terræque redditum per qualitatem frigidam „in aquam commutatur. Ex hoc fit, ut ſine „ullo impedimento ſemper elementa viciſſim „inter ſe commeent, & circumferantur, nul„lumque ex illis aut conſumatur, aut redun„det; ſed omnia in ſua menſura perpetuo „maneant.

roductio lis, lu- a, & ſtel- rum.

16. „Tempus nunc eſt, ut quæramus, „quomodo poſt tertium diem factæ ſint om„nes, quæ in cœlo ſunt, ſtellæ. Simul igi„tur cum reliquis rebus omnibus facta eſt „lux, ſed non extemplo rebus omnibus præ„luxit, quamdiu partes rerum obſcuræ vim „ejus illustrantem impediverunt; at ſimul „atque rebus creatis ornatus occaſio & in„citatio conceſſa eſt a Deo, ignea vis illus„trandi præfulſit omnibus, ſibique naturæ „levitate ac mobilitate patefacta via proſiluit. „Ac tunc quidem univerſa in ſe coacta mun„dum obibat, mox autem propriis partibus „in ſibi cognata diviſa eſt, & omnibus par„ticulis, quæ in ſolis illuſtrantem naturam „conjectæ ſunt, concurrentibus unum quid„dam magnum effectum eſt; quod itidem „evenit in Luna, cæteriſque tum errantibus „tum non errantibus ſtellis, ut ſimilium cu„jusque particularum concurſus unam ali„quam earum efficeret, & ita omnes, con„fectæ ſunt. Contentus autem Moſes his lu„minare tantum majus, & luminare minus „nominaſſe, cæteras omnes communi nomi„ne

ne ſtellas appellavit, in quibus licet innumerabiles ſint differentiæ, in ſuo tamen ſitu a naturali proprietate collocata ſunt, quo naturæ inſita vis ſingulas duxit. Nec ulla confuſio ſecuta eſt, propter ordinem a divina ſapientia ſingulis adhibitum, ita ut ſuperiorem regionem circulus obliquus ſeu ſignifer occuparet, & in hoc certam unumquodque ſignum ſedem obtineret, in ſignis vero ſingulæ ſtellæ non fortuito, ſed ordine ſuis quæque locis collocarentur, ac firmæ permanerent, uti Creatoris ſapientia præſcribebat. Porro ſplendentem ſolis vim ita ſupra nos collocavit, ut neque hebetarentur ejus radii longinquitate, nec propinquitate nimia moleſtiam afferrent, aut quomodo materiæ magis immerſum, magisque craſſum Lunæ corpus inferius conſtitutum ſit, oberretque terræ proximam regionem, & cum obſcura ſit, illuſtrandi tamen habeat facultatem; naturæ enim ipſius craſſitudo proprium nitorem obtundit, ſed oppoſito ſolis radiorum lumine ab illuſtrandi vi non eſt penitus aliena.

17. „Siquis autem a nobis & tertii cœli *Tertium* rationem petat, quod Moyſes non ſcripſit, *cœlum* ſed Paulus vidit. 2. Cor. 12. Et in ipſo *quodnam* tamquam in adytis ſapientiæ conſiſtens arcana audivit, ab iis, quæ expoſita ſunt, tertium illud cœlum non abeſſe reſpondebimus: videtur enim mihi magnus Apoſtolus mente omnes ſuperiores totius naturæ, quæ ſenſu percipitur, terminos tranſcen-

„ſcendiſſe, ad eamque ingreſſus eſſe, q
„mente comprehenditur, cum ſpectacul
„illud minime corporeum fuerit, ut i
„met ſignificat, ſive in corpore, inquie
„neſcio, ſive extra corpus, neſcio, D
„ſcit, raptum ejusmodi hominem usque
„tertium cœlum. Summum igitur illud
„mum hujuſce mundi, quem aſpicimus,
„bitror a Paulo tertium cœlum appell
„tripliciter enim dividit omne, quod cerni
„& ex ſcripturæ conſuetudine ſingulas pa
„cœlum vocat. Sic ſpatium illud craſſi
„aeris, quo & nubes & venti, & ex
„volucrum volatus perveniunt, cœlum u
„nominat; cum & cœli nubes dicat, &
„lucres cœli. Deinde alterum cœlum &
„mamentum appellat ſpatium illud, q
„in erranti ſphæra incluſum conſideratur
„quo ſtellæ, quas errantes nominant,
„vagantur, ſic enim ait: *Fecit Deus lum*
„*ria magna*, & *poſuit ea in firmamento c*
„*ut lucerent ſuper terram.* Ea denique, q
„verbis explicari non poſſunt, tertium
„lum appellavit harum trium ſectionum
„tremam.

18. „In reliquis autem ad mundi proc
„tionem pertinentibus, quæ ſex dierum
„tio facta ſunt, immorari ſupervacane
„duximus, cum ſuprema illa præcept
„(*Baſilii*) vox nihil omiſerit, quod ad
„diſputationem pertineret, excepto ho
„nis opificio, quem proprio libro nos ex
„cavimus. Omnes autem, ad quorum

„

ıs hi libri pervenerint, rogatos volumus, in neutro illorum me ſtudio præcepto-: putetis adverſari, ſed in priore quidem iſtum argumentum ſuſcipientem ad di-ſe diſputationem de homine iis, quæ in ɜxameron ab eo fuerant elaborata; in hoc tem propter eos, qui in Scripturæ mo-mentis ordinem requirunt, ad hæc ſcri-nda ſic animum appuliſſe, ut verborum ; in iis, quæ ſcripta ſunt, ſervaretur, naturalis commentatio a verbis non diſ-ſtiret. Siquid autem omiſſum fuerit, ne ıve ſit, vel tibi pro ſapientia tua, vel icunque hæc legerit, ea perficere, quæ eſſe judicabit; nobiscum enim exiſti-ıbimus actum eſſe præclare, ſi noſtra ɜc munuſcula in pilorum numero habean-r, modo per veſtram auro contextam pur-ıram tunica ſermoni addatur. *Exod.* 25. ıi nomen eſt rationale, & declaratio, & ritas, ſicut appellat Moſes, qui tales Sa-rdoti confecit mandato Dei *Exod.* 28. Cui m Unigenito Filio, & Spiritu ſancto gloria, imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ı. GREGORII NYSSENI EPISCOPI DE OPIFICIO HOMINIS LIBER.

Monitum.

lber de Opificio hominis ad Petrum fra-trem jam Epiſcopum Sebaſtenum miſſus eſt

eſt A. C. 379. circa Feſtum Paſchatis, q
veteres opus admirandum vocant; com
tus eſt ad ſupplendum S. Baſilii Hexa
ron, uti S. Nyſſenus ipſe in præfation
dictum Patrem teſtatur. Vertit eum
olim Dionyſius exiguus ante an. Chr.
denatus, cujus interpretatio extat in La
operum Nyſſeni editione Baſil. a. 1562.
diit illa primum Coloniæ A. 1537. inde
1551. 1573. In quibus editionibus defe
Præfationis Nyſſeni, & epiſtolam Dio
dedicatoriam ad Eugippium ſupplevit D.
billonius tom. 2. Analect. At in Græc
tinis editionibus extat ex verſione accur
re Joannis Leunclavii, cujus verſio e
editioni Baſil. A. 1571. inſerta eſt.

ANALYSIS.

CAPUT I.

In quo de mundo particulatim diſſerit jucundeque ea, quæ hominis ortum præceſſe commemorantur.

ductio ndi. „Hic eſt, inquiunt litteræ ſacræ, liber „ortu cæli & terræ. Eo nimirum t „pore, quidquid cernitur, perfectum fu „atque creata ſingula ſecreta inter ſe, ſu „que quælibet in locum commigrarunt, „leſteque corpus orbe ſuo univerſa com „ctebatur: gravibus, ac deorſum vergenti „corporibus terra & aqua medium in rer „univerſitate locum occupantibus, amp

„xuque mutuo ſe continentibus. Quippe
„quiete ac motu effectum eſt, ut res necdum
„exiſtentes orirentur, & ortæ conſervaren-
„tur, cum circa res gravitate firmas ac mo-
„tus omnis expertes veluti ſolidum axem ce-
„lerrimus poli motus inſtar rotæ ferretur,
„& mutua quaſi ope ſemet hæc perpetuo con-
„tinerent: nam neque terra umquam a ſta-
„bilitate ſua dimoveri poteſt, neque cælum
„de vehementi motus impetu quidquam re-
„mittit. Itaque magnum illum Moyſen,
„cum ait, initio cælum & terram Deum con-
„didiſſe, hoc indicare voluiſſe exiſtimo, res
„univerſas de voluntate & ſententia Dei a mo-
„tu & quiete profectas eſſe. Denique uni-
„verſus creatorum theſaurus jam terra ma-
„rique paratus erat; cum is ſolum deſidera-
„retur, qui eo frui poſſet.

CAPUT II.

Quamobrem creatis rebus cæteris, ultimus omnium homo conditus ſit.

„Nondum eximium illud creatum, quod *Cur homo*
„hominem dicimus, in hoc univerſitatis *poſtremo*
„ornatiſſimo domicilio verſabatur: quippe *creatus.*
„conſentaneum non erat, Imperatorem exi-
„ſtere prius, quam eos, quibus eſſet cum
„poteſtate præfuturus. Idcirco univerſitatis
„hujus Creator, ei, qui imperaturus erat,
„quamdam ſedem regiam præſtruxit; ea ve-
„ro terra erat & inſulæ, & mare & ipſum
„cælum, quo omnia tamquam tecto conca-

 „me-

„merantur. Atque his in palatiis omnis ge-
„neris opes conditæ ſunt, plantæ, germina,
„& cætera ſenſu, vita, & animo prædita,
„aurum, argentum, gemmæ. Ita deinde ho-
„minem deſignavit hujus mundi tum ſpecta-
„torem, tum dominum, qui de horum frui-
„tione ſapientiam ejus agnoſceret; de pul-
„chritudine vero & magnitudine eorum Crea-
„toris poteſtatem inveſtigaret. Hæ igitur
„cauſæ ſunt, quam ob rem poſt creata
„cætera conditus ſit homo; & ideo ut
„duabus rebus hominis opificium conſtaret,
„fecit, commiſtis nempe divinis & terrenis,
„ut eſſe tam Dei quam terreſtrium rerum
„fruitionem naturæ ſuæ conſentaneam ac pro-
„priam ſtatueret, Deoque per naturam di-
„viniorem, bonis autem terrenis per ſen-
„ſum, qui ejusdem generis, frueretur.

CAPUT III.

Hominis opificium in omnibus Imperatoriam quamdam auctoritatem oſtentat.

*ome im-
erato-
iam au-
oritatem
tentat.*

„Præſtantiſſimus rerum artifex Deus na-
„turam noſtram condidit velut inſtru-
„mentum quoddam regno adminiſtrando ido-
„neum; utque eſſet ad hoc homo aptiſſi-
„mus, tum præſtantiſſimis animi dotibus,
„tum ea, quam cernimus, corporis eum for-
„ma exornavit. Et animus quidem regiam
„dignitatem ſuam in eo declarat, quod &
„ſuo ex arbitrio agit omnia, meroque &

„ſum-

„ſummo imperio, ut ipſi libet, ſemet gubernat: nam cui tandem hoc convenit, ſi is „non regit? Præterea hominem naturæ di„vinæ, cujus omnia parent imperio, ima„ginem eſſe, nihil eſſe putandum eſt aliud, „quam regium ei decus ipſa in creatione tri„butum eſſe. Nam hominis natura ſic con„dita eſt, ut reliquorum creatorum Domina „eſſet, & propter eam, qua regis hujus uni„verſitatis refert ſimilitudinem, imago quaſi „viva erecta eſt, cum qua & dignitas & no„men exemplaris principis communicaretur. „Atque hæc imago non purpura eſt exorna„ta, neque ſceptro & regia faſcia, præſtan„tiſſimam dignitatem ſuam ut oſtentaret, „neceſſe habebat, quando ne ipſum quidem „exemplum, ad quod eſt conformata, rebus „hujusmodi gaudet, ſed pro purpura virtu„te amicta eſt, quo cultu nihil magis re„gium eſſe poteſt, pro ſceptro immortali „beatitate ſuffulta, pro regia faſcia juſtitiæ „corona exornata. Denique de omnibus, quæ „majeſtati regiæ conveniunt, apparet, unam „hanc imaginem pulchritudinem principis ex„emplaris accurate referre.

CAPUT IV.

Hominis natura omni creato, quod cernimus, præſtantior eſt.

„Illud etiam conſideratione noſtra dignum „eſt, quod cum nullo, ut ita dicam, ne„gotio natura rerum a Deo creata ſit, & „con-

Hominis natura ceteris creaturis viſibili-

bus præ-ſtantior. „continuo ad ejusdem nutum extiterit, ho„minis ſabricationem deliberatio præcedat, „& futuri operis ab artifice forma delineetur. „Qualem videlicet hominem eſſe oporteat „qualisque exemplaris imaginem referre; „quæ futuræ ſint actiones ejus, quibus cum „imperio ſit præſuturus. Iccirco Moyſes „ait: Deum hoc quodammodo locutum eſſe: „faciamus hominem ad imaginem noſtri, & „ſimilitudinem, eſtoque hominibus imperium „tum in maris piſces, tum in terræ belluas, „aerisque volucres, in jumenta, in terram „denique univerſam. Omnia uno Dei ver„bo in ortum producta ſunt, ad ſolius ho„minis ſabricationem Creator univerſitatis „quadam cum conſideratione accedit, præ„parataque primum opificii materie, illius„que forma ad eximiæ pulchritudinis exem„plar exprimendum deſignata, ſine etiam pro„poſito, ad quem creandus eſſet, tunc de„mum naturam ſibi conſimilem, & actionibus „affinem ſabricat, quæ operi, cui deſtina„retur, eſſet aptiſſima.

CAPUT V.

Homo divini imperii imaginem exhibet.

Homo divini imperii imago. „Cæterum pulchritudo illa divina in beati„tate ſecundum virtutem ineffabili con„ſiſtit; iccirco Conditorem noſtrum exiſtima„bis indentem virtutes animis noſtris, iis„dem veluti coloribus imaginem ſuam ad „ſimilitudinem propriæ pulchritudinis ornaſ„ſe,

„ſe, ut principatus ſui imago in omnibus „perſpiceretur. Sunt autem multiplices hu„jus imaginis colores, quibus nativa Dei „forma ad vivum exprimitur; ſcilicet puri„tas, immunitas a perturbationibus, beati„tudo, conditio omnis mali expers, & his „conſimilia, quæ hominem Deo parem effi„ciunt. Quod ſi & alia libet perquirere, „quibus divina pulchritudo exprimitur, in „divina natura eſt mens & ſermo: conſen„taneum bis quiddam eſt in homine: nam „in te ipſo animadvertis & ſermonem eſſe, „& vim intelligentem, quæ ſunt veræ illius „mentis & ſermonis imago. Deus item cha„ritas eſt, & fons amoris mutui. Et hanc „etiam faciei noſtræ notam rerum Creator „impreſſit, & ita inquit. Ex eo intelligent „omnes, vos meos eſſe diſcipulos, ſi mu„tuo vos amore complectemini. Icirco ſi „mutuus hic amor in nobis deſideretur, to„tius imaginis notæ mutatæ erunt. Omnia „intuetur divinum Numen, omnia exaudit, „omnia perſcrutatur. Etiam tu viſu, audi„tuque res percipis, & mentis intelligentia „univerſa inquiris, & perſcrutaris.

CAPUT VI.

Cognationis, quæ menti cum natura eſt, indagatio, ubi obiter Anomœorum hæreticorum doctrina refutatur.

„Nemo autem exiſtimet, ita me loqui, „quaſi Deum ſtatuam ſic agere, uti „ho- *Cognatio mentis cum natura.*

„hominem videmus diverſis facultatibus in „agendo uti; nam ne in nobis quidem multæ ſunt facultates, per quas agimus, etiam„ſi diverſis modis per ſenſus omnia ſuſcipi„mus. *Anima per totum corpus diffuſa.* Eſt enim in nobis una quædam facultas, nimirum mens, quæ ſingulas ſen„ſuum ſedes permeando univerſa efficit; hæc „oculis videt, dicta aurium ope percipit, & „ſic de cæteris. Quodſi igitur in homine „unum & idem per omnia vi ſua agit, ac mo„vetur, & nunc hoc nunc illo ſenſu utitur, „nec tamen ob agendi varietatem naturam „ſuam mutat, quo pacto quis demens adeo „eſſe poſſit, ut Dei naturam multimembrem „ſibi imaginetur? Nam qui oculum finxit, „& aurem plantavit, facultates haſce tam„quam notas quasdam, de quibus facti ad „ipſius exemplum agnoſceremur, hominum „naturæ impreſſit: idcirco Deus inquit. *Fa„ciamus hominem ad imaginem noſtram.* Sed „quid ad hæc Anomæi dicturi ſunt? Nam „ſi natura Patri diſſimilis eſt Filius, quomo„do naturarum diverſarum eadem effecta „imago eſt? Cum enim dicatur: Faciamus „hominem ad noſtri imaginem, numeroque „multitudinis Sacroſancta Trinitas indicetur, „non erat numero ſingulari facienda imagi„nis mentio, ſi diſſimiles erant, ad quorum „exemplar ea conformabatur: fieri namque „non poterat, ut diſſimiles inter ſe una ea„demque imagine repræſentarentur. Quippe „uni eidemque rei ſimilia, eadem inter ſe „quoque ſimilia ſunt.

CAPUT VII.

**uobrem nullis a natura ſit armis
omo, nulliſque tegumentis inſtructus.**

uid vero ſibi vult erecta in homine fi- „gura? Aut cur non corpori quaſi con- tæ ſunt quædam ad tuendam vitam ne- riæ vires? Imparatus adeo, ab omni- naturæ præſidiis inermis, pauper, ium ad uſum vitæ neceſſariorum egens tur, dignior commiſeratione, quam beatus prædicaretur: non cornuum itione armatus, non unguium acumi- non aculeo venenato, cujusmodi re- inſtructa pleraque animalia vim læden- ı propulſare videmus; ne pilis quidem us tegitur. Solus homo brutis, quæ is a natura datis tuta ſunt, imbecillior Verum ego haud difficulter oſtendero, uod a natura nobis deeſſe videtur, unam cauſam, ob quam cœtera noſtra ſint oteſtate; nam ſi eæ hominis vires ſo- , ut equos celeritate præcurreret, ac s haberet, ungulis ſolidis munitos; terea ſi ipſi nec cornua nec aculei, nec ıes deeſſent, primum quidem crudelis , rebus ad exercendam ſævitiam com- tis a natura inſtructus. Deinde impe- ı in res cæteras non occupaſſet, quan- eis etiam imperio ſuo ſubjectis nullam rem eguiſſet. Nunc hac ipſa de cauſa ula quaſi mancipia noſtra diverſos ad vitæ deſtinavimus, ut neceſſe ſit, ip- „ſis

Cur homo ſine armis & integumentis creatus.

„ſis cum imperio præeſſe. Itaque cum ob „corporis exiguitatem loco non ſatis agiliter „moveamur, equum domitum ad uſum no„ſtrum accivimus. Corporis nuditas, ut in „oves imperium uſurparemus, effecit, quo „ex annuis earum lanis, quod naturæ no„ſtræ deerat, ſumeremus. Quod ex aliis re„gionibus quædam ad vitam ſuſtinendam pe„tenda eſſent, fecit, ut animalia pro fe„rendis oneribus in hunc uſum ſub jugum „mitteremus. Quia vero fieri non poterat, „ut herbis & gramine veſceremur, idcirco „bovem nobis ſubjecimus, quo pro nobis la„borante nos jucunde & faciliime agitare„mus. Dentibus ac morſu nobis opus erat „ad expugnanda cœtera animalia: præbuit „ad hunc uſum nobis maxillam canis, & ve„locitatem ſuam, ut non abſurde hominis „gladius dici poſſit. Cornuum & unguium „loco ferro utendum eſſe potius homines „animadverterunt, quod illa tum duritie, „tum acumine longe vincit. Pro crocodilli „ſquamea cute licet ab eodem animali pete„re, quod nos muniat, ſi videlicet aut ter„gora, aut ferrum ad eumdem uſum con„formatum induamus, & pace conſtituta mi„les ſe ejusdem onere levet. Avium etiam „quædam factæ cicures venatoribus uſui ſunt „ad alias capiendas, quin & alatas ſagit„tas ars machinata volucrem pernicitatem „in arcu imitata eſt: ne autem plantæ noſtræ „in itinere lædantur, pedibus noſtris cal„ceos aptamus.

CA-

CAPUT VIII.

...nobrem recta ſit hominis figura. Et ...uod manus ſermonis cauſa etiam factæ ſint. Denique de animorum diſcrimine.

Cur hominis figura recta.

...nveniunt & illa Imperatori, regiisque „dignitatis indicia ſunt, quod recta ...ini figura tributa ſit, qua ad cœlum ...lit, ac ſurſum ſpectat: nam quod ſolus ...o inter res creatas hujusmodi ſit; re...is corpore deorſum vergentibus clariſſi... demonſtrat, quanto poteſtas naturæ ... illis præſtantior ſit. Horum anterio... ...orporis membra pedes ſunt, quia quo... ...fulcro indigebant; in hominis autem ...icio manus horum loco ſunt factæ: nam ...igura erecta unum fundamentum ſuffi...at, quod utroque pede ſtantem firmiter ...iret. Erat & cæteroquin manuum ope... ...ad eloquendi vim adjuvandam neceſſa...; unde ſiquis dicat, naturæ loquenti ...nus ſermonis cauſa eſſe datas, non a ... aberraverit, non ob id ſolum, quod ...ris exprimi ſermo a nobis manuum ſo...a ſoleat, hominibus per litteras loquen...s, & manibus quaſi inter ſe differenti... , ſed etiam ob aliam cauſam, quam ...equam inquiramus, libet quiddam con...rare, quod a nobis omiſſum eſt.

Manus ſermonis cauſa facta.

„Quam-

Tres vitae ſpecies.

„Quamobrem ſcilicet prius res e terra na-„ſcentes pullulaſſe dicantur, deinde orta „eſſe animalia rationis expertia, demum ho-„minem primum extitiſſe. Ego ſic ſtatuo, „Moyſem hic verbis arcanis philoſophiam „de animo pertractaſſe, ſcilicet vivendi vim „animique facultatem triplicem ſtatuendam „eſſe: horum primam eſſe illam, qua res „tantum alantur & augeſcant, attrahen-„tem nutrimentum naturæ ſuæ idoneum, „ex quo illæ ſemper aliquid incrementi „ſumant. Appellatur hæc naturalis, & in „plantis perſpicitur. Præter hanc altera „vitæ ſpecies eſt, quæ primam hanc com-„plexa, vi etiam ſentiendi eſt prædita. Eſt „autem hæc animalium rationis expertium, „quæ non modo aluntur & augeſcunt, ſed „etiam facultatem ſentientem habent. Per-„fecta denique in corpore vita in natura „ratione utente, quam humanam dicimus, „quærenda eſt; ea nimirum & nutritur, & „ſentit, & ratione ornata eſt. Moyſes igi-„tur inanimatas res primum, deinde natu-„rali vita præditas ortas eſſe tradit, quæ „plantarum germina erant, poſthæc eorum, „quæ ſenſu agitantur, originem commemo-„rat, & demum hominis creationem, na-„tura ordine ad creatum plane perfectum „progrediente. Nam animal hoc rationis „particeps ex omni eſt forma animæ quaſi „temperatum; unde & Apoſtolus in epiſto-„lo ad Epheſios optat, ut integra & cor-„poris & animæ & Spiritus gratia in ad-„ventum Domini conſervetur, quibus in ver-„bis

corporis appellatio partem in homine
ientem, anima ſentientem, ſpiritus in-
gentem notat.

Homo igitur cum animal ſit ſermonis *Quid ma-*
ltate præditum, neceſſe erat corporis *nus ad*
rumentum parari, quod ad ſermonis *ſermonem*
m eſſet aptiſſimum. Hac igitur de cauſa *conferant.*
nus corpori additæ ſunt; nam ſi his ca-
dum homini eſſet, haud dubie animalium
ar quadrupedum humanæ faciei partes
natas eſſe neceſſe foret, ut eæ ad ho-
iem nutriendum eſſent accommodatæ;
oque formam ejus oblongam eſſe attenua-
ı ac preſſam, qua nares ſitæ ſunt, labra
o eminentia, obducta callo, dura & craſ-
ſſe oportebat, ut ad carpendas herbas
e comparata eſſent. Præterea linguam
r dentes carne amplam, ſolidam, aſpe-
ı, quæ quidquid dentibus injectum eſſet,
ı cum illis comminueret; econtra
lem verſus latera, fluidamque, cujus-
di canum, & crudivororum lingua eſt,
e inter dentium quaſi ſerratorum rimas
nditur. Quamobrem ſi manus humano
pori additæ non eſſent, quo pacto expri-
articulata quaſi vox potuiſſet, partibus
ad ſonum adjuvandum non ſatis apte
formatis? profecto enim aut balandum,
capriſſandum, aut latrandum, aut hin-
ıdum, aut boandum, aut rudendum
iini fuiſſet, aut mugitus quidam bellua-
more edendus. Nunc cum manus ho-
i datæ ſint, tantum ſermoni os expri-
mendo

,,mendo deſervit. Recte ergo ſtatuitur, ut a-
,,nus eſſe proprium quoddam naturæ loquen-
,,di facultate præditæ inſtrumentum, ut ea-
,,rum opera expeditior in nobis ſermonis uſus
,,eſſet.

CAPUT IX.

Homo ſic conditus eſt, ut inſtrumenta ad ſermonem neceſſaria habeat.

Quomodo ſermo fiat. ,,Donavit igitur homini condito rerum Au-
,,ctor divinam quamdam gratiam inditis
,,imagini bonis iis, quæ propriis ipſius bonis
,,ſunt conſimilia: ac bona quidem cætera na-
,,turæ hominis ex mera magnificentia tribuit,
,,mentem vero, prudentiamque non proprie
,,datam dicemus, ſed cum homine commu-
,,nicatam, volente Deo debitum naturæ
,,ſuæ ſoli imagini ornatum circumdare. Mens
,,porro præſtantiæ ſuæ dona ſic haberet, ut
,,illa cum nulla re communicarentur; niſi in-
,,venta quædam ratio eſſet, qua motus ipſius
,,quaſi pateſieret. Unde opus erat artificioſa
,,inſtrumentorum ſtructura, quo mens partes
,,voci formandæ deſtinatas ſonis certo modo
,,expreſſis motum ſuum interiorem exprime-
,,ret, & cogitationes. Unde ſpiritus per ar-
,,teriam ex vaſis, quibus continetur, ſurſum
,,impulſus homine locuturo membrum ipſum,
,,ut vocem edat, cupide quaſi intendente,
,,mox ſpiritus ad interiores arteriæ commiſ-
,,ſuras illiditur, & undique per quaſdam ve-
,,luti ſtrias membrana ſagitatur. Deinde pali-
,,tum

a capedine ſua vacua ſonum ab imo ten-
item excipiens, geminis eumdem fiſtulis
nares pertinentibus, atque etiam illa
tilagine, quæ id, quod colum vocant, con-
ſtitur, tamquam per ſquamas nonnihil
antes ita disrumpit, ut vox longe cla-
r reddatur. Genæ porro & lingua & fau-
m ſtructura, circa quam mentum in for-
m concavam explicatum tandem in acu-
n definit, magna celeritate vocum tonos
tant: labiorum denique diductione &
npreſſione ſic utimur, ut muſici digitorum
ra in fiſtulis & cantu harmoniam mo-
antur.

CAPUT X.

Mens per ſenſus agit.

uplex eſt oris organi uſus, alter in effi- *Quomodo mens per ſenſus agat.*
„ciendo ſono, alter in recipiendis iis
nus, quas res extra nos poſitas conſidera-
s: harum autem facultatum neutra cum
ra miſcetur. Icciro neque auditus loqui-
, neque vox audit, neque altera harum
turbat alteram: nam vox quidem ſem-
aliquid emittit, & econtra auris, quam-
m perpetuo recipiat, numquam tamen
letur; quæ res maxime admiratione dig-
videtur, quæ nimirum illa ſit interioris
træ capacitatis amplitudo, absque eo
d in collocatione rerum aliarum ſuper
s perturbatio contingat. Idem & in fa-
ate videndi in admirationem venit; nam
er hanc mens extranea prehendit, re-
„ceptis-

„ceptisque rerum apparentium ſimulacris for„mas eorum apud ſe depingit. Et ſicut in „ampla urbe, ingredientes non ad unum lo„cum omnes concurrunt per diverſos adytus „advenientes; ita & mentis oppidum diver„ſi ſenſuum adytus quaſi complent. Mens „vero de ſingulis, quæ ingrediuntur, judi„cans, & in quælibet inquirens, ſic deinde „proprias eas velut in ſedes notitiæ collocat, „& ita quidem, ut ſæpe numero ex diverſis „ſenſuum organis, unius rei cognitio pare„tur, ipſa re diverſis modis ſenſibus ſe inſi„nuante, & econtra uno eodemque multa „variaque percipiantur, quæ ceteroquin na„tura inter ſe non conveniunt. Verbi gratia „propoſitum nobis eſto quiddam de ſaporum „proprietate perquirere, quid dulcis, quid „guſtatui ingratus humor ſit. Itaque doce„mur experientia, bilem quidem eſſe amaram „gratam vero melli qualitatem ineſſe. Hæc „cum diverſa inter ſe exiſtant, una tamen „rei notitia comparantur, modis variis menti „inſinuata: cum enim quis mel intuetur, no„men audit, guſtum percipit, halitum olfa„cit, contactu ipſum explorat, eamdem rem „ſingulis ſenſibus percipit. Econtra vero „ſpecie diverſa uno ſenſu licet cognoſcere „ſicuti auditu, oculis, guſtatu, odoratu, & „tactu promiſcue res diverſæ percipiuntur.

CAPUT

CAPUT XI.

Natura hominis tota conſideratione noſtra perſpici non poteſt.

„Quid igitur, inquies, natura ſua mens „hominis eſt? diverſum ſane quiddam „eſſe ab ipſis ſenſibus, qui ambigat, fore „neminem arbitror: nam ſi idem eſſet, quod „ſenſus, uni ex ſenſibus eſſet affinis, cum „tamen mens naturæ ſimplicis ſit, in qua ni- „hil ſtatui varium poteſt, & aliud quiddam, „quam natura ſenſilis. Præclare Apoſtolus „exclamat: *Quis mentem Domini cognovit?* „*Rom.* 8. Mihi vero hoc etiam libet adjicere: „Quis mentem propriam perſpectam habet? „dices, hanc forte ex rebus multis diverſis „conſtare. At quo pacto fieri poteſt; ut quod „animo intelligitur, compoſitum ſit? aut „quæ tandem in hoc eſſe poſſit miſtionis re- „rum genere diverſarum ratio? ſin contra „ſtatues, ſimplicem eſſe mentis naturam, „minimeque compoſitam, qua fieri dices ra- „tione, ut in varios eadem ſenſus ſpargatur? „quomodo in uno varia? quomodo in variis „una eſſe poteſt? Enimvero, quo in re ob- „ſcura nos pacto explicemus, animadverto. „Quando hoc unum eſt de iis, quæ eſſe in „Deo conſtat, Dei nimirum naturam com- „prehendi nulla rationis vi poſſe, neceſſarium „erit omnino, hac etiam in parte imaginem „Dei in homine archetypo ſuo reſpondere; „cumque naturam mentis noſtræ ad Creato- „ris

Natura mentis tota perſpici nequit.

„ris imaginem factæ, intelligentiæ vis aſſ
„qui non poſſit, accuratam ea naturæ ſup
„nos exiſtentis ſimilitudinem refert, inq
„eo, quod & ipſa indagari non poteſt, e
„preſſas naturæ incomprehenſibilis not
„oſtendit.

CAPUT XII.

Qua parte princeps animi facultas co
tineatur. Quæ lachrymarum, & riſus cauſ
Theorema denique phyſicum de materiæ,
naturæ, ac mentis inter ſe mutuo
nexu.

Sedes animæ in corpore.

„Nonnullis in corde principem animi vi
„collocare viſum eſt, aliis in cerebr
„Qui cordi principatum deferunt, ipſius lo
„ſitum pro ratione uſurpant: etenim cor locu
„in humano corpore medium prope obtine
„videtur, ut motus a conſilio profectus faci
„in corpus univerſum ſe diffunderet. Acc
„dit, quod homine vel mœſto vel irato pe
„turbationes hujusmodi cor maxime movear
„& afficiant. Cerebro qui ratiocinandi vi
„conſecrant, caput a natura tamquam arce
„totius corporis exſtructum eſſe affirmant,
„in ea mentis domicilium eſſe, quæ undiq
„ſenſuum organis muniatur. Utuntur etia
„hoc argumento, quod ratiocinandi facult
„in eis, quorum meninges, hoc eſt, membr
„næ cerebri læſæ ſunt, de ſuo quaſi ſta
„proturbetur; & quod homines obruti ebri
„tate omnem decori rationem ignorent. Ut
„qu

„que præterea alias rationes adducunt: nam „alter quidem ait, motum mentis igneæ na„turæ affinem eſſe, cumque in corde caloris „fontem eſſe in confeſſo ſit, cor naturæ in„telligentis receptaculum eſſe, quod calor in „eo contineatur. Alter vero meningem, ſeu „membranam cerebrum amplectentem, om„nium organorum ſentientium velut baſem, „ac radicem eſſe affirmat. Huic ergo pro„priam rationem quaſi credere non dubitat, „nec ullo alio in loco facultatem intelligen„tem ſitam eſſe exiſtimat, quam in ea homi„nis parte, ad quam aures aptiſſime adjun„ctæ voces quaſi pulſando deferunt, cui aſpe„ctus in ima oculorum ſede a natura adhæ„reſcens per incidentia in pupulas ſimulacra „rerum formas interius exprimit: halituum „etiam qualitates per odoratus attractionem „hac in parte diſcernuntur. Eodem modo, „quæ a ſenſu guſtatus percipiuntur, ejusdem „meningis vicinæ judicio ſubjici neceſſe eſt, „quando ea ſurculos quosdam nerveos, qui„bus ex ipſa vis ineſt ſentiendi, per cervicis „vertebras ad meatum iſtmoidem derivatos „muſculis ibidem ſitis inferit.

„Ego vero nequaquam exiſtimo, demon„ſtrari per hæc poſſe, naturam expertem cor„poris loco ſpatioque deſcripto contineri: „nam mentis deliria non ex ebrietate ſola „oriri conſtat, ſed & in illis, quibus mem„branæ coſtis ſubtenſæ morbo aliquo effectæ „ſunt eodem modo intelligentem facultatem „debilitari, periti artis medicæ tradunt: *Delirium unde.*

 „appel-

„appellant autem id morbi genus p
„dem a phrenibus, quo membranæ i
Dolor, & gemitus unde. „mihe notantur. Doloris vero ſenſ
„ex mœſtitia redundare ad cor dicit
„minum errore non caret; cum er
„cor, ſed oſculum ſtomachi acri dol
„tetur, nos ad cor morbum hunc e
„ſtitia referimus. Cum enim in mœſtit
„tuum toto corpore contractio & co
„flat, quidquid exire impedita reſp
„nequit, ad imam corporis capacitat
„truditur; unde quia viſcera in a
„arctantur, plerumque violentior ſpi
„tractio fit, quam in reſpirando diffic
„mœſtitiæ indicium eſſe ſtatuimus,
„ſuſpirium & gemitum appellamus. S
„partes cordi contiguas premere putat
„cordis, ſed oris in ventriculo mol
„affectio; nam vas bili excipiendæ
„tum acrum illum humorem in oſcul
„machi derivat, quo in venas ſparſ
„etiam ſubſequitur.

Lachrymæ unde. „Quin etiam lætitiæ & riſus affect
„gis rationes noſtras confirmant: na
„auditu non nihil jucundum percepim
„plicantur quodammodo propter volu
„meatus corporis; Sicuti in dolore
„ter mœſtitiam ſubtiles meatuum tra
„tiones compreſſæ viſcera interiora c
„gunt, & ad caput ac cerebri mem
„altum halitum agunt, qui intra cere
„vitates collectus in oculos dejicitur,
„ciliorum contractione guttatim hu
Zu ,

mente, quae guttae lachrymae appellan-
Eodem modo per voluptatem meatibus *Riſus quid & unde.*
s dilatatis ſpiritus quidam ab ipſis at-
ıs in imo ſubſidet, & a natura per
um oris expellitur, visceribus univer-
aximae jecinore quadam ſuccuſſione &
nti motu ſpiritum hunc extrudentibus,
atura exitum ſtruens meatum oris di-
, genis utrinque diductis. Inditum
eſt rei nomen riſus. At vero non prop-
vis animi princeps jecinori tribuenda
nec in corde mentis ſedem eſſe putan-
eſt, ſed horum cauſae in ſtructura cor-
conſtituendae ſunt: mentem enim exi-
re debemus cuilibet membro aequabili-
a miſtionis ratione, quae explicari di-
nequeat, adeſſe.

aeterum etiamſi edocear facultates in- *De nexu materiae, naturae, & mentis.*
entiae in quibusdam corporis affectio-
quaſi hebetari, vel etiam prorſus ja-
non tamen probatur, loco certo vim
s ita circumſcribi, ut tumoribus mem-
la occupantibus, de ſuo quaſi ſpatio
at. Quippe mens in iis membris, quae
e habent, ſecundum naturam vim ſuam
et; in caeteris vero, quae artificioſum
motum per imbellicitatem capere ne-
ıt, jacet, atque otioſa eſt. Quare hoc
non inconvenienter illud theorema ſta-
ıs, in tota hominis compage mentem
m divinitus gubernari, a mente vero
rudioris in nobis materiae, ſi ea ex-
aturam non exorbitet; nam ſi a natu-

„ra recedat, agendi facultatem prorſus „amittet.

CAPUT XIII.

Somni, Oſcitationis, Inſomniorum cauſæ indicantur.

Somnus quid & unde.

„Craſſior vita noſtra in terris motu quodam „& fluxione continua diverſis rebus ſibi „ſuccedentibus in perpetua viciſſitudine num- „quam interquieſcit, ſed una cum quieſcendi „facultate perennem etiam motum ſimilia al- „ternantem habet; quod ſi hic motus ali- „quando quieſcat, ipſam quoque extingui „neceſſe eſt. Sic ſomnus continuas vigilias „remittit, vigiliæ, quod laxatum eſt, viciſſim „tendunt: neutrum horum continuo durat, „ſed alterum alteri alternis vicibus ſuccedit. „Semper enim neceſſaria res eſt ad conſerva- „tionem corporis tempeſtiva remiſſio, ut toto „in corpore per ſuos meatus ſine impedimen- „to cibi dividantur, nulla partium intentione „hoc iter obſtruente. Quemadmodum enim „ex terra irrigua vapores caliginoſi ab imo „attrahuntur, maxime, cum ſol radios cali- „diores ſpargit; ita cibis intra nos per calo- „rem naturalem ebullientibus vapores in lo- „cis capitis conſident, & ad meatus organo- „rum ſenſus paulatim evaporando delati paſ- „ſim ſeſe permiſcent, ut ſenſum omnem otio- „ſum reddi neceſſe ſit, cedentem halitibus „organa ſua occupantibus. Unde oculi a pal- „pebris teguntur vaporum pondere eas obdu- „cente

„cente: auditus ab iis halitibus obſtructus ab „actione ſua naturali ceſſat. Atque hujus„modi affectio corporis ſomnus dicitur, ſen„ſu in corpore quieſcente; ut facilius cibus „dividatur, & per ſingulos meatus penetret.

Oſcitatio quid & unde. „Iidem halitus ſi quando ex illis parti„bus expellendi ſunt, quae ad fauces ſitae & „orbis figuram & magnam nervorum copiam „habent, cum fieri non poſſit, ut membrum „rotundum in rectum extendatur, omnino„que illud dilatari neceſſe ſit in circularis fi„gurae formam, iccirco ſpiritu in oſcitatione „recepto, mentoque infra uvulam, ſic ut ca„vitatem efficiat, omnibus etiam interioribus „in circuli figuram conformatis, fumea iſt„haec craſſities; quae in membris reſederat, „una cum ſpiritu propellitur. Uſu venire „autem, hujusmodi quiddam nobis frequen„ter, & a ſomno plerumque ſolet, cum eo„rum halituum aliquid locis quibusdam ſu„perſtat, nondum ſatis decoctum.

Somnia quid & unde. „Ex his perſpicue patet, mentem huma„nam, ſi & integra natura ſit, & vigilet, „moveri, ſi vero ea ſomno ſit laxata, motu „ſuo carere; niſi quis forte in ea ſit ſenten„tia, ut imaginationem in ſomniis mentis „eſſe motum, qui homine dormiente non „quieſcat, opinetur. Equidem ſic ſtatuo, tan„tum prudentem cogitandi facultatem menti „eſſe tribuendam: quae autem per ſomnum „ſe offerunt imaginariae nugae, ceu ſimulacra „quaedam actionum mentis, has ab animi

„ea ſpecie, quæ ratione non utitur, temere „fingi exiſtimamus; quieſcentibus enim in „agendo ſenſibus, etiam mentem otioſam „eſſe, vero conſentaneum eſt. Licet hoc illo „quoque argumento deprehendere, quod ab„ſurdis in rebus, & in iis etiam, quæ fieri „nequeunt, dormientes ſibi verſari videntur, „quod non fieret, ſi tunc animus a ratione „gubernaretur. Itaque mihi videtur animo „ſecundum facultates præſtantiſſimas quies„cente, ſola pars, quæ nutriendi vim habet, „nobis dormientibus officium facere, in qua „imagines quædam, quæ nobis vigilantibus „occurrunt, per vim animi reminiſcentem te„mere formantur. Sicuti autem nobis vigi„lantibus præcipua mentis eſt poteſtas, mi„niſter autem mentis eſt ſenſus, neque fa„cultas, quæ corpus nutrit, excluditur; ſic „per ſomnum principatus facultatum in no„bis quodammodo permutatur.

Somnia futura ſubinde præſagiunt.

„Præterea memoria confuſa & vis præſa„giendi ambiguis in quibusdam velamentis „quaſi dormitando nutans, ſimulacra rerum, „quibus vigilans occupatur, imaginando ſibi „videtur informare, & aliquando ea eventus „comprobavit. Neque tamen illa eſt vis, ut „directe futura declaret, de iisque dilucide „nos doceat, ſed eſt tantum ambigua futuri „eventus ſignificatio, quam ænigma voca„mus. Sic Pincerna Pharaonis per ſom„num in regis calicem botrum exprimit; „ſic piſtor ejusdem caniſtrum ſibi geſtare vi„detur, quia enim uterque vigilans his rebus

„occu-

„occupari magnopere cupiebat, etiam per „ſomnium ea fieri putabat. Simulacra nam„que ſtudiorum ac vitæ, cui adſueverant, „parti animi de futuris diſpicienti impreſſa „faciebant, ut per hanc mentis præſagitio„nem quiddam, cui reſpondebat eventus, „ſibi vaticinarentur. Illud autem, quod Da„niel & Joſephus & his aliis conſimiles fa„cultate quadam divina, ſenſibus minime „perturbatis, rerum futurarum cognitione in„ſtructi fuerunt, nihil ad id, de quo agitur, „attinet.

Somniorum cauſa.

„Porro uſitata ſomniorum viſa omnibus „obvia perquam variis modis informantur: „aut enim extremi quaſi ſoni diurnarum affe„ctionum in parte animi reminiſcente reliqui „tinniunt, aut pro eo, quo corpus affectum „eſt, ſomnia quoque finguntur. Patet hoc „ex eo, quod qui ſitiunt, eſſe ad fontes ſeſe „exiſtimant, qui eſuriunt, in conviviis; ado„leſcens per ætatem laſciviens conſentanea „libidini ſuæ imaginatur. Equidem & aliam „ſomniorum cauſam didici, cum neceſſarium „quemdam laborantem ex phrenitide cura„rem; cibo enim largiore gravatus adſtantes „objurgabat, cur inteſtina cœno plena ſibi „impoſuiſſent: cumque corpus quodam impe„tu ſudorem expreſſurum erat, accuſabat „præſentes, quod ipſum aqua reſpergerent. „Hos clamores non intermittebat, donec „eventus cauſas declarabat; ſudor enim co„pioſus e corpore manabat, & venter ſolutus „pondus in inteſtinis ſignificabat. Quod ergo

„hebetata per vim morbi intelligentia natu
„accidit, quæ quidem ſibi moleſta non ign
„rabat, perſpicue tamen ob deliratiọnem e
„plicare non potuit; id etiam in ſomno co
„tingere valuit. Idem plerique Medici ſt
„tuunt, qui ſecundum morborum diſcrim
„na ſomniorum etiam ſpecies diverſas ægı
„accidere affirmant, alias illis, qui ſtom
„chi vitio laborant, alias febri correptis: (
„quibus omnibus videre eſt, nutrientem,
„accreſcentem facultatem animi, nonnil
„etiam de vi intelligente inſperſum ſibi ex tei
„peratura mutua continere, quod corpoi
„affectioni quodammodo ſimile reddatur,
„diverſas imaginationes nocturnas pro moi
„diverſitate efficiat. Eſt & aliud ſomnioru
„quoddam genus, quod pro morum cuju
„que varietate formatur: ſunt enim aliæ h
„minis fortis, aliæ timidi imagination
„nocturnæ. Alia temperantis, alia intemp
„rantis ſomnia; alia homini avaritia inexpl
„bili, alia liberali per ſomnum objiciunt
„Atque viſa hæc nequaquam mens, ſed e
„pers illa rationis in animo affectio inform
„nam quibus quis aſſuevit diurno ſtudio, e
„rum in ſomniis etiam ſimulacra fingit.

CAPUT XIV.

Mentem certa quadam in corporis par non exiſtere, declaratum, & corporis & ani motuum diſcrimen ex poſitum.

Corpori mens non ſubjicienda. „Inſtitueramus demonſtrare, mentem ali „parti corporis alligatam non eſſe, ſ
„cı

oto pari ratione conjungi, efficientem
n in membris partis cujuslibet naturæ
ıtaneum. Fit autem interdum etiam,
us tamquam miniſter naturæ libidini-
btemperet. Sæpe enim corporis na-
lucis officium uſurpat, ita ut & nocen-
ſenſum & jucundæ deſiderium exci-
nens autem hujusmodi cupiditates ex-
is omnes rationes & conſilia corpori
nodet, ut induſtria ſua, quod expetitur,
iat. Non hoc apud omnes homines
ı habet, ſed illorum eſt, qui a natura
ipiis ſimillimi exiſtunt, & mentis ope-
adulando ſenſuum voluptatibus ſervi-
in modum abutuntur; ab iis autem,
erfectiores ſunt, hoc non admittitur:
enim in his ducis officio fungitur, &
ex uſu eſt, de rationis judicio, non li-
e ullius affectionis, eligit. Cæterum li-
n ſuperiori oratione triplex eſſe in vi-
i facultate diſcrimen declaratum ſit;
tamen iccirco exiſtimet, tres in hu-
opificio animas exiſtere. Nam vera
erfecta anima reapſe unica eſt intelli-
, nulla ex materia craſſa conſtans, ſed
enſus naturæ illi craſſæ miſta; ita ut
e ſenſus extra materiæ naturam exi-
neque facultas intelligens ſine ſenſu
nes ſuas exerceat.

CAPUT

CAPUT XV.

Anima proprie eſt, & dicitur, quæ rat ne utitur, cæteris tantum appellatio cum communis eſt. Item per univerſum corpus me facultas extenditur, conveniente quadam ratione membris ſingulis conjuncta.

Sola anima rationalis proprie eſt anima.

„Quidquid in rerum natura exiſtit, ſiq „dem perfecte eſt id, quod eſſe deb „recte etiam & proprie nomen ſuum obtin „quo ſcilicet appellatur: ſin aliquid non pr „ſus & integre eſt id, quod eſſe dicitur, h „improprie nomen ipſum tribuitur. Ideo c „ea demum perfecta ſit anima, quæ & int „ligentiæ & rationis eſt vi prædita, qu „quid tale non eſt, ei cum anima quid „nomen eſſe commune poteſt; reapſe v „non anima, ſed vivendi facultas quæd „erit, quæ more hominum animæ appel „tione cenſeatur. De quo voluptarios hon „nes hoc capere doctrinæ, & admonitio „oportet, ut animi cogitationem ad res, q „ſenſui arrident, non convertant, ſed o „nem operam in excolendis animi vere pri „cipibus bonis collocent, circa quæ vere a „ma verſatur, cum ſentiendi facultate a „malia rationis expertia non ſuperemus. E „ſtit igitur anima pari ratione in omnibu „& per omnia: mentis autem corporisq „nexus rationem quamdam conjunctionis h „bet, quæ explanari dicendo, & intelli

„cog

„cogitando non poteſt. Neque enim mens in„tra corpus eſt, quando rem corporis exper„tem corpore contineri fas non eſt: & etiam „exterius nos non complectitur, quando ab iis, „quæ corpore carent, nihil concludi poteſt. „Unum hoc intelligimus, natura ſalva, & „incolumi mentem etiam efficacitatem ſuam „obtinere; ſin aliquod ea detrimentum ca„piat, mentis quoque motum illa in parte „claudicare.

CAPUT XVI.

Accurata dicti illius divini conſideratio: Faciamus hominem ad imaginem, ſimilitudinemque noſtri. Et quæ ſit imaginis ratio inveſtigatur. Poſſitne, quod morbis & morti obnoxium eſt, ad naturæ beatæ morborumque expertis ſimilitudinem factum dici? Quo denique modo in imagine ſexus maſculi fœmineique diſcrimen ſit, quod in exemplo principe non exiſtit.

„Fuere nonnulli Philoſophi, qui ſe homi„nem eximie prædicaturos putabant, „cum dicerent, hominem parvum quemdam „mundum eſſe, qui ex elementis iisdem, „quibus rerum univerſitas, compoſitus eſſet. „Sed ignorabant, ſe illum hoc modo non „aliis, quam quæ ei & cum culice & cum „mure communia eſſent, ornamentis conde„corare, quæ etiam ex quatuor elemento„rum *Homo microcosmus.*

„rum temperamento conſtant. Eam pro „de doctrina Eccleſiæ præſtantiam ho „ni tribuit, quod tradit, hominem ad i „ginem naturæ Creatoris eſſe factum.

Quomodo homo ad imaginem Dei factus.

„At dices: quo pacto corporeum na „turæ corpore carentis, temporarium æ „ni, mutabile immutabilis, nullis obn „morbis, & morti, morbis & morti ſ „jectum, puri a vitio, vitiis repletum i „ginem referre poteſt? Verum hic nobis „curate in ſingula ſacræ Scripturæ verba „quirendum eſt; inveniemus enim, al „eſſe, quod Dei imaginem referat, ab „quod hac in ærumna conſpicimus. F „Deus, inquiunt literæ ſacræ, hominem, „quidem eum ad imaginem Dei fecit. „go jam perfectum intelligitur illud creat „quod ad divinam imaginem conform „oportuit. Quod autem poſt hæc redit „expoſitionem opificii divini, cum ait. „cit eos marem ac fœminam: id opinor, „nes homines perſpicere, ab exemplo p „cipe removendum eſſe. Itaque duplic „eſſe factam naturæ noſtræ ſtructuram „ceſſe eſt, quarum altera ad divinam ima „nem exprimendam directa eſt, altera „efficiendum ſexus illud diſcrimen.

Quomodo mas & femina.

„Verba igitur illa, quibus homo ad i „ginem Dei factus eſſe dicitur, tantund „valent, ac ſi diceretur, naturam huma „a Deo in omnium bonorum ſocietatem „catam eſſe. Nam ſi Dei natura perfe

„qu

ædam copia eſt bonorum omnium, homo
em ejus eſt imago; haud dubie ſimula-
m hoc Dei princeps exemplum ita re-
et, ut & ipſum bonis omnibus abun-
. Itaque in nobis eſt expreſſa omnis
il ſpecies & honeſti, omnis virtus, om-
ſapientia: quidquid demum præſtantiſ-
um comprehendi per vim intelligentiæ po-
t. Atque inter cætera eſt in nobis liber-
, quæ judicio liberrimo id, quod vult,
git. Porro diſcrimen naturæ divinæ,
ejus, quæ ad divinam eſt conformata,
id eſt, quod Dei natura exiſtit increata,
minum vero per creationem eſt orta.
c vero diſcrimen alia quædam conſequun-
: eſt enim plane in confeſſo, naturam
reatam immutabilem & ſemper eamdem
, creatam vero ſine perpetua viciſſitu-
le conſiſtere non poſſe; nam ipſe tranſi-
ex nihilo ad ortum motus quidam eſt
mutatio. Cum igitur dicitur, Deum
aſſe hominem per indefinitam vocabuli
minis notationem naturam humanam uni-
ſam intelligit: nam creatum hoc, quod
Dei factum imaginem traditur, non hoc
ami nomen adjectum habet; ſed nomen
ninis creati univerſe poſitum eſt, non ut
individuo. Eſt igitur tota natura homi-
n a primis ad extremos usque una ea-
nque veri Dei imago; ſexus autem ma-
li fœmineique diſcrimen in homine jam
ato de cauſa, ut ego quidem exiſtimo,
usmodi quadam adjectum fuit.

CA-

CAPUT XVII.

Quid reſpondendum dubitantibus, quomodo animi orituri fuiſſent, ſi homines illi principes nulla ſe peccati labe polluiſſent, quando primum poſt hanc inquinationem operam procreationi ſobolis hominem dediſſe videmus?

Quomodo in ſtatu innocentiæ animæ ortæ eſſent.

„Prius vero quam id perſcrutemur, quidam ab adverſariis objectum explicemus. Ajunt enim, ante peccatum nullam „neque procreationis, neque parturiginis, „ac ne appetitus quidem in homine ad pro„creandum mentionem fieri. Poſtquam au„tem primi homines peccaſſent, & de pa„radiſo ejecti eſſent, ac fœminæ pœna do„lorum in partu eſſet impoſita, tunc ad id „progreſſum eſſe Adamum, ut conſuetudi„ne conjugis ad procreationem uti inciperet. „Ex quo ſequitur, animorum multitudinem „nullam fuiſſe futuram, niſi donum illud „immortalitatis in mortalitatem commuta„tum eſſet, ac per conjugium excitata po„ſteritas naturam conſervaret, adeoque pec„catum quodammodo hominum vitæ bo„num etiam videri poſſe. Nam genus hu„manum ſupra duum numerum auctum non „fuiſſet, niſi mortis metus naturam, ut de „ſucceſſione perpetua cogitaret, permoviſſet. „Sed ad hoc noſtra hæc eſt reſponſio : Si „propter peccatum de ſtatu & conditione, „qua pares angelis eramus, non excidiſſe-

„mus,

, ne nobis quidem conjugio ad gene-
oſtri amplificationem opus fuiſſet. Nam
cunque tandem incrementi angelici in
ra fuit ratio, quam dicendo exponere
cogitando intelligere per conjecturas hu-
as fas non eſt, niſi quod omnino ali-
n fuiſſe neceſſario ſtatuendum eſt: ea-
ratio in humano etiam genere, quod
e ab angelis abeſt, propagando va-
it, donec ad numerum conſilio Crea-
definitum perventum eſſet. *Vide In-*
Theol. tom. 3. §. 1196. Quodſi quis
iobis ſcire velit, ecquo tandem modo
ines orituri fuiſſent, ſi conjugii adju-
to non eguiſſent: eum viciſſim roga-
is, quomodo angeli ſint orti, quove
, cum ad infinita prope millia ſint
ſi & una natura eſſe, & multi eſſe nu-
poſſint, qui & ipſi conjugio non
tur.

Quamobrem autem Deus, cum imagi- *Cur propagatio humana per marem & fœminam.*
ſui condidiſſet, ſexus maſculi & fœ-
ei diſcrimen addidit? Reſpondeo. Deus,
homo de beato vitæ angelicæ ſtatu ex-
avit, ne humanorum animorum natio
incremento eſſet, amiſſo propagatio-
modo, quo angelorum erant auctæ co-
rationem quamdam invenit, qua ge-
humanum amplificaretur, conſentaneam
ræ noſtræ, qui in vitium prolapſi era-
; nempe ut brutorum more noſmet
agando perpetuaremus. Hanc ob cau-
ſam

„fata magnus ille David hominis miſeria
„his mihi verbis deploraſſe videtur: Hon
„cum eſſet in dignitate, animum non adve
„tit: nimirum per dignitatis ſtatum intell
„xit, hominem angelis conditione part
„fuiſſe. Subjicit autem: idcirco brutis
„animantibus comparatus, & iisdem eſſ
„ctus ſimilis. *Pſ.* 48. Profecto enim obbr
„tuit, poſtquam more brutorum propaga
„cepit, degenerante ejus præſtantia, ſeq
„demittente ad naturæ craſſioris conditi
„nem.

CAPUT XVIII.

Perturbationes animi in nobis alienæ a r tione ex hac cum brutorum natura cognatione oriuntur.

Paſſiones irrationales cum brutis nobis communes.

„Atque hoc recte ita ſtatui, argumento e
„quod perturbationes ipſæ, quæ p
„riter & in nobis, & in brutis exiſtunt, co
„natæ quodammodo ſunt: non enim fas e
„dicere, originem perturbationum, quibu
„afficimur, ad humanam naturam eſſe ref
„rendam, cum ea ſit ad Dei ſimulacrum
„conformata. Sed quia prius in hoc mund
„bruta extiterunt, cum quibus non nihil h
„mini commune eſt, modus videlicet ortus
„iccirco & alia quædam brutorum natur
„ac hominum communia eſſe ceperunt: ne
„que enim homo Dei refert imaginem, qu
„iracundia, voluptate, timiditate, audaci

„ca

ſue his ſimilibus præditus eſt, quæ
divino illo charactere abſunt. Qua-
hæc accepta de brutis hominis na-
ırpare cepit: quibus enim rebus vi-
orum ad ſe conſervandum munita
res ad hominis vitam translatæ ſunt,
e animi perturbationes ſeu affectio-
Iracundia belluas crudivoras tuetur
itu, fœcundas voluptatis appetitus,
s trepidatio, grandes ſuſtentat in-
, & contra ſiquo potiri, quod vo-
, nequeant, id dolorem in eis ex-
quæ omnia & his ſimilia una cum
tione brutorum hominis opificium
unt.

lex igitur in homine ſimilitudo eſſe ; divinum enim mentis donum pul-
nem, quæ in Deo eſt, refert: qua
ıpiditates quædam ortæ ex animi
ei inſunt, etiam naturæ brutæ cog-
tenetur. Itaque non numquam
ratio ſic obbruteſcit, ut ab affectio-
a victa, quod eſt in homine præ-
num, vi deterioris obruat; & ſi ra-
ſervire animi morbis cogat, exi-
ormam in imaginem brutam com-
ratione morbos illos ipſos excolen-
magnam eorum copiam efficiente.
luptas adeo hominum delictis cre-
: in animalibus ratione carentibus
uptatum formæ non deprehendan-
unt voluptariorum hominum libido
ıvit. Sic animi ad iram commotio

Mali eorum effectus.

D 2 „bru-

„bruta a rationis ope augetur, a qua pro
„creſcitur invidia, mendacium, inſidiæ,
„mulatio: ſic ad imitationem ingluviei p
„corum homines avaritiæ ſtudio teneri cep
„runt. Sic in equis elata ferocia ſuperb
„occaſionem præbuit: denique perturbati
„ones animi univerſæ a brutis ortæ pra
„mentis uſurpatione vitiorum origo extit
„runt.

Paſſiones a recta ratione moderatæ virtutes fiunt.

„Econtrario ſi imperium in hos ani
„motus in ſe transferat ratio, ſinguli virt
„tis formam induunt: nam fortitudo
„iracundia oritur, timiditas facit, ut cer
„præſidio nosmet muniamus; metus ut
„benter pareamus. Odium in averſionem
„tiorum commutatur; charitas veræ virt
„tis in nobis amorem excitat; elata fer
„citas facit, ut ſupra perturbationes omn
„nos efferamus, & animi magnitudine
„conſervat, ne a vitiis ſuperetur. Quod
„igitur quem animi morbis obnoxium, ca
„nique deditum divina pulchritudine exo
„natum eſſe non credis; in alium intuer
„cujus in excelſo virtus ſit, & qui puri
„ſit a ſcelerum labe. Is facile te confirmabi
„ut benignius de hominum natura ſentias
„& perſpicue verum eſſe intelliges, hom
„nem, ut Dei ſimulacrum foret, factum e
„ſe. Nequis autem pudendum quiddam ex
„ſtimet eſſe, quod hominis vitam ciborum
„uſu, perinde ut & brutorum, conſervari ne
„ceſſe ſit, atque iccirco indignum eſſe ſta
„tuat, qui ad imaginem Dei factus creda

„tui

; is certa ſibi ſpe futurum polliceatur, iaturæ humanæ in vita, quam alteram ectamus, ab hoc alendi corporis offi- immunitas concedatur. Cum enim re- ectio nobis vitam promittat angelicæ, m, atque angeli cibo nullo utantur, ie ſtatuendum eſt; hominem haud dû- aliquando hac etiam moleſtia libera- iri, ſiquidem angelorum more victu- ſit.

CAPUT XIX.

rſus illos, qui affirmant, bonorum is vitæ fruitionem non niſi in cibo & po- fore; quia ſacris litteris proditum eſt, initio mundi hominem rebus iisdem in paradiſo vitam ſuam conſervaſſe.

jecerit tamen forte hic nobis aliquis, ho- „minem ad vitæ priſtinæ ſtatum non re- rum, cum quando vitam priorem ciborum ali oportuit, poſthac eodem labore de- amur. Ego vero ſacras litteras non orporis cibo tantum intelligo, neque etitia carnis, ſed aliud nutrimentum ſco, cujus fruitio ſolum ad animum inet. Nam horto divinitus in Eden tato dignus eſt fructus tribuendus, quo inem altum eſſe dubium non eſt; ne- cibum vitæ hujus momentaneum & um eumdem illum eſſe putemus, quo

Bonum alterius vitæ non in cibo & potu.

 „in

„in paradiſo fruituri erimus. De omni
„no, inquit Deus, quod eſt in paradiſo,
„ſceris Quis vero homini recte eſuri
„fructum ligni illius de paradiſo tribuat,
„bonum omne comprehenditur? Ac i
„quidem libet, magno illo Davide & ſap
„te Salomone tamquam magiſtris in ha
„rerum explicatione uti; nam uterque
„tias conceſſas interpretatur verum illud
„num, quod idem eſt cum bono omni.
„vid quidem inquit: in Domino *temet*
„*lecta.* Salomon autem ſapientiam, quæ
„ipſe Dominus, lignum vitæ appellat.
„tur lignum illud omne idem eſt, quod
„num vitæ, cujus fruitio homini ad Dei i
„ginem facto conceditur. Cæterum ob
„aliquod lignum diſcernitur, cujus fru
„eſt boni ac mali cognitio, non quod
„rum horum adverſantium ſibi viciſſim
„duceret, ſed quod promiſcuum &
„fuſum quemdam fructum proferret,
„qualitates illæ ſibi adverſantes ineſ
„De hoc veſci hominem dux vitæ vetat,
„pens ſuadet, ut morti viam ad perimen
„hominem ſtrueret. Vincit vero malus
„conſiliarius, cum pulchritudine ac volup
„fructus appetitionem guſtandi ſui p
„taret.

CAP

CAPUT XX.

Quæ fuerit in paradiſo vita, quodve lignum vetitum.

Vita in paradiſo quæ, & lignum vetitum.

„Quodnam igitur illud eſt lignum exornatum delitiis, quæ ſenſu percipiuntur, cui boni malique miſta quædam cognitio ineſt? Ego ſic exiſtimo, non hoc loco per cognitionem intelligi ſcientiam: ſacris enim in litteris invenio diſcrimen inter cognitionem & dijudicationem. Nam bonum ac malum accurata ſcientia dijudicare, facultatis eſſe perfectioris, & ſenſuum exercitatorum Apoſtolus tradit, & præcipit, omnia exploranda; dijudicationem vero tantum in hominem ſpiritualem cadere. Cognitio vero non ſcientiam ubique ſignificat, ſed quandam animi ad id, quod gratum nobis eſt, affectionem; uti cum ſcriptum eſt, novit Dominus ſuos. Lignum ergo, de quo cognitionis promiſcuæ fructus capitur, eſt in rerum vetitarum numero: dicitur autem fructus illi, quem ſerpens prædicat, ex rebus ſibi adverſantibus conſtare ob eam cauſam, quod malum plane nudum, prout eſt ex natura ſua, numquam nobis appareat. Nulla enim vitiorum efficacitas foret, ſi non quidam boni eis color additus homini cupiditate ſui in fraudem illecto fucum faceret. Sic avaris præclarum quiddam eſſe videtur argenti ſplendor, cum ejus cupiditas malorum omnium radix exiſtat, & ſic de cœteris vitiis;

„quæ cum certum exitium occultent, pri-
„ma tamen vice ſe pro bono in animos im-
„prudentium inſinuant. Hinc ſacræ litteræ
„appetitionem mali latentis ſub boni ſpecie
„cognitionem boni & mali nominant; non
„enim fructum ligni vetiti abſolute malum
„quoddam eſſe tradunt, cum boni quaſi flo-
„ribus exornatus ſit, nec contra pure bo-
„num, cum ſub eo malum lateat, quo qui
„utantur, certiſſimum ad interitum ruant.
„Idcirco ſerpens vitioſum peccati fructum ho-
„mini demonſtrat, non illum quidem aper-
„te, qualis a natura ſua erat, ſed externa
„eum venuſtatis ſpecie ornat, adeoque gu-
„ſtui ejus voluptatis aliquid, quod ſenſu per-
„ciperetur, indit, ut ita mulieri, quod vel-
„let, perſuaderet. Sic enim litteræ ſacræ lo-
„quuntur: *Vidit autem mulier, lignum illud*
„*bonum eſſe ad veſcendum.... Et comedit.* Ci-
„bus autem ille mortem homini peperit. At-
„que hic fuit is promiſcuus fructus, decla-
„rantibus perſpicue litteris ſacris, quo ſen-
„ſu lignum hoc ſcientiæ boni & mali appel-
„larint: perinde videlicet atque venena mel-
„le condita qua ſenſui ob dulcedinem gra-
„ta ſunt, bonum quiddam eſſe, qua vero
„utentem interimunt, malorum omnium ex-
„trema cenſentur. Hoc igitur venenum
„quamprimum hominis vitam tentando læ-
„ſit, divinæ naturæ ſimulacrum vanitatis ſi-
„militudinem induit. Itaque jam imago ad
„partes in nobis præſtantiores referenda eſt;
„quæcunque autem moleſta in vita & triſtia
„accidunt, longe a ſimilitudine divinæ na-
„turæ ſeparari debent. CA-

CAPUT XXI.

ectio ex mortuis non tam propter ctionem litterarum ſacrarum, quam neceſſarium rerum ordinem expectanda eſt.

capite deprehenduntur Origenis er- circa communem hominum damna- ex inferno liberationem, quos ta- iis in locis S. Gregorius expreſſe re- refellit. Unde veroſimile eſt, loca illa fuiſſe, & Germanus Patriarcha Con- politanus in libro, cujus excerpta pro- otius *Bibliotheca vol.* 218. Probat antecedentibus locis tum conſequen- & aliis ſexcentis contrariis, loca, quæ ibus Gregorii Nyſſeni cum doctrina s congruunt, ab Origeniſtis vel ad- el corrupta fuiſſe. Dici etiam poſſet, ium principiis Origenis imbutum ſibi perare non potuiſſe, quin incogitan- osdam hujus Auctoris errores ratio- uis admiſceret: quamvis reapſe ab ntentia alienus eſſet, eamque repu- cum ad illam attendebat, Ita D. *in Bibl.*

Libri S. Gregorii ab Origeniſtis corrupti.

CAPUT XXII.

Refutatio illorum, qui objiciunt: cı non jam olim excitatum ex morte ſit homin genus, curque poſt quædam temporum in tervalla reſuſcitatio expectetur, ſiquidem res bona eſſe putanda ſit.

Cur reſurrectio differatur.

„Non nemo fortaſſe grave moleſtumque ı „ſe exiſtimabit, bona illa non cont „nuo nos adipiſci, quæ longe ſenſum & i „telligentiam humanam exſuperant, & ef „ciunt, ut ingrata nobis ſit intermedia ter „poris dilatio. Verum nemo hac de cau „ſeſe affligtet: nam, cum omnia certa ſapie „tia gubernentur, imago Dei in humana n „tura eſt abſoluta, numeriſque ſuis perf „cta, & Deus prævidit, quem ad num „rum genus humanum in ſingulis amplii „candum foret. Unde etiam ævum quodda „conveniens opificio humano præſtituit, ı „animarum numero temporis duratio reſpoı „deret, atque tum demum fluxus ille ten „poris motus quieſceret, cum genus hı „manum propagari deſiiſſet; cujus deniqı „propagatione abſoluta temporis etiam coı „tinuatio expiraret, ſequente porro rerüı „inſtauratione, & mutatione univerſitatis hı „jus. Quamobrem unusquisque temporis h „minum incremento deſtinati moram patieı „ter ferat: nam & Abrahamus, aliique Pa „tres, quamquam deſiderio videndi bona iſ

„hæ

„hæc tenerentur, neque unquam cæleſtem „patriam quærere deſinerent, tamen adhuc „neceſſe habent, divinum illud munus ex„pectare, ne ſine nobis perfectionem adipi„ſcerentur. Si igitur illi moram hanc liben„ter ferunt, qui multis nos Sæculis præ„ceſſerunt, ac illa bona ſola fide & ſpe in„tuentur, inque eis acquieſcunt, Apoſtolo „teſte; quid nos tandem æquum eſt facere, „quorum nonnulli ſic vixerunt, ut melio„ra ſibi ſpe polliceri vix habeant? Ergo ne „nos quidem nosmet affligemus ob exiguam „moram, qua ſperatis illis bonis carendum „eſt, potiusque omni ſtudio demus operam, „ne noſtra culpa eorum ſpe excidamus. Cum „igitur omnibus notum ſit ex divinis oracu„lis, fore tempus quoddam, quo res omnes „commutabuntur, non curioſe in momenta „temporum eſt inquirendum, quando cogni„tionem horum Dominus ipſe nobis ademit, „neque ratiocinationibus opera danda eſt, „per quas in ſpe reſurrectionis animus de„bilitetur: ſed debet unusquisque firmiter „innitens fidei, qua res illas expectatas am„plectitur, recta vivendi ratione divinum il„lud donum quaſi ante capere.

CAPUT XXIII.

Qui mundi originem aliquam eſſe fatetur, & finem ejus fore aliquando, non poteſt non concedere.

„Siquis intuens mundi motum, fieri nequa„quam poſſe dicat, ut aliquando res ſe„cun- *Mundus finem habebit.*

„cundum Oracula divina moveri deſinant, is
„ne cœlum quidem & terram initio condi-
„diſſe Deum credit. Nam qui initium quod-
„dam in motu ſtatuit, finem ejus aliquem
„fore non dubitat; perinde atque initium
„nullum admittit, qui finem non ſtatuit.
„Nos autem quemadmodum ſæcula Dei ver-
„bo condita eſſe intelligimus, eodem modo
„res univerſas a motu ceſſaturas credimus:
„ubi curioſitatem noſtram, quomodo hoc fie-
„ri poſſit, tolli oportet; nam & in doctri-
„na de ortu rerum contentioſis ingeniis
„non nihil eſſet, quo eam ſubvertere conan-
„tur, dum argumentis hujusmodi utuntur.
„Si Deus eſt natura ſimplex, expers omnis
„materiæ, & qualitatum, quomodo fieri po-
„tuit, ut a materiæ omnis experte materia
„conderetur? Quæ proinde ratio nos cogit,
„ut vel ex materia Deum conſtare fateamur,
„ſiquidem ex ipſo rerum materia orta eſt;
„vel ſi hoc quis averſetur, extra ſe Deum
„materiam condidiſſe, de qua univerſitatem
„hanc fabricaret, ſtatuamus neceſſe eſt. Er-
„go ſi materia extra Deum erat, haud dubie
„quiddam extitit aliud a Deo, quod cum
„illo ortus experte coæternum fuit, adeo-
„que duo conſtituuntur ſimul & principii &
„ortus expertia, quorum alterum inſtar ar-
„tificis operetur, alterum illius effectiones
„recipiat. Verum nos, quod ſacras Scrip-
„turas affirmantes audimus, eſſe nimirum
„univerſa ex Deo, credimus. Quomodo au-
„tem in Deo fuerint, cum rationis noſtræ
„intelligentiam excedat, inquirendum eſſe
„non

„non putamus, perſuaſi Deum omnia poſſe, „& condere aliquid de nihilo, & condito „qualitates indere tales, quales ſit ipſi vi„ſum: de quo etiam hoc ſequi neceſſe eſt, „perinde atque ſtatuamus, ad rei non exi„ſtentis creationem ſolius divinæ voluntatis „poteſtatem ſufficere. Ita ſi rerum jam con„ditarum inſtaurationem ejusdem poteſtati „relinquamus, nihil nos, quod a vero abhor„reat, credituros eſſe.

CAPUT XXIV.

Refutatio illorum, qui ajunt, Deum & materiam coæterna eſſe.

„Omnis materia quibusdam qualitatibus „prædita eſt, quibus ſi privetur, non „jam amplius ratione comprehendi poterit. „Ratio quidem Species qualitatis quaslibet „ſeparare a materia ſubjecta poteſt: ratio „autem mentis eſt propria quædam contem„platio, non corporis. Hujus autem attri„butorum conſideratio ſi mentis facultate fit, „ac Dei etiam natura mente tantum com„prehenditur, non abhorrens a vero cenſen„dum eſt, ſi dicamus, a natura corporis ex„perte oriri principia menti conſentanea poſ„ſe, de quibus deinde corpora conſtituan„tur, natura, quæ mente percipitur, facul„tates ſibi conſimiles excitante, quarum de„inde concurſu mutuo res, quæ ex materia „conſtat, oritur. *Deus materiam creavit.*

CAPUT

CAPUT XXV.

Quo pacto quis etiam alienus a doctri Eccleſiæ poſſit adduci, ut litteris ſacris reſurrectionem ex mortuis fore affirmantibus fidem habeat.

Reſurrectio mortuorum probatur.

„Verum fuerit aliquis fortaſſe, qui corp
„ ra per interitum diſſipata conſideran
„fieri non poſſe putet, ut ex mortuis reſu
„gamus. Sed huic id, primum argumen
„ſit, quod certiſſimis oraculis reſurrect
„mortuorum prædicta ſit; quæ vera eſſe
„hoc ſtatui poteſt, quod & cætera Dei v
„ticinia eventus ipſe comprobavit, uti
„deſtructione & interitu urbis Jeruſalem. Qu
„etiam non tam verbis, quam reipſa reſu
„rectionem fore didicimus: ea vero cum r
„ſit ardua, iccirco Dominus a miraculis i
„ferioribus exorſus paulatim nos condoc
„facit, ut in rebus etiam majoribus fide
„ipſi habeamus. Nam cum vehemente fe
„re Simonis ſocrus ureretur, tantam m
„mutationem uno ſermonis imperio effeci
„ut continuo ad miniſtrandum Chriſto &
„ſcipulis eſſet ei ſatis virium, quæ Paulo a
„te moritura videbatur. Deinde poteſt
„priori non nihil addit, cum Regis cuju
„dam filium in præſentiſſimo vitæ diſcrim
„ne decumbentem exſuſcitat, ad quem n
„acceſſit: ſed quaſi a longinquo vitam i
„ſolius imperii vi miſit. Poſt hæc ad m
„racula quædam ardua magis accedit; na
„cu

n ad filiam Viri publico in Concilio Prin-
is pergeret, non nihil itineri moræ vo-
s injecit, & cum ad eam veniſſet, a cu-
corpore non multo ante diremtus erat
mus, ſolo ſermonis imperio puellam
ıſi excitatam de ſomno vitæ reſtituit.
rſus ut fore ex mortuis reſurrectionem
deremus, proditum eſt ſacris litteris,
od juvenem viduæ cujusdam in Naim
cum filium a morte excitatum matri re-
uerit, cum tantum non ſepultus eſſet.
l Dominus ad prodigium etiam excelſius
greditur, ut propius per manifeſtas ef-
tiones ad reſuſcitationis miraculum ac-
leremus. Afflicta valetudine erat Laza-
, moriebatur; toti jam dies elapſi qua-
r erant, juſta mortuo jam pridem facta,
pus ſepulchro conditum, cadavere ipſo
illuvie terræ neceſſario diffluente; res
ı fœda tantumque non abominanda co-
nimirum naturam id, quod jam ita diſ-
riſſet, ut plane fœteret, vitæ reſtitue-
Itaque tunc haud dubie prodigio quo-
n illuſtriori genus humanum univerſe
quando ex morte excitandum eſſe demon-
tum eſt. Quia vero par erat, ut qui ho-
ies per edita in alienis corporibus mi-
ula docebat, ut reſurrectionem fore cre-
ent; idem etiam illo in corpore, quod a
is ſumpſerat, comprobaret, excitatus
a mortuis. Quando igitur Domini va-
nia de hoc vera eſſe patet, & fore re-
rectionem non verbis modo, ſed ipſa
um re declaravit, quid deinceps præte-
„xeat

„xent adverſarii cauſæ, quo minus nobis
„ſentiantur, præſertim cum de verbis Va
„quo pacto revocaturus in vitam ſit De
„homines intelligere liceat: Auferes, inq
„ab eis Spiritum ipſorum, & amiſſa co
„nuo vita in pulverem priſtinum redigent
„emittes Spiritum tuum, & de integro cı
„buntur, innovata etiam ipſius terræ fa

CAPUT XXVI.

Reſurrectionem fore, abhorrens a v non videtur.

Solvuntur objectiones.

„Verum nonnulli ſunt, qui ob huma
„rum cogitationum imbecillitatem
„feruntur, ut Dei poteſtatem ad virium
„ſtrarum modulum exigant. Nam reſpi
„re nos ad eos jubent, qui olim mortui
„ad nihilum ſunt redacti, tum quorum c
„pora rogis impoſita & concremata ſunt. (
„jicit eorum nobis oratio carnivoras bellu
„atque etiam piſces, qui hominum nau
„giis ejectorum carnes deglutiverunt.
„dunt uſu venire, ut iis viciſſim homi
„veſcantur, & concoctos ſuam in carn
„convertant. Hujuſmodi multa, levia,
„Dei poteſtate indigna recenſent, ut noſtı
„de reſurrectione doctrinam evertant; qı
„vero nequeat Deus, quod homini cui
„eſt proprium, reſtituere. Sed nos fateam
„reſolvi corpus hominis illas in partes,
„quibus conſtat, omnibus in nobis partil
„ad res ſibi cognatas tendentibus. Sive i
„

„tur corpus humanum a carnivoris avibus, „ſive belluis aut piſcibus devoretur, ſive ro„go impoſitum in cineres redigatur, & quo„cunque loco eſſe hominis corpus ſtatuamus, „id conſtabit, hoc in mundo illud contineri. „Mundum porro Dei poſitum eſſe in manu „litteræ ſacræ docent: quodſi tu ea non ig„noras, quæ manu tua continentur, cur „Deum minus eſſe perſpicacem, quam tu ſis, „exiſtimas?

CAPUT XXVII.

Fieri poteſt, ut ſparſo in elementa univerſitatis humano corpore, quod proprium tamen cuique eſt, ex illa communitate reſtituatur.

Corporis reſurrectio poſſibilis.

„At enim dum elementa univerſitatis intue„ris, fore exiſtimas difficile, ut ex „communitate id, quod corporum ſingulo„rum proprium eſt, aliquando rurſus con„ſtat, poſtquam ſemel in cognatum elemen„tum diſperſum eſt. Verum cur obſecro de „humanis etiam exemplis non colligis ratio„cinando, divinæ Majeſtatis hoc terminos „non excedere? cum enim animus, quidquid „ſibi cognatum & proprium eſt, colligat, quis „labor divinæ poteſtati erit, efficere, ut cog„nata rurſus concurrant, quæ ductu naturæ „ad ſe mutuo feruntur? In animo quidem „etiam poſt diſceſſum a corpore ſigna quæ„dam

„dam ſupereſſe, de quibus corpus noſtru
„cognoſcat, declarat divitis apud inferos
„Abrahamum ſermo; nam quamvis tumu
„mandata eſſent corpora, tamen nota qu
„dam inhærebat animo, de qua & Lazar
„& dives agnoſcebantur. Non ergo a ve
„abhorret, ſuſcitata ex morte corpora
„priſtinam proprietatem reverſura; exiſtin
„ri enim non debet eſſe nos univerſe ita m
„tationi obnoxios, ut nihil ſtabile in no
„reperiatur. Licet enim corpus alterna vi
„ſitudine per accretionem & dimminution
„mutetur; forma tamen eadem ſemper n
„net, neque notas ſibi inditas a natura am
„tit. Excipienda tamen venit ea mutati
„quæ morbo aliquo ideæ contingit, eamq
„deformat, quæ recuperata ſanitate prop
„notis rurſus elucet. Igitur abſurdum n
„eſt, id, quod eſt cujusque proprium, reli
„communitate ad ſingulos rediturum; que
„admodum vivum argentum effuſum mi
„tos in globulos conformatum paſſim ita
„terram diſpergitur, ut nulla cum alia
„commiſceatur, collectum vero ſua ſpo
„ita confluit, ut nulla res interjecta h
„commiſtionem impediat. Hujusmodi qu
„dam & in humani corporis compage ſ
„tuendum exiſtimo, ſigno divinitus dato p
„tes ſibi cognatas ſine Creatoris moleſtia
„ſceri. Nam ne in iis quidem, quæ terra p
„veniunt magnopere naturam occupari
„demus, ut vel triticum, vel milium vel al
„quodvis ſemen in culmum, ariſtas, ſpi
„convertatur; ſua enim ſponte nutriment

„c

femini conveniens de communi ad
rum uſum transfertur. Quid ergo
um, ſi dicamus perinde ut ſemina
ientem ſuccum, ſic quoslibet ex mor-
ſurgentes propria rurſus attrahere?
e quod in nobis illuſtriſſimum eſt,
: exiſtendi Principium, ſilentio non
eamus. Nam quis effectionem natu-
mirandam ignorat, quid nimirum al-
aterna capiat, & quid de eo efficiat,
ex eo corpus hominis conſtituatur?
bſecro fieri putaret, ſi hæc com-
naturæ ductu perſpecta non haberet,
guum illud tam eximii operis prin-
foret?

CAPUT XXVIII.

us eos, qui animos ante corpora
xiſtere, vel econtra corpora prius quam
s eſſe condita. Fabulis etiam con-
ntanea de animorum migrationi-
bus doctrina evertitur.

am ſuperioris memoriæ doctores, qui *Animæ ante corpora non ſunt condita.*
commentarios de principiis ſcripſe-
animos hominum quaſi quamdam na
ſeorſim quadam in republica exi-
nge ante corpora tradunt. Et ani-
idam conſtanter virtutis deditos cum
ibus non copulari, ſin autem boni
excidant, eos in hanc vitam prola-
in corpora immitti. Alii contra

 „ani-

„animum corpore ortu poſteriorem eſſe aju
„Deum namque commemorat Moſes prim
„de terra hominem finxiſſe, deinde per i
„ſpirationem animum ei indidiſſe; hac i
„ratione præſtantiorem eſſe animo carn
„probare conantur, qui carni jam ante cre
„ta ſit inditus. Ajunt enim, animum c
„poris cauſa factum eſſe, ne opus hoc D
„a reſpiratione & motu deſtitueretur. Ut
„que hæc opinio reprehenſionem meret
„Qui partem priorem defendunt, mihi q
„dem a Græcanicis illis diſciplinis hominu
„doctrinæ veritatis ignarorum immunes e
Metempſi-oſis refu-tatur. „non videntur, qui fabulas quasdam
„animorum ex aliis in alia corpora migr
„tionibus commenti ſunt, & ſeſe aliqua
„do fuiſſe & virum & fœminam, & vol
„crem, & piſcem, & reliqua quædam de
„profitebantur. Sed meo Judicio prope abe
„rat hæc ipſorum oratio; profecto enim ran
„rum, graculorumque more garriebant, co
„ſentaneamque brutæ & expertis ration
„naturæ doctrinam proferebant. Hujus abſu
„dæ opinionis hæc cauſa eſt, quod ante co
„pora exiſtere animos credebant; ex h
„enim inferebant, quod animus aliquo ſe v
„tio polluens, de ſtatu celſiori deject
„in hominem pluribus perturbationibus ol
„noxium immigret, quibus deditus & in
„merſus ad brutam ſe naturam demittit. Qu
„etiam a natura ſentiente ad eam, quæ ſe
„ſus quoque expers eſt, prolabitur; ex qu
„denique animum prorſus interire conſequ
„tur, dum nimirum ad plantas tranſit, i

„qu

„quibus ea natura proxima eſt, in qua prorſus „anima nulla eſt, & nihil eſt aliud reliquum „niſi de inanimato in nihilum commigratio.

„Eorum vero, qui aiunt ortu poſteriorem „eſſe animum corpore, præcepta jam quædam „eſt mente refutatio, quæ in ſequentibus a „nobis exponetur. Itaque ſic concludamus, „at eſſe partis utriusque doctrinam æque ab„jiciendam pronuntiemus. Noſtra vero hac „tota in re ſententia, media inter utramque „opinionem via incedendo, ipſam ad verita„tem ſe diriget. Eſt enim hujusmodi. Ani„mos neque ſecundum gentilis ſapientiæ er„rorem una cum univerſitate in orbem agi„tatos redditosque per vitiorum contamina„tionem graviores, cum pares eſſe curſu ce„lerrimo poli motui nequeunt, in terram de„labi: neque corporis cauſatum primum ori„ri, cum jam illud inſtar luteæ cujusdam „ſtatuæ ſit conformatum; nam ea ratione na„tura intelligentia prædita luteo figmento de„terior foret.

CAPUT XXIX.

Idem eſſe tum animo tum corpori exiſtendi principium probatur.

Anima corporis ortu non poſterior.

„Cum unus & idem homo ſit, qui corpore „& animo conſtat, unum eſſe commu„neque tribuendum ei dicimus exiſtendi prin„cipium, ne parte hac ſeipſo prior, altero ju„nior ſit & poſterior. Quocirca alterum al„teri

„teri præponi non debet; idque hanc potiſſi
„mum ob cauſam, ne ſecum ipſe diſſider
„videatur homo ad temporis diſcrimen in di
„verſas partes in harum ortu diviſus. Nan
„cum natura noſtra bifariam intelligatur, u
„alia ſit, quæ cerni poteſt, alia interius ho
„minis veluti occultati, ſi ſtatueremus, alte
„ram prius ortam extitiſſe, quam alter
„eſſe inciperet, plane hoc indicio foret, Con
„ditoris poteſtatem non omnino perfectar
„eſſe, eo quod in perficiendis ſingulis pa
„tibus ex ſemiſſe prius occupata fuerit. Ni
„mirum ſicuti in grano tritici tota ſpicæ ma
„turæ ſpecies poteſtate comprehenſa eſt, ſi
„etiam exiſtimamus in humano ſemine, cu
„homo primum incipit oriri, facultatem na
„turalem contineri, ſimul cum ipſo excretan
„quæ paulatim propria vi ad perfectione
„proficiendo perveniat. Animus igitur quem
„admodum ante corpus non exiſtit, ſic ho
„minis initio ſine animo corpus eſſe dici ve
„nequit: ſed unum eſt utriusque principium
„quod primo quidem in voluntate Dei inn
„titur, deinde in ortus noſtri exordio pone
„dum eſt. Nam ſicut in eo, quod in mate
„na alvo ad conceptionem corporis deponitu
„antequam formetur, perſpici membroru
„diſtinctio nequit; ſic nec vis animi depre
„hendi poteſt, antequam ad effectiones ſuæ
„illa progrediatur. Sane cum a mortuo co
„pore nulla ad conceptionem facultas exce
„natur, ſed a vivo, vero conſentaneum eſ
„ne illud quidem mortuum eſſe, quod e
„corpore vivo ad procreandum rem viva

„emi

ur. Carnem certe quod attinet, ea
dquam per ſe mortuum, mortalitas
nonniſi animi eſt privatio; nemo au-
xerit, habitu privationem priorem.
uod tamen ſequeretur, ſi quis car-
em mortuam dicat animo priorem
Deinde in homine hoc eſſe argumen-
tæ dicimus, ſi & caleat, & occupe-
ændo, & moveatur: cum igitur hoc
:, de quo nunc diſſerimus, & calore
am & minime otioſum ſit; conclu-
etiam inanimum non eſſe. Et quem-
um eam partem, de qua corpus con-
r, non carnem, oſſa, & reliqua di-
ſed ſtatuimus, illam poteſtate quod-
iorum eſſe, tametſi necdum quid-
conſpicitate poſſit; ſic animam quod
, quamquam in ea nec dum facultas
iatrix, appetens, & affectiones con-
appareat, tamen ea ineſſe huic di-
& affectiones animi una cum corpo-
cere. Ac primo quidem exiſtit in eo
s accreſcens & nutriens ſola, deinde
di facultas efflorеſcens cum priore
gitur, demum rationis particeps fa-
elucеſcit, non quidem ſubito tota
orem ſuum oſtendens, ſed una cum
nenti ſui perfectione celeriter augeſ-
osque fructus proferens, qui corporis
iti reſpondeant.

CAPUT XXX.

Humani corporis ſtructuræ quædam altius ex ipſa medicina breviter repetita contemplatio.

Tria in homine ad vitam neceſſaria.

„Sunt omnino in corporis natura tria numero, quorum gratia ſingula in nobis membra facta ſunt: nam alia ut viveremus condita ſunt; alia, ut jucunde viveremus; alia, „ut eſſet in humano genere perpetua poſteritatis ſucceſſio. Quæ porro ejus ſunt generis, ut absque ipſis homo non viveret, tribus membris comprehenduntur, cerebro, „corde, jecinore. Quæ efficiunt, ut jucunde „homo viveret, ſunt ſenſuum inſtrumenta; „nam in his vita quidem noſtra non conſiſtit, „cum homini vivere liceat plerisque horum „amiſſis: ſed fieri non poteſt, ut absque horum actionibus rerum jucundarum voluptate fruamur. Tertium membrum ad generis perpetuitatem ſpectat. Præter hæc alia „membra ſunt, quæ & ipſa cum cœteris vitam hominis conſervant, in quibus ſunt ſtomachus & pulmo, quorum hic calorem cordis perflando excitat, ille viſceribus alimentum ſuum præbet.

Corpus hominis elementa continet.

„Quia vero apud omnes in confeſſo eſt, „exiſtere quiddam in nobis de omnibus mundi elementis, de calore, frigore, humore „& ſiccitate, de ſingulis agamus. Videmus „autem tres inprimis eſſe facultates vitæ noſtræ, quarum prima calore ſuo cuncta fovet;

„altera,

„altera, quod concaluit, ſucco ſuo humectat, „ne a calore opprimatur. Tertia facultas „articulos non cohærentes ligamentis ſuis „continet & copulat, & omnibus indit vim „quamdam, ſponte ſua ſe movendi, quæ ſi „amittatur, membrum etiam velut emortuum „eſſe neceſſe eſt.

„Porro cum ea, quæ dura & ſolida ſunt, *Carnis &* „ſenſus actiones non admittant, ut eſt in cor- *oſſium* „poris noſtri oſſibus videre, iccirco neceſſe *officia.* „erat, quoddam quaſi cereum opificium ſen„ſuum actionibus ſubjici, quod cedendo im„preſſas notas reciperet, & mediocriter mol„le & durum eſſet, ne animal ſenſus motione „careret. Cum vero omne molle facile cedit „& flectitur, ſi non etiam ex parte duritiei ſit „particeps, motus prorſus eſſe neceſſe eſt; id„eo corpori natura ſolida quædam oſſa indi„dit, eaque mutuo aptiſſima harmonia co„pulavit, & nervorum vinculis commiſſu„ras eorum conſtringens, ea carne undique „obduxit, quæ & ſenſuum capax foret, & „ſuperficie quadam contineretur, ut morbis „minus eſſet obnoxia ac paulo tenſior. Soli„dis hiſce oſſibus tamquam columnis corporis „molem impoſuit univerſam. Neque unum „tantum in corpore os eſſe voluit; nam homo „neque progredi potuiſſet, ſi crura non licuiſ„ſet viciſſim ſublata ulterius collocare, ne„que manibus uti adminiſtris. Nunc vero ſin„gulari naturæ artificio corporis organum & „loco movetur, & agendi eſt facultate præ„ditum; poſtquam ei per ſpiritus, qui per

„nervos dividuntur, vis & impetus quida
„ad varios motus acceſſit. Hinc varia ope
„manuum, cervicis inflexio, capitis inclin
„tio, & erectio, maxillarum motus, palp
„brarum diductio, & cæterorum articuloru
„motus, qui nervorum vel contentione v
„remiſſione fiunt.

Crebri ad vitam neceſſitas. „Cæterum maximas ad vitam commodit
„tes oriri a cerebro clariſſime perſpicitur, cu
„quid huic adverſi accidit; nam ſi membrar
„ipſum ambiens vulneretur, aut rumpatu
„continuo mors hominem occupat. Cu
„vero in iis, qui de vita migrarunt, & e
„tingui calorem a natura inſitum, & qu
„emortuum eſt, occupari a frigore videamu
Caloris. „iccirco etiam in calore cauſam quandam v
„vendi ponimus. Hujus facultatis cor
„quaſi quidam fons & principium, a quo me
„tus orti per corpus univerſum igneos ca
Sanguinis. „dosque ſpiritus diffundunt: cumque calo
„huic nutrimentum neceſſarium ſit, iccir
„ſanguinis rivi de jecinore toto corpore c
Pulmonis officium. „lido ſpiritui comites ſunt. Deinde aer etia
„cordi per pulmonem ſuggeritur, qui per i
„ſertam ſibi arteriam ad os pertinentem ſp
„ritum externum per reſpirationes continu
Cordis. „haurit. Hujus in parte media cor continet
„quod ipſum ſine intermiſſione movetur, a
Reſpiratio. „rem e vicino pulmone attrahit, parteſq
„concavas diductione replet, ac quod igneu
„eſt in ipſo, efflat, inque adjunctas arteri
„excernit, in quo reſpirationis cauſa p
„ſita eſt.

„Qu

„Quia vero, quod igneum eſt, materiam *Stomachi jecoris & cæt. officia.* [q]uaſi fomentum quærit, id etiam ſtomacho ibi receptaculo convenit: quanto enim magis ob caloris vicinitatem igneſcit, tanto [a]vidius ea, quæ calorem nutriunt, attrahit, [&] huic naturæ cupiditati inditum eſt nomen [a]*ppetitus*. Quodſi ſtomachus cibi ſatis jam [p]rehenderit, non tamen ignis vicini ceſſabit [a]ctio; nam colliquefaciet cibum tanquam [i]n vaſe liquandis rebus apto; cumque cru[d]a digeſſerit & cohærentia, interque ſe commiſcuerit, proximos in meatus ea dejiciet. Deinde ſecretis utrinque partibus tum iis, [q]uæ craſſiores, tum quæ puriores ſunt, te[n]ues haſce per quosdam canales ad jecinoris [o]ſtia deducet; ſubſidentes autem & craſſas [i]n nutrimento fœces in capaciora inteſtina [d]etrudet, ac per multiplicia horum volu[m]ina verſatas aliquamdiu retinebit, partim [u]t his viſcera nonnihil nutrimenti hau[r]iant, partim ne continuo nobis moleſta ſit nutrimenti appetitio. Cum vero jecinori ad commutandum res humidas in ſanguinem calor neceſſarius ſit, & hoc membrum longius a corde principio facultatis abſit, ne quid ob caloris diſtantiam detrimenti nobis accidat, meatus nerveus ſeu arteria hauſtum de corde ſpiritum igneum ad hepar defert, quæ arteria hepati inſeritur, & calore ſuo facit, ut humida ferveant, quiddam cum eis igni cognatum communicans, quo fit, ut ſanguis igneo colore ſeu purpureo reſperſus exiſtat. Inde rurſus exorti gemini quidam rivuli tubulis conſimiles, quorum

„alter

„alter ſpiritum, ſanguinem alter continet „per corpus univerſum multifariam ſpargun „tur, & in infinitos quaſi ramos ſe findunt „quod vero in calore puriſſimum & in humo „re tenuiſſimum eſt, veluti exhalando cere „brum nutriunt, a quo profectus omnis ner „vorum motus, omnis muſculorum contra „ctio, omnis ſpiritus, qui motus eſt ſinguli „in membris ſpontanei cauſa, efficiunt, ut „corporis humani fabrica ſuis actionibus & „motu ſit prædita.

Oſſium neceſſitas. „Quare etiam cerebrum & membranam „ejus muniri magis, quam cætera membra, „conveniebat; unde in capite duplici oſſium „ambitu omni ex parte comprehenditur. Sic „uti etiam cor oſſibus duriſſimis munitur; nam „a tergo eſt ſpina dorſi, quam utraque parte „tutam ſcapulæ reddunt, latus autem utrum „que coſtæ complectuntur; parte denique „antica pectus & binæ claviculæ cor muniunt, „ut hoc modo contra omnia mala, & mole „ſtias undique tutum ſit.

Nutritio. Sicuti autem univerſa, quæ terra profert, „licet ab uno humore proveniant, diverſiſſi „ma tamen efficiuntur, ſive naturam, ſive „ſpeciem, ſive qualitates ſingulorum ſpectes: „ita etiam hujusmodi quoddam in noſtro cor „pore conſpicitur. Oſſa, cartilagines, venæ, „arteriæ, nervi, ligamenta, carnes, cutis, „capilli, muſculi, ungues, oculi, nares, „aures, & reliqua diverſis a ſe invicem di „ſtincta proprietatibus una alimenti ſpecie, „prout

„prout ipſorum natura fert, nutriuntur, ita „ut cibus in eorum naturam convertatur, „quibus ſe adjunxerit. Si ad oculum deferatur, ad naturam oculi temperatur; in oſſibus dureſcit, in medulla tenerum efficitur, „cum nervo tenditur, & ſic de reliquis. Sed „enim longe ab inſtituto digreſſa eſt oratio, „dum altius naturæ inhæret, & oculis quaſi „ſubjicere conatur, quæ ad vivendum comparata ſunt; quæ vita ut nobis beata ſit, „revertamur ad divinam illam gratiam, qua „in rerum initio Deus hominem creavit, cum „diceret: Faciamus hominem ad imaginem „& ſimilitudinem noſtram. Ei ſit gloria, & „poteſtas ſæculis infinitis, Amen.

Nota. Sequuntur hic in editione Pariſienſi Græcolatina de an. 1615 duæ homiliæ in illud: faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, quæ tamen, uti obſervat D. Tobenz in Inſtitutionibus uſus & doctrinæ Patrum, ob ſtyli differentiam a Criticis inter ſuppoſitas rejiciuntur, & in vetuſtiſſimo exemplari a Franciſco Zino ſub elogio incerti Auctoris referuntur: imo vero nihil aliud fere continent, quam quod in duobus præcedentibus tractatibus dictum fuit.

S. GREGORII NYSSENI DE VITA MOYSIS, SIVE DE VITA PERFECTA LIBER.

Georgio Trapezuntio Interprete.

In virtute non datur perfectionis terminus.

I. Liber hic ad quemdam Cæſarium ſcriptus eſt explicatio omnium geſtorum Moyſis,

ſis, unde inſtitutiones morales ſeu conſi(
tiones circa religionem eliciuntur : q(
obrem etiam inſcriptus eſt, de vita per(
Ait igitur „Petiiſti a me chariſſime fili
„tibi, quænam ſit perfecta vita, dilig(
„deſcribam. Perfectum autem dicitur, (
„finem ſuum atque terminum ita confec(
„eſt, ut nihil ſibi deſit, nihil deficiat. Et
„dem in his, quæ ſenſu capiuntur, c
„quibusdam terminis continentur omnia
„verbi cauſa in quanto tam continuo q
„diſcreto propriis quibusdam terminis o
„menſura concluditur. In virtute vero l
„ab Apoſtolo perfectionis eſſe terminun
„cimus, quod nullus in ipſa ſit termi
„quippe cum ipſe Paulus vir divinus & (
„te altiſſimus ſemper per virtutem cu(
„ſuum intenderet, nec umquam ad m(
„conſcendere negligeret, non tamen vid
„ſtatutam ſibi curſus perfectionem ac fi(
„Quia omne bonum ipſa natura, qua bo
„eſt, non habet terminum, ſed contrarii (
„paratione terminatur, ut vita morte,
„tenebris; & omne bonum in eo deſinit, (
„ipſi contrarium eſſe intelligitur. Et ſi
„qui non ſimulate ſed vere virtutem ſequ
„Deo, qui vera virtus eſt, participat
„conjungitur, Deus autem terminum no(
„bet: quare neceſſe eſt, participantis qu(
„deſiderium, cum ad interminatum i(
„tumque ſeipſum extendat, nullum h(
„exitum, quo ceſſare poſſit. Unde im(
„bile eſt, ita perfectionem aſſequi, ut a(
„tiora nullus aſcenſus relinquatur.

2. „

2. „Non tamen quia, quod quæritur, exi- *Ad per-*
um non habet, idcirco præceptum illud *fectionem*
omini negligendum eſt, quo dicitur: *Per- tenden-*
ti ſitis, ſicut & pater veſter cæleſtis perfe- dum.
us eſt Matth. 5. Nam ſi & totum conſe-
ui nequeas, tamen in rebus omnibus natu-
bonis non parvum eſt lucrum, vel par-
m earum aliquam conſequi. Omne igitur
udium adhibeamus, ne ab ea perfectione
ecidamus, ad quam pervenire poſſibile eſt;
a enim ſe habere, ut ad ulteriora ſemper
virtute velis aſcendere, id ipſum forſi-
n humanæ naturæ perfectio eſt, ad quam
t pertingamus, unius probati vitam in
templum ſumamus; idcirco enim creden-
am eſt, præſtantiſſimorum virorum vitas
quiſitiſſime perſcriptas eſſe, ut vita noſtra
nitatione ad virtutem rectius deducatur.
uamobrem Moyſes nobis in exemplum
oponatur, cujus vitam, & conſentaneum
ſtoriæ ſenſum inveſtigabimus, quo perfe-
am hominum vitam facilius cognoſcemus.

3. „Cum maſculinam Judæorum plebem *Nativitas*
yranni lex occidendam ſtatuit, Moyſes *Moyſis*
ſcitur. Sed hoc litteralis ſenſus hiſtoriæ *quid ſig-*
t, quæ, ut ad mores accommodetur, altius *nificat.*
telligenda eſt. Cuncta, quæ in mutatione
ſita ſunt, numquam firma manent, ſed
terum ex altero gignitur, & aut ad me-
is aut ad pejus ſemper exitus fit. Cum
itur maſculinam Judæorum prolem Tyran-
lex occidendam ſtatuit, tunc Moyſes naſ-
tur; muliebris enim ſexus carnalem vi-
„tam,

„tam, quæ hoſti humani generis placet; vi„rilis vero partus hoſti contrarius virtuoſam „vitam ſignificat, qua omni diligentia naſci „debemus, ut hoſti noſtro partus noſter mo„leſtus ſit. Eſt autem voluntatis noſtræ maſ„culam edere prolem, ac eam convenienter „nutrire, &, quomodo in aquis ſalvari poſſit, „providere: nam qui hoſti partus ſuos inter„ficiendos condonant, hi nudos filios fluƈti„bus ſeu perturbationibus hujus vitæ expo„nunt, virilis autem partus rationabiles pa„rentes fiſcella muniunt, quos genuerunt, „ne undarum impetu ſubmergantur. Eſt au„tem veluti virgulis diverſis compaƈta fiſcella, „doƈtrina ſcilicet variis diſciplinis compaƈta, „quæ ſuper fluƈtus hujus vitæ fertur, & ad „ripam tandem animum educit: videmus „enim, ſi quis procellis humanæ vitæ reſiſtit, „eam a corrupta hominum vita repelli, quam „qui effugit, vagitum imitetur Moyſis, nec la„chrymis parcat, quæ lachryma cuſtos eo„rum eſt, qui veram quærunt virtutem. „Quodſi Regis ſterilis filia, doƈtrina videlicet „exterior, quæ inania ſemper ſuo abortu „edit, in filium eum adoptaverit, eo usque „falſæ matris ſe filium profitebitur, donec „ad majorem ætatem perveniat, & vera do„ƈtrina foveatur. Quare tantum aſſidebit Æ„gyptiorum doƈtrinæ, quantum opus erit ad „inferiorem doƈtrinam percipiendam, ne om„nino expers humanorum præceptorum eſſe „videatur: deinde ad propriam matrem totus „recurret, quam non omnino reliquerat, ut

„ex-

„exquiſitam vivendi formam perdiſcat, & ,obſervet.

4. „Inimici autem duo inter ſe colluctan- ,tes Hebræus atque Ægyptius, inter quos ,medius factus Moyſes, cum eos conciliare ,non potuiſſet, Ægyptium interfecit, pietas ,ſunt atque impietas. Primam Scriptura ſa- ,cra per Hebræum, alteram ſæcularis do- ,ctrina nugis ſuis inſinuat, quam, qui Moy- ,ſen imitatur, reluctantem occidit, nec ad- ,verſus fidem inſurgere patitur: quanquam ,etiam id accipere pro omni virtute & vitio ,poſſimus. Docet igitur nos Moyſes radici- tus tollenda eſſe vitia, virtutem autem am- plectendam. Rixa vero, quæ inter Judæos facta ſedari a Moyſe non potuit, noſtro- rum ſunt de dogmatibus Eccleſiæ colluɛta- tiones, quas ſi ſedare non poſſumus, fu- giendum ad ſublimiorem doctrinam, & ſæ- culari etiam doctrinæ parumper cohabitan- dum, ut pravos Paſtores a puteis repella- mus, verſutos ſcilicet, malignosque doctri- næ profeſſores, quibus repulſis ſic vivemus, ut pugnantibus non miſceamur, ſed motus animi rationi obtemperantes gubernemus: atque hoc modo mirabili ſuo veritas ſplen- dore nobis apparebit, animique oculos illu- minabit. Deus autem eſt veritas, quæ tunc in vepribus Moyſi viſa eſt, ad quam nos adducit recta vivendi ratio; & non de cælo illucеſcit, ne a ſtellis defluxa lux videatur, ſed a rubo ſpinoſo, ab humanitate ſcilicet

Myſtica interpretatio vitæ Moyſis.

Rubi ardentis myſterium.

„Salvatoris effulgens, & ad cognitio
„per Evangelicam tubam nos revocan
„etiam myſterium illud virginis fig
„eſſe quis non viderit? ab ea namq
„tatis lux aſſumpta carne illuxit hon
„eamque omnino incorruptam ſervav
„ginitatis viriditate nullo pacto com
„Quæ quidem lux cum nobis illuxerit
„docebit, quid faciendum ſit, ut p
„ad veritatis radios accedere: quo
„ſolvendi, ejiciendusque ſit omnis
„pelliceus & terreſtris & ſordidus pa
„aſtus, ut ipſius, qui eſt, cognitio pc
„cipi. Mihi enim videtur magnus ille
„in ea viſione didiciſſe, nihil earum
„quæ aut ſenſu comprehenduntur, ai
„te perſpiciuntur, præter ſupremam eſſ
„quæ omnium cauſa eſt, & a qua on
„pendent, vere ſubſiſtere: in nullo ei
„terorum independentia perſpici pot
„quod absque participatione veri er
„poſſit.

Philoſophia ſanæ utilitas.

5. „Quia igitur Moyſes ad hanc v
„tis intellectionem acceſſit, divinam
„bo lucem proſpiciens, quæ ex car
„illuminavit, talis effectus eſt, ut ali
„que in libertatem vendicaret, & in
„repromiſſionis reduceret, virgæ in
„tem verſæ auxilio; id eſt, fide inca
„nis verbi coadjutus, qua velut athl
„boratus confidenter ac magno animo
„ſtem deſcendit, virgam illam in ma
„nens, fidei videlicet enſem, quo Æ

um ſerpentes confodiat. Sequitur autem pſum conjunx alienigena, humana videlicet eruditio, cujus ſunt nonnulla ad liberorum procreationem utilia; moralis enim naturaisque Philoſophia conjungi ſublimiori vitæ debet, dum ejus partus nihil alienigeni ſceleris ſecum adducat, quod niſi quis circumcidat & auferat, mortis periculum Angelus obviam factus incutiet, quem uxor Moyſis tunc placavit, cum ablatione præputii mundum filium ſuum effecit. Habet enim Philoſophia ſæculi carnale quoddam præputium, quo circumciſo Iſraeliticæ invenitur eſſe nobilitatis: uti exempli cauſa, immortalem eſſe animum philoſophi perhibent, id plum eſt: de corporibus in corpora tranſire volunt, hoc quaſi præputium circumcidendum eſt, multaque alia hujusmodi ſunt veris excogitata rationibus, ſed falſis oppoſitionibus maculata.

6. „Cum ergo Moyſes omni numero virtutis, & divinæ lucis viſione a terrenis in altiora elevatus fuit, optata fratris ſibi occurſatio facta fuit, divinitus ad hoc excitati; tunc enim manifeſte divinum ad virtutem nobis patrocinium concedi reperiemus, cum virtuoſe vixerimus. Occultior enim quædam traditio eſt, & verus ſermo ad nos usque deſcendit, quo creditur; naturæ noſtræ lapſæ a divina Clementia Angelorum aliquem in adminiculum cuique conſtitutum fuiſſe, naturæque noſtræ corruptorem pravum aliquem dæmonem ad male vivendum *Angeli cuſtodes.*

 „ho-

„homines impellentem ad ſingulos deſtinaſſe
„Tunc vero manifeſtius fratris adminiculi
„apparent adverſus hoſtes armatos: frater
„enim hominis eſt, qui tunc maxime nobis
„aſſiſtere videtur, cum Pharaoni appropin-
„quamus.

Non temere ad docendam plebem inſiliendum.

7. „Moyſes proinde, qui talem fratrem „adeptus eſt, qui ſibi adeſſe in periculis non „timeat, is jam confidenter populum alloqui-„tur, ſententiamque dicit; quomodo fimum „ac lateres, alioſque ſerviles labores effugere „poſſit. Et qui antequam perfectiore ſe vir-„tute firmaverat, duos inter ſe contendentes „homines conciliare nequivit, poſtea cum ſibi „ipſi longo tempore vacaverat, a multis ho-„minum millibus facile in protectorem recep-„tus fuit. Magna igitur voce Scripturæ au-„toritas clamare videtur, non inſiliendum „eſſe ad docendam multitudinem; niſi prius „magna diligentia eam fueris authoritatem „adeptus, ut auditores verbis tuis facile ac-„quieſcant. Cum igitur ſententiam Moyſis „populus comprobaſſet, libertatisque deſide-„rio exarſiſſet, tunc incitatur hoſtis, & ma-„jori labore ipſum opprimere conatur: quod „ipſa hodie fieri videmus. Nam multi eo-„rum, qui ſermonem de libertate receperunt, „ac prædicationi Evangelicæ paruerunt, ad „hunc usque diem ab hoſte humani generis „gravibus tentationibus comprimuntur, qui-„bus multi firmiores in fide facti ſunt: non-„nulli vero franguntur adverſis, & maluiſſe „dicunt non audiſſe veritatis & libertatis ſer-

„monem,

em, quam ea de cauſa in tot labores
iſſe. Sed non ceſſabit ideo prædicatio
eritatem & libertatem nos revocans,
multi quaſi infantes tentationes per-
ſcant; hoſtis enim noſter ſemper ſtudet,
d cœlum oculos elevare poſſimus, ſed
rra inclinati lateres ex luto faciamus.
quidquid in hac vita invenitur, quo
ſenſualiter fruitur, id aut ex terra eſt,
ex aqua, ſive ad ventrem ſive ad divi-
pertinens, quorum mixtura lutum fit;
repleti lutoſis his voluptatibus inhian-
umquam ſe plenos retinere poſſunt. Pa-
vero materiam ignis oſtendunt, quam
i præparat, qui terrenis obruitur vo-
ltibus.

„Verum quando quis virtutis præſtan- *Ægypti*
xcellens a ſervitute ad libertatem ſub- *plagæ*
os in vitiis homines vendicare conatur, *myſtice*
cavillator contra divinam inſtitutionem *explicatæ.*
lationes fraudulentas inducit, quas vir-
Loyſis deſtruit & conſumit, incarnatio
et Verbi. Qui autem hanc virtutis &
virgam habet, conſequenter ad majo-
ocedit miracula, quæ, non ut terreant
entes, ſed ut proſint credentibus, fiunt.
tatis igitur hæc ſumma doctrina ad dis- *Sangui-*
iones audientium commutari videtur. *nis influ-*
aliis limpidæ & potabiles aquæ ex quo- *viis.*
nis prædicationibus Scripturæque voci-
in anima ſua ſcaturiunt; aliis vero per-
is opiniones ſequentibus in corruptum
inem Evangelii ſuaviſſimus potus con-

 „ver-

Rana-rum. „vertitur. Sic pro Ranarum quoque ſpecie d „formi, & loquaci, domos & lectulos Ægy „tiorum ſordidante, varios malitiæ fœtu „qui ex fœtido hominum corde, quaſi ex p „trido limo naſcuntur, intelligimus. Hæ „immunda ranarum multitudo domos e „rum, qui ægyptiace, id eſt, vitioſe vive „malunt, inhabitat, & etiam in abditis e „rum invenitur: nam & in muris & au „diverſæ ad luxuriam picturæ nequitiam pr „dicant, quibus cogitatio ad cupiditates r „vocatur vituperoſi ſpectaculi viſione. S „virga quoque Moyſis apparens in Ægyp „Hebræos a ranis mundat; nam qui pra „cupiditatibus quaſi ranis immundis tab „cunt, ſi ad verum legiſlatorem Chriſtu „aſpexerint, & eum manus in cruce extend „ſe crediderint facile a cohabitatione ran „rum liberantur, mortificato morbo huju „modi, ac putrefacto.

Tenebra-rum. 9. „Hoc pacto etiam intellige per virga „Moyſis Ægyptiis quidem atrum & teneb „ſum aerem eſſe confectum, Hebræis ve „eundem eodem in tempore atque loco rad „refulſiſſe. Quippe ſplendida via virtu „æqualiter omnibus eſt propoſita ; ſed a „male agendo vitiorum tenebris obcæcant „alii virtutis lumine reſplendent. Quo „poſtquam triduo Ægyptii tenebris labo „runt , adapertis per pœnitentiam ocu „illico viderunt, palpabiles illæ tenebræ n „immerito peccati & ignorantiæ teneb „conveniunt, quas morte & reſurrectio

„Chri

„Chriſti repulſas ab hiſtoria ſignificatas cae-
„diderim; maxime cum & ibi Moyſes pro
„Ægyptiis, & hic Chriſtus pro peccatoribus
„manus extenderit. Pulverem autem de ca- *Ulcerum.*
„mino ſumptum, qui turgentia ulcera dolo-
„resque intolerabiles Ægyptiis inferebant,
„ipſo nomine camini admoniti, gehennae, ac
„ignis illius cruciatum ſignificaſſe credimus,
„qui quidem ſolos vexat Ægyptios, id eſt,
„male viventes, & extenſionem manuum
„Chriſti non adorantes; ſi quis vero verus
„Abrahae nepos illius vitam fide & opere
„imitetur, is ignem illum non ſentiet, ex-
„tenſione manuum Chriſti liberatus. Scyni- *Ciniſum*
„fes vero illas, qui occultis morſibus Ægyp- *&c.*
„tios exagitarunt; caninasque muſcas, locus-
„tasque agrorum vaſtitatem inferentes, &
„fulmina cum grandinis lapidibus decidentia
„haec omnia Ægyptiaca vita quaerit & eligit;
„Dei autem juſtitia ſecundum ſingulorum
„merita infert peccantibus.

10. „Quodſi igitur aliquis ſicut Moyſes *Primige-*
„longis bene vivendi exercitationibus ſeipſum *nitorum*
„confirmaverit, tunc dabit operam, ut pec- *caedes.*
„catoribus dux ad libertatem fiat; cumque
„ad ipſos acceſſerit, ingens libertatis deſide-
„rium in animos eorum immittet, ac demum
„primogenitis Ægyptiorum mortem inferet.
„Quia non alia ratione ac via Ægypti effugere
„vitam poſſibile eſt, niſi primas cogitationes
„& peccati initia radicitus tollamus: qui pri-
„mogenitum interimit, is partum quoque, qui
„ex eo naſcitur, ſimul interimit. Primogeni-

 „torum

„torum ergo nece, & poſtium per ſan
„nem cuſtodia diſcimus, & illinc primas
„tiorum appetitiones tollendas, & hinc
„mum vitiorum adverſus nos adytum pe
„rum agnum repellendum eſſe. Non enin
„greſſum percuſſorem ejicere, ſed, ne in
„diatur, cavere lex jubet; cautio auten
„cuſtodia tuta eſt, ut agni ſanguine ſu
„liminare ſimul & poſtes perungamus
„eſt, concupiſcibilem & iraſcibilem an
„partem rationali ſubjiciamus.

ius agni ſchalis. 11. Porro myſticum etiam agni co
„dendi modum legiſlator tradit, quam c
„meſtionem tranſitum appellavit, ut int
„gamus tranſitum eſſe quemdam hanc v
„noſtram, ad quem præparatos nos eſſe
„pedibus & manibus, reliquoque ad iter
„paratu. Ne igitur ſpinis in hoc arduc
„vendi genere pedes lædantur, durior
„calceis communiti itinerare debemus: ſ
„autem peccata ſunt, a quibus durities
„eorum defendit, continentiſſima ſcili
„tenuis, ac dura vita, quæ frangit ſpina
„acumina, quibus a parvo principio ad i
„riora peccata ſic ingrediuntur, ut per
„occidant. Ad hanc vitam degendam
„ris veſtis, ſeu vitioſa & effuſa vivendi
„impedimento eſt; quare cingulo, id eſt
„deſta vita coarctanda eſt, quæ nos m
„ad neceſſitatem non ad voluptatem r
„uti. Baculus vero, quo & feras repellin
„& ſuſtentamur, ſpes eſt, qua inducin
„ut labores, & dolores ſufferamus, feſſos
„

„nos recreemus, in alienas a veritate beſtias „inſurgamus, & eas ab ovibus noſtris arcea- „mus. Ex igne autem ſolum cibus nobis „propoſitus eſt; quoniam fides per cibum ſig- „nificata ardentiſſima eſſe debet, nihil humi- „dum aut fluens poſſidens, ſed firma & ſta- „bilis, ex qua comedemus, quantum nobis „poſſibile eſt. Oſſeum autem & durum nobis „igni tradimus, altiora nobis curioſe non „quærentes; quorum ſcientia non egemus.

12. „Sic educit ab Ægypto Moyſes po- *Spoliatio*
„pulum, & quicunque ejus veſtigia ſequitur: *Ægypti.*
„hoc modo ab Ægyptiaci peccati tyrannide „omnes liberat, qui ei parent. Oportet au- „tem nos, qui talem ducem ſequimur, non „omnino pauperes eſſe, nec divitiarum Æ- „gypti expertes; ſed mutuo ab ipſis accipe- „re, & apud nos retinere, quod præcepto „Moyſis tunc populus fecit: indigni enim „poſſeſſores auri & argenti erant Ægyptii. „Decipiuntur autem ab Hebræis mutuo pe- „tentibus, quæ reddituri non erant, ut, quæ „Dei ſunt, ab indignis auferant ipſi, Deo po- „ſtea ad conſtructionem tabernaculi oblaturi. „Quo Hebræorum facto nos monemur, non „eſſe negligendas doctrinarum divitias, quas „gentes poſſident; & moralem, naturalem- „que Philoſophiam, Aſtronomiam, Geome- „triam, Muſicam, Dialecticam, cæteraſque „ſcientias accipere ab illis, & illis abuten- „tes privare, & in meliores uſus transferre „jubemur.

anſtus ris tri.

13. „Sed qui Ægyptum fugiens, A
„tios fines jam fide tranſivit, ſi tentati
„æſtum extimuerit, ab ipſo Deo pete
„ſibi eſſe ſalutem a Moyſe inſtruitur;
„enim undique inimici viribus ſit circu
„tus, mare divinitus ita ſcinditur, ut p
„lud ambulare poſſit, ad quod nubes
„ſuo deducit, qua Spiritus ſancti grati
„nificatur: a Spiritu enim ad bonum
„cimur, Spiritum qui ſequimur, aquan
„tranſimus. Hæc qui audit, aquæ S
„mentum non ignorabit, in quam fideli
„univerſo noſtri hoſtis exercitu deſce
„ſolus emergit, hoſtibus inde detenti
„aqua oppreſſis; ſcilicet pravis animi p
„nibus, quæ in aquam baptismatis
„dunt. Natura vero aquæ præcedente
„fidei & poteſtate illuminantis & du
„nebulæ Spiritus ſcilicet Sancti fidelib
„tam præſtat; perſecutoribus autem m
„infert. Quare nihil ab exercitu hoſ
„aqua ſubmerſi nobiscum attrahendum
„cum emergimus: alias enim etiam
„aquam in ſervitute remanemus, ſi
„tiam, luxuriam, & his ſimilia in aqua
„tismatis non occidamus; imo nec viti
„reliquias ſequenti poſt fidem vitæ imi
„re debemus.

ua ura in cem verſio.

14. „Iter poſt hæc Judæi tribus p
„runt diebus, & caſtra metati in qu
„loco fuerunt, ubi aquam repererunt
„ritudine nimia nequaquam potabilem
„lignum a Moyſe in aquam immiſſum i

„ſedinem amaritudinem ejus convertit. Quip-„pe qui voluptatibus in baptismo renuntia-„vit, ei amarum Chriſti jugum primo vide-„tur; ſed lignum quoddam immiſſum, id „eſt reſurrectionis myſterium per lignum cru-„cis toto corde admiſſum, & creditum, ſua-„viorem reddit vitam, quæ ſecundum Chri-„ſtum eſt, ſpe futurorum. Deduxit eos po-„ſtea iter ad loca palmis conſita, & fontibus „amœna, quibus in locis feſſi requieverunt. „Erant autem fontes duodecim, palmæ ve-„ro ſeptuaginta; nam crucis myſterium ad „Evangelicam nos adducit doctrinam, in qua „fontes duodecim ſunt ipſi Apoſtoli, ſep-„tuaginta vero palmæ ſeptuaginta diſcipuli. „Neque hic omiſſis aliis miraculi illius ab-„liviſcar, quo dura lapidis natura in aqua-„rum mollitiem converſa potus ſitientibus „facta eſt: nam qui Ægyptum in aquis mor-„tuum dereliquit, & amara ligno crucis dul-„cia ſibi confecit, & abundanter ex fonti-„bus Apoſtolicis bibit, is jam totum Chri-„ſtum ſuſcipit, qui lapis eſt, ut Apoſtolo „placet. 1. Cor. 10. Siccus & durus infideli-„bus, quibus ſiquis virgam fidei adducat, po-„tus fit ſitientibus, in ipſos fluens & manens.

15. „Porro poſtquam Hebræi, quæ ab *Manna.* „Ægypto viatica & cibos ſibi aſſumpſerunt „penitus eos defecerunt, deſuper illis deflu-„xit cibus varius ſimul & ſimplex; ſimplex ex „viſu atque unicus, varius vero ad ſingulo-„rum cupiditates ſe vertens. Ex quo diſci-„mus, quod oporteat fide, baptiſmate, om-„nique

„nique virtute, & Evangelica doctrina mun„dos animos noſtros facere, ita ut Ægyptia„ca vitiorum turba nos deficiat, & demum „cœleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum. Quæ„cunque autem de cibo illo narrat Hiſtoria, „præcepta ſunt ad bene recteque vivendum; „æqualiter enim omnibus propoſitum fuiſſe „cibum aſſeverat, nec plus aut minus quam „indigentia exigebat a validioribus aut im„becillioribus colligebatur. Quo docemur, „ne plura, quam naturæ ſufficiant cauſa vi„vendi, ex his materialibus appetamus: ſed „teneamus edendi menſuram diurnam eſſe „ſufficientem. Quod vero ſiquis quidquam „ex illo cibo in craſtinum depoſuerit, totum „in vermes commutatum eſſe dicatur, do„cet; omne, quod ultra indigentiam mente „avara conſervatur, in futuro Sæculo in ver„mes commutari immortales. Porro die Sab„bati ſolum illæſum, quod deponebatur, per„manebat; id enim poſt vitæ hujus paraſce„ven in quiete poſt mortem utiliſſimum erit. „Dies namque ante Sabbatum paraſceve ſeu „præparatio ad Sabbatum appellatur, quæ „hæc vita eſt, in qua præparamus, quæ ad „futuram vitam nobis præſto erunt, fructus „ſcilicet operum, quæ hic ſeminavimus.

Victoria de Amalec.

16. „Milites ergo, poſtquam myſticum „commeatum acceperunt, adverſus alienige„nas exeunt, Jeſum, qui Moyſi ſucceſſit, du„cem poſſidentes; quousque enim homo im„becillis in fide eſt, & tyranni ſervitute op„preſſus, non ipſe ſe ab hoſte tutatur, ſed „qui

„qui infirmis adeſt, is pro ſuis pugnat. Cum „vero in libertatem homo vendicatus eſt, „tunc non per alium fugat hoſtes, ſed ipſe „pro ſe ipſo manus cum adverſario conferit, „duce uſus non Moyſe Dei cultore, ſed ipſo „Deo. Populus autem, ſiquidem elevatas le„giſlatoris manus reſpicit, vincit facile ho„ſtes, ſin vero depreſſas, cedit hoſtibus. „Significat autem manuum Moyſi in altum „ſublatio leg's in altiſſimos ſenſus accomo„dationem, demiſſio terrenam, & litteralem „legis obſervationem, quam Sacerdos manus „Moyſis ſuſtentans in ſenſum ſpiritualem re„ducit; nam vere iis, qui in legem reſpi„cere poſſunt, crucis myſterium undique ap„paret.

17. „Obtenta autem de hoſtibus victoria, „quam extenſio manuum Moyſi, per quam „myſterium crucis figuratur, præſtitit, tunc „demum ad ſpeculationem ſupremæ naturæ „adducimur; ad quam non animi tantum & „corporis depurgati, ſed veſtium quoque de„ducit munditie, ut & exteriora decora in„teriori animi diſpoſitioni conveniant. Opor„tet etiam, ut ſiquis ad contemplationem „Dei accedere velit, bruta a monte pellat: „id eſt ab omni ſenſuali, & irrationali motu „mentem ſuam emundet, & ſic ad montem „accedat, qui mons arduus & aſcenſu diffi„cilis Theologia eſt, ad cujus radices multi„tudo vix pervenire poteſt. Siquis vero Moy„ſes eſt, poterit etiam altius aſcendere, ſoni„tusque tubarum majores ſentire; quæ tu- *Legis datio.*

„ba

„ba eſt veritatis prædicatio per Prophetas,
„Apoſtolos de divino Incarnationis myſteri
„Quod vero multitudo vocem illam audi
„non potuit, ſed Moyſi commiſit, ut ſeci
„ta illa perciperet, & poſtea populum d
„ceret: id quoque in Eccleſia fieri videmu
„ut non omnes, ſed unus eligatur e mult
„divinarum rerum capax, cui cæteri auc
„tum cum obedientia præbeant. Qui aute
„ſordido vitæ amictu, uti hæretici ſunt, qu
„ſi lapidibus falſis ſuis dogmatibus obruu
„tur. Quod autem Moyſes in caligine Deu
„videt, oſtendit; quod mens hominis, qua
„to magis ad Dei ſpeculationem accedit, ta
„to magis perſpicit, quod divina natura i
„viſibilis & incomprehenſibilis eſt. Nam cu
„reliquerit non ſolum omnia, quæ ſenſu pe
„cipiuntur, ſed & cuncta, quæ mente i
„ſpiciuntur, tunc caligine undique circumſe
„tus Deum videt: in hoc enim conſiſtit ve
„Dei cognitio, & in hoc eſt ejus viſio, ut v
„deas, quod videri non poſſit: quia on
„nem cognitionem cognitio ejus excedit.

Tabernaculum ſuperius. 18. „Sequitur conſtructio Tabernaculi, cu
„jus exemplar Moyſi in monte monſtratu
„eſt. Tabernaculum hoc ipſe Unigenitu
„Deus eſt, qui univerſa in ſe continet, qu
„ex nobis Tabernaculum ſibi fabricavit, cu
„jus cartina caro ejus eſt; columnæ ver
„argento, & auro refulgentes, vectes &
„annuli, ac Cherubim ſuis alis arcam te
„gentes, cæteraque omnia, quæ ad ſuſtinen
„dum, & contegendum Tabernaculum deſcri
„bun

„buntur, Angelorum eſt multitudo in taber„naculo conſpecta, quo corporea hæc ſecun„dum Dei voluntatem ſuſtinentur, atque re„guntur. Hi Angeli in miniſterium miſſi prop„ter eos ſunt, qui hæreditatem capiunt ſa„lutis; ſicut quidam Angeli in animas ſalvan„dorum immittuntur ad ſublimitatem virtu„tis ad terram dejectos elevantes. Arca ve„ro fœderis alis Cherubim contecta in com„prehenſibile ſpeculationis de ineffabilibus „ſignificat. Cum vero de lychnis, ſeu lucer„nis audis, quæ ſepties partitæ ex una baſi „candelabri ſuſtentabantur, jure multifor„mes ſeptem Spiritus fulgores in hoc Taber„naculo fulgere intelliges. Propitiatorium „autem enodat Apoſtolus dicens: Quem ani„marum noſtrarum propitiatorium propoſuit. „*Hebr.* 9. Altare vero, & thuribulum cum „audio, adorationem intelligo, quam huic „Tabernaculo cæleſtes virtutes afferunt. Quod„ſi corium his etiam ineſt colore purpureo, „& pili intexti, Propheta quoque ſalutarem „Domini paſſionem proſpexit: rubedo enim „ſanguinem, pili autem mortem oſtendunt.

19. „Hæc igitur in ſuperiori tabernacu„lo materialibus illis ſignificata putamus; „in inferiore vero non eſt alienum, ſiquis „Chriſti Eccleſiam inferius eſſe tabernaculum „arbitretur, in quo columnæ ſunt myſterio„rum Eccleſiæ miniſtri, Apoſtoli, Prophetæ, „Doctores. *Matth.* 5. 1. *Cor.* 15. Hoc in ta„bernaculo & ſacrificium laudis & thus ora„tionis in mane, ac Veſperum adhiberi ſem-

Tabernaculum inferius.

„per

„per videmus. Urnas vero, id eſt vaſa
„lavandum quis ambiget eos eſſe, qui |
„Sacramentalem aquam, peccatorum ſor
„auferunt. Atria vero, quæ inter ſe co
„plicata in circulum connectuntur, pace
„concordiam, & charitatem credenti
„oſtendunt: Corium vero purpureum &
„ga ex pilis mortificationem carnis, & ſ
„ctiorem vivendi normam ſignificant. Q
„vero intus erant, ſancta Sanctorum nomi
„bantur, ad quæ multitudo pervenire n
„poterat: hæc rerum veritatem denota
„veritatem ſcilicet myſterii noſtri rem ſ
„ctam Sanctorum, & multis incomprehe
„bilem. Credendum enim eſt ita eſſe,
„Eccleſia prædicat; licet oculis cerni r
„poſſit.

Veſtes ſacerdotales. 20. „Sed altius elevatus Moyſes rur
„ad cacumen alterius ſcandit ſpeculation
„ſacerdotalem perdiſcens veſtitum. In h
„præſcribitur tunica, ſeu veſtis talaris hy
„cintho tincta, quo aera ſignificari plu
„volunt; quo ænigmate monentur omn
„qui Dei ſacerdotium aſſumere ſtudent,
„ipſos ac corpus ſuum Deo offerre hoſti
„vivam non carnoſo hujus vitæ amictu, ſ
„levi & aereo, qui ſurſum ferri poſſit. A
„pite vero usque ad pedes hæc veſtis c
„cumfunditur; nec enim truncam eſſe v
„tutem ſed integram, atque perfectam l
„vult. Aurea autem tintinnabula bonor
„operum ſplendor ſunt malis punicis int
„cepta: duobus enim ſtudiis tota virtus c

„ſ

„ſtatur, recta in Deum fide, & probata in
„hac vita conſcientia. Fides igitur Sacerdotis
„velut tintinnabulum ſonora in ſanctæ Trini-
„tatis prædicatione exclamet; vita vero na-
„turam punicorum imitetur, quorum teſta
„externa incomeſtibilis & dura eſt, quod ve-
„ro reconditum eſt, & viſu & guſtu ſuaviſ-
„ſimum. Sic Philoſophica Chriſtiana viven-
„di ratio ſenſui quidem dura eſt, intus vero
„optimarum rerum & fructuum plena. Hanc
„veſtem coſſimpotam etiam jubet eſſe, ut
„a nobis ipſis aliquid ulterius ad virtutis
„incrementum adinvenire conemur. Porro
„duo tegumenta talari ſuper impoſita usque
„ad pectus & renes cordis ſunt ornamen-
„ta variis conſtantia virtutibus. Patriarcha-
„rum quoque nomina lapidibus inſculpta non
„parum nobis ad virtutis ornatum conferunt:
„præteritorum enim Virorum exemplis vita
„noſtra corroboratur. Spiritualis vero ſen-
„ſus ſcutorum, quæ ab humeris depende-
„bant, armatos nos eſſe adhortatur adver-
„ſus hoſtem noſtrum. Quadratus autem ille
„ornatus, qui utrinque a ſcutis dependebat,
„in quo nomina duodecim Patriarcharum tri-
„buum impreſſa lapidibus fuerunt, ſunt cordis
„tegumenta, & docent nos; omnibus Pa-
„triarcharum virtutibus animum ejus eſſe ex-
„ornatum, qui his ſcutis adverſarii tela re-
„pulerit. Quadrata vero figura ſtabilitatem
„virtutis oſtendit: nam hæc figura angulis,
„& convexis nixa lateribus non facile de lo-
„co movetur. At vero catenulæ, quibus
„orna-

„ornamenta hæc ad brachia connectuntur
„oſtendunt, oportere in vita altiori praxi
„ſpeculationi conjungere; cor enim loco ſpe
„culationis, brachia verò loco operationi
„ponuntur. Caput autem diademate coro
„natum reſervatam virtuoſis coronam ſigni
„ficat, quam is exornat, qui aurea lamin
„ineffabilibus erat notis cælatus. Ita in
„duto Sacerdoti nullum calceamentum im
„ponitur, ne tardior ſit ad currendum: ſicu
„& Moyſi impedimento calcei fuerunt, cum
„ad ardentem rubum accederet.

Pœna adorati vituli. 21. „Qui ergo per omnes dictos gradu
„aſcendit, is a Deo traditas ſibi tabulas le
„gis divinæ ad populum defert, quæ dum
„peccati vituli adoratione conteruntur, quo
„Prophetice noſtra tempora deſignat, in qui
„bus omnis circa Simulacra error ablatu
„eſt, nec amplius noſtrorum Principum pie
„tate templa idolis extruuntur. Armat de
„inde Levitas Moyſes, qui idololatras in
„terfecerunt, ex quo diſcimus, omnem ho
„minem, qui ad legem ac Deum reſpicit
„domeſticorum cæde purgari.

Moyſes Deum vidit. „22. Sequitur deinde, quod Moyſes ad pe
„titionem ſuam poſteriora Dei viderit. Quip
„pe Moyſes veræ pulchritudinis amator
„quod jam viderat in imagine, ipſo frui pri
„mitivo deſiderabat: divina vero vox pe
„ea, quæ negat, concedit, quod petitur
„Annuit enim facturum ſe quod petebatur:
„finem autem hujus deſiderii futurum non

„pro

„promiſit; nec enim quisquam ita Deum vi„dere poteſt, ut videndi deſinat deſiderium. „Nam in hoc profecto Deus videtur, ut num„quam deſinas ad eum reſpicere. Locum „autem, qui apud Deum eſſe dicitur, non ſu„perficie circumfuſum, nec quantitate deſcrip„tum intelligimus, ſed ad infinitum, in quo „nulla menſura eſt, deducentem, ita ut nul„lo umquam curſu, aut volatu terminus ejus „queat inveniri. Siſtam autem, inquit, te „in lapide. Lapis autem hic Chriſtus eſt, „plenitudo virtutum omnium; quanto firmior „ac nobilior in bono fuerit, tanto velocius „volat, hac ſtabilitate quaſi pennis elevatus. „Cum ergo locum apud ſe oſtendit, ad per„petuum curſum exhortatur: cum ſtatum „in lapide daturum ſe promittit, modum di„vini curſus illius Moyſi ſubaperit. Capaci„tas vero ac foramen lapidis oſtendit, do„mum non manufactam cæleſtem ſpe iis re„ſervari, qui terreſtre tabernaculum diſſolve„runt: & qui in vita vocantem audiunt, hi „in poſteribus vocantis conſtituuntur, quos „Scapulis ſuis ſeu poſterioribus obumbrat, „qui poſt Deum adhærent, qui eum ſequun„tur, & a recta via non aberrant, cum ſem„per ducis tergum reſpiciant.

23. „Invidia poſt hæc fraterna Moyſen „invadit. Invidia malorum princeps, mortis „janua, & mater, vitiorum radix, quo mor„bo Aaron, & Maria ſuperati, quaſi arcum „ſeipſi præbuerunt, quo verba ſicuti ſpicula „in Moyſen projecerunt. At Moyſes tantum *Murmur Aronis & Mariæ contra Moyſen.*

„aberat ab hujusmodi ægritudine, ut, cu
„neque captus neque læſus ab ea ſit, n
„ſolum ipſe nullam de invidentibus pœna
„ſumpſerit, verum etiam Deum precibus pl
„cabilem ipſis reddiderit. Docuit ergo no
„nullis telorum ictibus eum tangi, qui virt
„tis ſcuto ſeipſum tutatur. Eſt autem h
„rum telorum percuſſivum ſcutum ipſe Deu
„quem armiger virtutum induit, qua infra
„gibili armatura Moyſes armatus maligni ſ
„gittarii arcum fecit inanem: nam nec d
„lore aut perturbatione adverſus injuriat
„commotus eſt. Sed poſtquam divinitus co
„demnatos vidit, Deo pro fratribus ſuppl
„cavit; quod non feciſſet, niſi Deum ſequ
„retur, qui ſibi præcedens tutam ſequen
„viam demonſtrabat.

Exploratores miſſi.

24. Verum humanæ naturæ hoſtis a Moy
„ſe repulſus, voracitatem ventris populo im
„miſit, eumque victum Ægyptiarum epula
„rum aviditate illigavit: Moyſi autem mag
„næ fuerat curæ futura hæreditas Ægyp
„tum fugientibus repromiſſa, unde lac &
„mel commixta ſimul ſcaturiunt. Hac d
„cauſa exploratores miſſos de bonis illius re
„gionis interrogat. Hi autem ſunt alii boni
„alii mali, & boni quidem ſunt rectæ cogi
„tationes de promiſſa nobis beatitudine fid
„Chriſti corroboratæ. Mali vero incredula
„reſurrectionis & beatitudinis mentes, qua
„fidem de repromiſſis humano generi bo
„nis infirmare conantur; quos Moyſes repro
„bavit, eiſque ſolum credidit, qui melior

„d

lla regione referebant. Jeſus autem ho-
ı princeps erat, ad quem Moyſes re-
iens firmam habebat ſpem de futuris ra-
ıis confirmatus. Jeſum vero audiens
emum ex ligno pendentem non dubita-
, quis ſit, ad quem Moyſes reſpiciens in-
ıitabili ſpe conſolabatur. Racemus enim
ligno dependens, quis alius eſt, quam
qui in noviſſimis ſæculis ex ligno pe-
ıdit? cujus ſanguis potus factus eſt cre-
ıtibus ſalutaris, ex quo ſalutaris Chriſti
ſio prænuntiatur.

15. „Verum iter rurſus per deſerta ſit, *Aqua ex Petra.*
laborat ſiti populus, qui repromiſſionis
ia deſperavit. Moyſes vero rurſus per
idem inundare aquis Eremum fecit, quæ
pœnitentiæ ſacramentum docet. Nam
poſtquam ſemel biberunt a lapide, li-
ad Ægyptias voluptates lapſi bonorum
ratione condemnentur, poſſunt tamen
ute pœnitentiæ lapidem, quem dereli-
runt, invenire, ac fontes pœnitendo
rare; immortales nempe aquæ illis ex
lapide fluunt, qui Jeſu explorationem
am etiam putaverunt, & ad racemum
iciunt, ex quo pro nobis ſanguis de-
iit.

6. „At vero populus viles rurſus Ægyp- *Igniti ſerpentes.*
voluptates expetit; quare perito me-
opus fuit, qui adverſus victricem vo-
atem reſiſtens non dimittat, ut ad mor-
usque homines detrudat. Cum enim

„ſerpentes venenoſo morſu homines invade„bant, legislator ſerpentis ſpecie verorum „ſerpentum vim depulit: unum namque con„tra peſtiferos cupiditatis morbos antitodum „eſt, mundities animi pietatis myſterio ce„lebrata; caput autem omnium eſt firma „rectaque fide in paſſionem Chriſti reſpicere, „& qui crucem ejus reſpicit, ei venenum „cupiditatum obeſſe non poteſt. Crucem au„tem reſpicere nihil aliud eſt, quam ut huic „mundo quaſi mortuos ac crucifixos nos præ„beamus, timore quaſi clavo carnem noſtram „configentes.

Sacerdotium affectantes puniuntur.

27. „Cupiditatis autem morbo depulſo „ſuperbia locum ejus occupavit: nam cum „abjectum eſſe crederent, ordinem ſuum ſer„vare, ad dignitatem Sacerdotii ſeipſos in„trudere conantur, ac eos depellere non „erubeſcunt, qui hoc myſterium divinitus „fuerant conſecuti. Sed multi terræ hiatu „abſorpti perierunt; reliqui fulminibus con„flagrarunt. Docet igitur hiſtoria finem ſu„percilii, & ſuperbiæ eſſe caſum ad infima. „Unde docemur, non extolli rebus bene ge„ſtis, ſed ſemper quod inſtat, recte diſpo„nere: non enim quia voluptatem ſupera„ſti, nullo iccirco animi morbo devinci po„tes. Quare ſiquem vides, ut alios exce„dens videatur, Sacerdotio ſtudere, hunc „puta illum eſſe, qui prava elatione ad in„feriora deprimatur. Docet enim per ea, „quæ ſequuntur, hiſtoria, non humanam rem „quamdam, ſed divinam Sacerdotium eſſe:

„nam

„nam virgas ab unaquaque tribu accepit Moy- *Virga*
„ſes, & in tabernaculo appoſuit, quo facto *Aaronis*
„aliorum quidem virgæ ſicut erant perman- *florens.*
„ſerunt; at deſtinati divinitus Sacerdotis vir-
„ga virtute Dei immiſſa radices propagavit,
„ramos emiſit, & floribus exornata fructum
„produxit, qui nux erat. Proin demonſtravit,
„qualis debeat eſſe ſacerdotis vita: aſpera
„enim & continens debet exterius eſſe, in-
„tus autem ſuave edulium continere. Qua-
„re ſi Sacerdotis examinaveris vitam, in-
„veneriſque menſis pinguibus inhærentem,
„in qua non adhibentur niſi defæcata vina,
„& pretioſa unguenta, Sacerdotalem arbo-
„rem non cognoſces.

28. „Hunc igitur etiam morbum homi- *Balaam*
„nes cum effugerint, tuti per alienigenas *Judæis*
„tranſeunt, lege ita per regiam viam du- *benedicit.*
„cente, ut ad neutram partem declinent:
„virtus enim in medio locata eſt. Sed quo-
„niam cum aſcenſu virtutis inſidiæ adverſa-
„rii conſcendunt, alia vafredine hoſtis inſidiari
„populo ſtatuit. Unde Augur quidam male-
„ficus occultis viribus dæmonum ad male-
„faciendum vel ſolis verbis paratus a Tyran-
„no Madianitarum vocatur; qui cum veniſ-
„ſet, non ut volebat, maledixit, ſed divi-
„na virtute compulſus, populo vel invitus
„benedixit. Qua ex re facile intelligitur,
„nullas artes magicas, nullas hoſtis humani
„generis inſidias adverſus eos valere, qui
„virtutem colunt: ſed etiam pravitatis tela
„rejiciunt, qui Dei præſidio defenduntur.

S. GREGORII NYSSENI
TRACTATUS PRIOR.

In Pſalmorum Inſcriptiones.

Finis Pſalmorum generatim.

1. Libros duos de Pſalmorum Inſcriptic bus ex græco in latinum vertit Gı ſerus, qui tom. 14to operum ejusdem Gı ſeri editionis Ratisbonenſis anni 1740. in (ta capita ab eodem diviſa exhibentur. Pı fatio ad amicum quemdam directa eſt, qua Pſalmorum finem oſtendit generatim ordinem, quem S. Gregorius in duobus libris ſibi ſervandum propoſuit. Unde ı „Ante omnia oportet ſcriptionis hujus ſ „pum conſiderare; deinde ea artificia, q „ad propoſitum ſenſum eruendum quaſi „conſequens faciunt, ſedulo perveſtigaı „quem quidem oſtendit tum ordo Pſalr „rum ad cujusque finem accomodate diſ „ſitus, tum etiam totius libri diſtribı „propriis quibusdam terminis circumſcriı „nam quinque in partes tota Pſalmorum P „phetia dividitur. Quibus utcunque pı „cognitis notior nobis evadet utilitas, q „ex Inſcriptionibus percipitur, patefacta „licet per ea, quæ prius a nobis fuerint „culenter expoſita. Hinc igitur conſide „tionis hujus exordium ſumendum eſt.

CAPUT I.

Finis humanæ vitæ eſt beatitudo.

2. „Finis vitæ ex virtutis inſtitutæ præſcı „to beatitudo eſt; quod autem p „prie in hac ſublimi beatitudinis notione „ral

„ratione collocatum animo concipitur, id „jure dixerit quis ipſam divinam naturam „eſſe. Quare ſiquis quærat, quid ſit beati„tudo, haud a recta reſponſione aberraverit, „ſi dicat, beatum proprie eſſe naturam illam, „quæ eſt ſuper omnia; beatum vero, quod „inter homines reperitur, tale eſſe commu„nione ejus, quod proprie eſt, & varia no„mina ſortitur pro conditione eorum, quæ „per participationem ab alio derivantur. Un„de divina Pſalmorum doctrina artificioſo ſi„mul & naturali ordine viam, quæ ſola ad„hoc ducit, demonſtrat, & variis modis ap„poſite docet, quo pacto beatitudo a crea„tura comparanda ſit. Hujus rei argumen„tum ex primo Pſalmo deſumere licet, ubi „tres in partes virtute diviſa, cuivis diviſio„ni accomodata ratione beatitudinem aſcri„bit, nunc quidem abalienationem ab im„probitate, quæ eſt Principium omnis ad „meliora progreſſus. Poſtea rerum cæle„ſtium meditationem; ad extremum eam, „quæ in perfectis exiſtit, cum Deo ſimili„tudinem.

CAPUT II.

Nota virtutis, & vitii.

„Cæterum ut firmius doctrinæ virtutum in„ſiſtamus, neceſſe eſt, prius diſcerne„re rationem honeſtatis, & ejus, quæ ho„neſtati repugnat, malitiæ, notatis propriis „utriusque differentiis. Et notæ quidem ge„nerales ſunt voluptas, & delectatio, quæ „hominibus ab ipſis contingit: & partim ad „ſen-

„ſenſum partim ad animam pertinent. Nam „malitia ſenſum quidem oblectat, virtus ani„mam exhilarat: unde conſequens eſt, ut „commendatione, & vituperatione audien„tium mentes a vitiis abſterreantur, ad vir„tutem vero inducantur; improbæ enim vi„tæ odium ingenerat ejusdem reprehenſio, „at honeſtatis laudatio deſiderium meliorum „accendit. Poſtea mentio facienda eſt eo„rum, qui virtutis pulchritudine excellue„runt, eorumque, qui flagitiis innotuerunt: „exempla enim diverſorum vivendi generum „apte propoſita animi affectionem intendunt, „ſpe mentem ad optima quæque ſectanda al„liciente, & reprehenſione ad fugam vitæ „vitioſæ incitante. Præter hæc neceſſarium „erit, totam docendi rationem minutius qua„ſi conciſam inſtituere, ita ut ad honeſtum „documentis & monitis auditorem manudu„cat, ab improbitate autem eum per dehor„tationem abducat. His igitur in hunc mo„dum conſtitutis tempus jam exigere vide„tur, ut explanemus; quomodo ſecundum „rationem explicatam tradita nobis ſit per „Pſalmos omnis doctrina, quæ a malitia nos „avertat, & ad virtutis ſtudium inflammet.

CAPUT III.

Cur Pſalmi omnibus grati.

„Principio igitur cauſam indagabimus, ob „quam omnes tam viri quam mulieres, „quodcunque vitæ genus ſectentur, ægri ſi„mul ac firmi ſemper in ore ſublimem Pſal„morum inſtitutionem circumferant; & quæ „cau-

.nſa ſit ineffabilis illius voluptatis, qua
ntus ſuos magnus David perfudit, ob-
tam ad eo grata eſt mortalibus Pſalmorum
ſciplina. Fortaſſe cuivis promptum erit
uſam dicere, ſcilicet verborum melodiam,
itamque concinnitatem cauſam eſſe, cur
nta mentis dulcedine de illis diſſeramus.
id mihi videtur majus quiddam inſinua-
, quam multi judicent per Philoſophiam
melodia, verborumque modulatione ſitam:
idivi enim quemdam ſapientem affirmare,
minem eſſe parvum mundum. At uni-
rſi hujus diſpoſitio muſica quædam har-
onia eſt vario ordine & concinnitate ſe-
m copulata, a quo concentu nullo tem-
re avelli poteſt; licet multiplex ſit in
igulis rerum generibus differentia. Si
tur totus hic mundus muſica quædam
nſonantia eſt, cujus opifex Deus eſt; par-
s vero mundus homo eſt, & ſimilitudo
ædam ejus, qui mundum concinnavit, ne-
ſſe eſt, ut, quod ratio in magno mundo
erit, hoc in parvo itidem conſpicetur,
in eo totus magni mundi concentus elu-
ſcat, in quantum totum a parte repræſen-
i poteſt. Quia igitur muſica naturæ no-
æ eſt conſentanea, ob id magnus David
ilosophiæ de virtutibus melodiam, &
ncentum immiſcuit, & ſublimia illa dog-
ita mellis quaſi dulcedine aſperſit, per
im natura ſeipſam curat: curatio enim
ura eſt vitæ concinnitas, quam melodia
dere videtur. Quamobrem divinæ hujus
ſicæ præclare facta Davidi quoque attri-
„buit

„buit ſacra hiſtoria. Nam cum aliquai „Saulem de poteſtate mentis exiiſſe anim: „verteret, ſic concentu affectionem ill „tranquillavit, ut naturalem mentis facul „tem reciperet. Ex his manifeſtum eſt, qu „ſum tendat melodiæ involutum ænign „docet videlicet paſſiones animi edomand „quæ variis modis in hac vita concitari „lent. Nec hoc prætereundum eſt, has ı „ſtras melodias non eſſe factas eo modo, („a noſtra diſciplina alienorum carmina c „dita ſunt; nam melos ſicut in rhythmis „dictionum ſonora ſerie & connexione ı „conſiſtit, ſed nullo ſtudio quæſitum, com „ratumque divinis verbis innectitur, quod i „vocis conformatione ſecundum intenſion „& compoſitionem ſubjectum verbis ſenſ „revelat.

„in ſublime; atque ita, qui ſemper ultra „præcedentia contendit, numquam a bona „aſcenſione ceſſabit, dum ſemper per intel-„lectus ſublimes ad ſupernorum ducitur con-„templationem.

Quid nomine octava intelligatur.

2. „Hæc dixi fratres ad vos mentem ſex-„to Pſalmo adhibens, & neceſſariam ordi-„nis conſequentiam cernens, quemadmodum „poſt, quæ hæreditatem conſequitur, de „octava nobis ſermo adjectus eſt. Non au-„tem convenit, nonnullorum mentem ad Ju-„dæorum rapi opiniones, qui ad indecoras „corporis noſtri partes myſterii Octavæ ex-„cellentiam deducentes, circumciſionis & pu-„rificationis poſt puerperium legem dicunt nu-„mero octavæ ſignificari. Nos autem a mag-„no Paulo docti, quod lex ſpiritualis ſit, ne-„que legem rejicimus, neque abjecta mente „admittimus, ſcientes, quod procul dubio „octavo die vera circumciſio fiat, quæ per „lapideum cultrum adminiſtratur, qui lapis „Chriſtus eſt, hoc eſt veritatis ſermo: & quod „tunc humana vita ad diviniorem formam „traducta finietur ſordidus negotiorum vitæ „fluxus. Scilicet hujus vitæ tempus in pri-„ma illa inſtitutione Creaturæ per unam die-„rum ſeptimanam completum eſt; ſeptimus „autem dies, cum terminus creationis ex-„titiſſet, in ſe tempus creationis circum-„ſcripſit. Ut igitur conſtitit in ſeipſa nullius „rei egena, diminutionisque expers in ſuis modis manens creatura, ita neque tempus extitit ullum aliud præter id, quod una

K 3 „cum

„cum fabricatione mundi deſignatum eſt. Se
„dierum ſeptimana temporis natura definit
„eſt; atque hac de cauſa, cum diebus tem
„pus metimur, ab uno incipientes & ſepti
„mo numerum includentes rurſus ad unu
„regredimur per ambitum ſeptimanarum to
„tum temporis ſpatium remetientes, done
„præteritis fluxis venerint ea, quæ non am
„plius fluctuant, eodem modo ſemper in in
„ſequentia Sæcula manente illa Creatura
„in qua vera humanæ naturæ circumciſio pe
„ademptionem vitæ corporalis, & vera pu
„rificatio verarum ſordium. Sordes autem
„hominum peccatum eſt, quod una cum hu
„mana editur natura: quoniam *in peccatis con*
„*cepit me mater mea Pſ.* 50. Quod peccatum
„is, qui purificationem peccatorum noſtro
„rum confecit, tunc in univerſum expurgat
„Atque ita accipimus legem *de octava*, qua
„purget pariter, & circumcidat; propterea
„quod ſeptimanario tempore finito poſt ſep
„timum inſtabit octavus, qui octavus quidem
„dicitur, quia poſt ſeptimum exiſtit, numer
„vero viciſſitudinem in ſeſe non amplius ad
„mittit. Unus enim in perpetuum nulla um
„quam nocturna caligine diremptus perma
„net, alius enim efficit ſol, qui veram ſu
„fulgore lucem edit, qui poſtea quam nobi
„ſemel illuxerit, deinceps occaſu non occul
„tatur, ſed omnia illuminatrice vi ſua ample
„xus perpetuum, & viciſſitudinis expers lu
„men dignis ingenerat, etiam ipſos, qui il
„lius luminis participes fuerint, alios ſoles

„effi

iens, quemadmodum in Evangelio di-
r: *Tunc juſti fulgebunt ut ſol. Matth.* 13.

„Quoniam igitur in Pſalmo quinto pro *Pœnitentiæ neceſſitas.*
quæ hæreditatem capit, ſermonem fe-
hæreditas autem in octava dignis eſt
ſita, atque in hac juſtum quoque ju-
ſtm Dei unicuique id, quo dignus fue-
ribuens, exercetur; recte Propheta cum
tione octavæ de pœnitentia ſimul in-
ſermonem. Quis enim terribilis judi-
Chriſti recordatus non ſtatim terrore &
re conſtringitur? & etiamſi vitæ me-
quam deterius actæ ſibi conſcius ſit,
men ad exactum rigorem judicii reſpici-
in quo minimæ quoque culpæ in quæ-
iem adducuntur, non perhorreſcit, ignó-
, quisnam ſibi judicii exitus futurus ſit?
co quaſi in oculis habens terribilia ſup-
a, Deo jam ſupplex ſit, orans, ne in
furore tradatur ad quæſtionem, & ju-
m, neve per illam iram adhibeatur ſibi
gatio propter delicta; atque idcirco quaſi
in cruciatibus conſtitutus dolentium vo-
imitatur, quibus furor eſſe videtur &
quidquid ad puniendum impios adhi-
r. Dicit igitur: Non expecto, donec
llo furore occultorum meorum delicto-
quæſtio habeatur, ſed præoccupo ſpon-
a confeſſione neceſſitatem ex illa ira
i imponendam. Cum dixiſſet igitur, *ne-
in furore tuo arguas me, neque in ira tua
ges me*, congruenter deinceps confugit
miſericordiam, non tam in liberam vo-

K 4 „lun-

„bonum a corporeo carneoque diſcrevit: Qui
„tus ejusmodi boni hæreditatem precatus
„ſextus octavæ facta mentione tempus h
„reditatis oſtendit. Octava judicii terror
„ante oculos poſuit; Judicium nos pecca
„res admonuit, ut pœnitentia terribilia pr
„veniamus; deinde pœnitentia cum ratic
„Deo oblata lucrum, quod ex ea nobis c
„tingit, denuntiavit, cum dixit: Exaudi
„Dominus vocem cum lachrymis ſe ad e
„convertentis. Quo facto ut bonum illud
„poſterum nobis illabefactatum, ac ſtabile p
„maneat, orat Propheta, ut inimicorum ſ
„ſuum, atque cogitationum per pudorem a
„litio contingat. Non enim alia ratione i
„micus aliquis & iniquus animi concep
„ac ſenſus extingui poteſt, niſi pudor e
„abolitionem intrinſecus effecerit: hia
„enim alte depreſſus atque munitus pu
„ob vitam male in vitiis & peccatis tra
„actam exiſtit, ab homine peccatum
„luti muro quodam interpoſito per ſeſe d
„mens, atque diſcludens.

4. „Dicamus igitur: *Erubeſcant, & re*
„*reantur vehementer omnes inimici mei.* Inim
„autem videlicet domeſtici ejus, qui ex c
„de procedunt, & inquinant hominem, q
„bus celeriter cum pudore averſis excip
„nos ſpes gloriæ, quæ non deſinit in pu
„rem, gratia Domini, cui gloria in ſæcula
„culorum Amen.

S. GR

i. GREGORII EPISCOPI NYSSENI URATA EXPOSITIO IN ECCLESIASTEN SALOMONIS.

Gentiano Herveto interprete.

HOMILIA I.

xpoſitio Eccleſiaſtæ Salomonis S. Gregorii octo Homiliis conſtat, quarum na definit in explicatione verſus 13. ca- 3. Vertit eam Gentianus Hervetus, cu- nterpretationem ſubinde caſtigat Ducæus otis. „Ac primum quidem, ait Grego- r, nobis proponatur conſideranda libri in- ptio: *Verba Eccleſiaſtæ filii David, Re- Iſrael Hieroſolymis.* Ubi oſtenditur, d hujus libri doctrina ad ſolam Eccle- ticam converſationem pertineat, ut quæ explicet, per quæ quis recte, & ex vir- e vitam inſtituat. Eorum enim, quæ hic ntur, eſt ſcopus, mentem ſupra ſenſum gere, & ut quieſcat, efficere, relictis nibus, quæ præclara in rebus videntur; orum teneri deſiderio, quæ ſenſus non ngit. Forte autem & ad Ducem Eccle- intuetur inſcriptio: verus enim Eccle- tes quisnam alius fuerit, quam verus r Iſrael, Filius Dei. Fortaſſe autem abs re ad hunc ſenſum inſcriptionis re- mus ſignificationem, ut per id diſcamus, d ad eum, qui Eccleſiam fixit per Evan- um, horum verborum vis referatur.

Scopus libri Eccleſiaſtis.

2. *Va-*

p. 1. 2. „*Vanitas vanitatum*, dixit Eccl
:.l. va- „ſtes, *omnia vanitas*. Vanum intelligi
m quid. „quod non poteſt conſiſtere, & quod in
„verborum prolatione ſuam habet eſſenti
„ſicut per ludum nonnulli fingunt nom
„quæ nihil ſignificant. Aliud item di
„vanitas eorum, quorum nullus uſus eſt
„quæ magno ſtudio facta ſunt, nullo ſ
„propoſito, qualia ſunt puerorum in a
„ædificia. Hoc quoque ſæpe vanum dici
„quando quis ad ſcopum aliquem aſpici
„& aliquid tamquam utile proſequens,
„ſtratur ſuo labore & effectu & ſucceſſu
„dicitur in vanum laboraſſe: & ut in ſ
„ma dicam, vanum eſt id, quod in qu
„re utili non poteſt conſiſtere: Vanitas
„vanitatum oſtendit inſeparabilem in vani
„exuperationem. Dicit ergo non abſolut
„ſe vana, quæ in rebus apparent, ſed ea
„ejusmodi in aliqua exuperatione vani ſi
„ficationis. Neque vero exiſtimet quiſp
„ea, quæ dicuntur, Creaturæ eſſe accuſ
„nem, quæ in Creatorem tranſiret, ſi
„nia eſſent vanitatis. Sed huc tendit vox
„cleſiaſtæ, non oportere ad hanc ſenſ
„intueri vitam, quæ ſi conferatur cum
„quæ vere eſt vita, non eſt, nec poteſt
„ſiſtere. Sed nihilo ſecius dixerit quiſp
„hoc quoque dictum eſſe non citra Crea
„criminationem; quandoquidem ab eo
„anima & corpus ſeu ſenſilis vita. Sed
„in divinis eruditus eſt myſteriis, non i
„rat, quod vita ſenſilis, quæ per ſenſ
„traducitur operationem, ad hoc data eſ

„t

ræ, ut eorum, quæ ſub aſpectum cadunt, x ſit animæ ad notitiam eorum, quæ non it aſpectabilia. Humana autem conſilii eſtas non per ea, quæ aſpiciuntur, videt m, qui habetur in admiratione, ſed quod let, admiratur, & qui ad hoc aſpicit, il aſpicit. Qui autem per hæc adduci-, & ejus, quod eſt, intelligentiam, od ſemper eodem modo ſe habet, videt, quod vere eſt bonum, & quod vidit, ſidet: eſt enim póſſeſſio boni hujus con-nplatio.

Terrena tranſitoria.

3. „*Quid enim ſupereſt*, inquit, *homini*? ic eſt, quid redit ad animam per labo-n, qui pro victu ſuſcipitur iis, qui vi-nt, ſpectantes id, quod videtur? In quo-m eſt autem vita? Quidnam ex iis, quæ aſpectum cadunt, bonis idem manet? ſuum peragit circuitum viciſſim reſplen-as & obſcuratus. Stat autem *terra*, & ſtabili manet immobilis. Omnia per ſe omni intervallo temporis nihil eſſe oſten-ntur, utpote quæ mutantur per eam, æ fit ad recentius, mutationem. *Mare* eſt eptaculum aquarum, quæ undique con-unt, neque mare augetur. Hæc dicit, ex ipſis elementis, in quibus conſiſtit a hominum, interpretur: quam minime ſiſtant ea, quæ inter nos magno ſtudio etuntur. Si enim hæc ita ſe habent, quo-do hominem ſe habere eſt conſentaneum, i in iis etiam vitam habet? Et cur no-videtur alienum, ſi *generatio tranſit*, & *eratio advenit*?

4. „Quid

Iundi
olendida
ana.

4. „Quid ergo per hæc Eccleſiæ cl
„oratio ? O homines, qui univerſitatem
„citis, veſtram ipſorum naturam intelli
„eſt enim ad ſolis ſimilitudinem noſtræ
„que naturæ ortus & occaſus. Una eſt
„nibus via, unus ingreſſus vitæ circu
„quando per generationem orti ſumus,
„ſus ad cognatum nobis locum terram
„trahimur. Quomodo eſt curſus ſolis
„per vertens & gyrans in orbem; ſic
„quoque ingreditur Spiritus: *pergit*, enin
„quit, *Spiritus & ad ſuos circulos rever*
„Qui autem hæc conſideraverit, ad
„vitam non parvam accipiet utilitatem.
„eſt luce ſplendidius ? & tamen ſi ſol
„terra fuerit, lux abſconditur. Ad hæc
„ciens, qui hic eſt, ſplendorem deſpi
„quia non perpetuo durat id, quod eſt
„rum & illuſtre, ſed ſubinde mutabiles
„contrariorum ſucceſſiones. Nihil autem
„net tale, quale eſt in præſentia; non
„ventus, non pulchritudo, non dominat
„claritas.

n bono
rmiter
andum.

5. „Et hæc quidem iis, quibus in
„ſors obtigit proſpera: quibus autem
„tur laborioſa, quæ ex virtute agitur,
„iis terræ exemplo ad ea, quæ ſunt gra
„fortiter ferenda erudiatur anima.
„*ſtat in æternum.* Quid hac ſtabilitate
„rioſius ? tibi autem perexiguum eſt
„pus certaminis, ne ſis magis inanin
„quam terra, ſed mane in iis, quæ di
„ſti in ſtatu immobili. In te inconcuſſa

maneant temperantia, firma fides, immutabilis charitas: immobilis in omni bono ſtatio, ſicut terra ſtat in æternum.

6. „Siquis autem avaritia laborans pluribus divitiis inhiat, is ad mare aſpiciens morbum curet. Sicut enim illud in innumerabilibus aquarum influxionibus ſuum non transgreditur modum, ita etiam humana natura in fruendo non poteſt redundare copia præter naturæ modum, & vis fruendi ſervatur in proprio termino. Cur ergo vectigalium attrahimus influxus, pro iis, quæ egrediuntur, numquam effuſi ad benefaciendum aliis. *Divitiæ vanæ.*

7. „Igitur nec quidquam ex iis, quæ fiunt, nec quæ dicuntur, tamquam quod conſiſtat, reputemus: nam omne ſtudium hominum, quod verſatur in iis, quæ ad vitam pertinent, eſt puerorum ludus in arena, in quo quæ ex iis, quæ fiunt, capitur delectatio, ſimul deſinit cum ſtudio, quod ponitur in iis, quæ facta ſunt. Hoc eſt humana vita. Arena eſt ambitio, arena eſt potentia, arena divitiæ, arena eſt, quidquid per carnem fruimur, quæ omnia minime valent conſiſtere, & cum vita materiali ſimul manet delectatio, ſecum autem nihil trahunt, præter ſolam conſcientiam. Merito ergo cum Eccleſiaſte dicimus: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas; neque quidquam ſupereſt homini ex omni labore, qui eſt ſub ſole.* *Vanus puerorum ludus in arena.*

8. „*Om-*

Quinam ſermones laborioſi.

8. „*Omnes*, inquit, *ſermones ſunt labo*
„*rioſi*, *& non poterit vir eos loqui.* Sermo
„nes ſunt, qui vere ſunt ſermones, id eſt
„qui fiunt ad animarum utilitatem, ii plei
„ſunt ſudoribus & laboribus; nam qui vi
„tutem exponunt, primum in ſeipſis id re
„cte exequi debent, quod docent. Item
„quando remota a ſenſibus eorum, quæ ſub
„aſpectum non cadunt, contemplationem per
„vadens cogitatio aggredietur ſermone ex
„plicare, quod mente fuerit conceptum
„tunc ſermoni magnus exiſtit labor, qui
„nullam invenit rationem in iis explicandis
„quæ ſunt ineffabilia. Cœlum videmus, lu
„minarium ſplendorem ſenſu percipimus
„aerem attrahimus, per terram ingredimur
„igne & aqua utimur; ſed quidnam unum
„quodque ſit in ratione ſuæ eſſentiæ, non
„poterit vir loqui, cum omnis comprehen
„dendi ſcientia ad ea, quæ non poteſt aſſe
„qui, enuntianda ſit imbecilla. Si autem
„ſermo de his habet laborem, quid evenir
„cenſendum eſt iis, qui de ipſo verbo divi
„no ſunt, ſermonibus, aut de Patre Verbi
„Quævis certe oratio eſt obſcuritas quædam
„& ſilentium, ſi ad veram ejus, quæ quæ
„ritur, judicetur ſignificationem.

Quod fuit futurum.

9. „Deinde poſtquam hæc dixit, ipſ
„ſeipſum interrogat, & ſibi reſpondet. Nam
„cum rogaviſſet: *Quid eſt*, *quod fuit?* In
„quit, *id quod futurum eſt.* Et *quid eſt quo*
„*factum eſt?* *Idipſum*, inquit, *quod facien*
„*dum eſt.* Ad rogatum ergo: Quid eſt, quo
fuit

„fuit? Brevis eſt ei reſponſio: Vis ſcire, „quid ſit, quod fuit? cogita quid ſit, quod „eſt futurum, & cognoſces id, quod fuit. „Hoc eſt: Cogita o homo, qualis futurus ſis, „qui te per virtutem in altum extuliſti, ſi „ab omnibus vitii maculis ſis remotus; quid „in quam futurus eris, ſi ſis ſic ornatus, & „quali te forma es induturus? Si hæc ratio„ne comprehenderis, didiciſti, quid ſit id, „quod fuit inprimis, nempe quod fuit ad „Dei imaginem & ſimilitudinem. Sed ubi „nunc illud eſt, quod fuit aliquando, & in „poſterum rurſus ſperatur, nunc autem non „eſt? Reſpondetur, quod ideo præſentia no„minata ſunt vanitas, quod illa non ſunt in„ter præſentia. Et quid eſt, quod factum „eſt? Idipſum quod faciendum eſt. Scilicet „anima & corpus in principio a Deo facta „rurſus apparebunt in reſurrectione.

10. „Quamobrem his adjicit, nihil eſſe „extra id, quod eſt ab initio: *Nihil eſt enim*, „inquit, *recens ſub ſole*, perinde ac ſi diceret: „Niſi ſit, ut fuit antiquitus & ab initio, ni„hil eſt omnino, ſed exiſtimatur; nihil eſt „enim recens ſub ſole, ita ut aliquis poſſit „oſtendere, aliquid ex iis, quæ poſt fiunt, „hoc novum eſſe, & revera conſiſtere. Ad„dit proinde: *Siquid vere fuit, illud eſt, quod* „*fuit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.* Si au„tem eorum, quæ facta ſunt, extitit oblivio, „nihil mireris; nam & ea, quæ nunc ſunt, „comprehendet oblivio. Unde dicit: *Non* „*eſt*

Nihil recens ſub ſole.

„*eſt memoria primis* , *&* *quidem noviſſin*
„*cum facta fuerint*, *non erit memoria*. Q
„diceret : Eorum , quæ deinceps evener
„mala poſt eam, quæ ab initio fuit , felic
„tem , delebunt memoriam ea , quæ
„ſtremis fient temporibus. Hoc eſt ultir
„ſtatus omnino delebit naturæ malorum 1
„moriam in Chriſto Jeſu, cui gloria &
„tentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA II.

Cauſa adventus Filii Dei.

1. „Ego *Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hi*
„*ſalem*. Hæc perſequitur verus]
„cleſiaſtes Dei Filius, docens, ut arbitr
„magnum pietatis myſterium ; nempe q
„nam de cauſa Deus in carne manifeſta
„ſit. *Dedi*, inquit, *cor meum* , *ut quærer*
„*&* *inveſtigarem in ſapientia de omnibus*,
„*facta ſunt ſub ſole*. Hæc eſt cauſa,
„Dominus in carne ad homines advene
„& inter eos verſatus ſit ; nempe ut da
„cor ſuum ad conſiderandum in ſapientia
„de omnibus, quæ facta ſunt ſub cœlo : n
„quæ ſunt ſuper cœlum, non opus habeb
„aliquo, qui inquireret, neque eo, qui 1
„deretur id , quod morbo non laboral
„Quoniam ergo in terra ſunt mala, poſtqu
„ſerpens obſervans calcaneum greſſus ho
„nis venenum ſuum immiſit illis, qui a
„ferunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpent
„ideo ad conſiderandum venit Eccleſiaſtes
„lius Dei. Nempe quidnam factum ſit
„cœlo , quod prius non erat ; quomodo

„g

ſa ſit vanitas, quod id, quod non eſt, luerit. Quænam ſit vis ejus, quod non malum enim non poteſt conſiſtere; quo- o id quod eſt, effectum ſit ſervum ejus, l non eſt. *Et cognovit, quod malam ctionem dedit Deus filiis hominum, ut di- rentur in ea.* Non quod Deus malum hominum indiderit, ſed quod bonis, a Deo data ſunt, homo propter in- n conſilii, & abuſum liberi arbitrii uſus mquam malorum adminiculis. Vidit Eccleſiaſtes omnia, quæ facta ſunt in quæ eſt ſub ſole, quod omnia erant as; non erat enim, qui intelligeret, erat, qui Deum requireret, quando- m omnes declinaverunt, ſimul inuti- cti ſunt. Propterea cum dixiſſet: Ecce a vanitas, ſubjunxit cauſam, nempe, Deus non eſt cauſa horum, ſed hu- e appetitionis libera electio, quam vo- ſpiritum. Hunc autem accuſat ſpiri- non quod talis eſſet ab initio, nulli crimini fuiſſet affinis, ſi talis natus ſed quod perverſus ab ornamento di- rit.

„*Perverſum*, inquit, *non poterit ex* Hoc eſt, perverſum non eſt conſen- m Creaturæ a Deo exornatæ. *Et de-* , inquit, *non poteſt numerari.* Fuimus s aliquando in numero univerſorum; ebamur enim in catalogum ovium ra- præditarum ſacri centenarii. Poſtquam a montanis paſcuis aberravit ovis *Deus hominem perditum quæſivit.*

 „una

„una nempe noſtra natura propter vit
„non amplius numerabatur in grege noı
„errantium: quia defectus non poteſt n
„rari. Venit ergo ad quærendum & ſeı
„dum, quod perierat, & aſſumptum ı
„meros reduxit, ut rurſus integer fiere
„creaturæ numerus. Quisnam autem ſit
„dus a malis ad bonum reverſionis, d
„nos per Salomonem, qui experientia
„giſtra ea, in quibus homines ſtudium ı
„ponunt, vanitatem eſſe cognovit.

Sapientiæ ſtudium laborioſum.

3. „Et primum quidem ait: *Lo*
„*ſum ego in corde meo, ut dicerem*: *Ecce* ı
„*nificatus ſum ego.* Quia vidi in me ı
„ſplendorem accreſcere, præ omnibus ta
„maximi feci poſſeſſionem ſapientiæ, qua
„men alia ratione acquiri non poteſt, q
„laboribus & ſudoribus. *Adjeci*, ait,
„*pientiam in omnibus, qui fuerunt ante n*
„*Hieruſalem, & cogitavi, quemadmodum*
„*fierent. Et ideo cor meum vidit multa,*
„*pe ſapientiam, & cogitationem*, ad quod
„bor & meditatio requiritur. *Sed & p*
„*bolas*, inquit, *& ſcientiam novi, & ad*
„*mihi fuit optio ſpiritus, ut eſſet mihi mul*
„*do ſapientiæ.* Hoc autem non citra l
„rem accedere ſuapte natura poteſt iis,
„ſtudent; ſed *qui addidit cognitionem, a*
„*dolorem*, ſeu laborem.

Voluptas vanitas.

4. „Cum talis evaſerit, tunc jucu
„tamquam vana condemnat: Dicit eni
„*Dixi in corde meo, age, tentabo te in* l

, *& ecce in bonis. Et hoc quoque eſt va-*
n. Non delapſus eſt ad jucundorum
ticipationem non prius guſtata auſteriori
1, ſed cum illa exercitatus fuiſſet, tunc
emittit ad ea, quæ ſenſui jucunda cen-
tur; non animi ad hæc attractus pertur-
ione, ſed ut conſideraret, an ad veri
i cognitionem aliquid conferat ſenſus,
in eis fuerit immoratus. Et ab initio
i denuntiat inimicitias, & illum vocat
ium & amentiam; oris enim indecora
tatio, tremor ſpiritus, & totius corpo-
concuſſio, genarum diductio, dentium
inguæ & palati apertio, colli contor-
, vocis fractio, quid aliud eſt, quam
ntia? Et ideo inquit, *dixi riſui amen-*
: *dixi etiam lætitiæ: cur hoc facis?* Id
voluptati reſtiti, ſuſpectam habens ejus
opinquationem, dicens huic ſervili &
nis experti lætitiæ: Quid facis? Quid
ræ virtutem effœminas? Cur animæ vi-
enervas? Cur purarum cogitationum
nitati immittis tenebras? Cum hæc fe-
m, *conſideravi, an cor meum carnem*
n tamquam vinum traheret: hoc eſt, an
lligentia præditæ animæ noſtræ parti
lientem redderet carnis noſtræ ſpiritum
ptatum vinum attrahentem. Quod cum
m fuit, citra errorem & impedimen-
munita fuit via ad ſcientiam eo-
, quæ ſunt. *Cor meum deduxit me*
pientia, per quam inſultus voluptatum
eſſi; & inſtitutio fuit in cauſa, ut do-
tum in lætitiam obtinerem.

 5. „Id

Verum bonum quod.

5. „Id autem, in cujus cognitione ma-
„mo tenebatur ſtudio, erat, ut in nulla
„vana vita eſſet occupata, ſed inveniret
„lud bonum, quod eſt perpetuum, &
„temporarium, & in vitam univerſam ext
„ditur. *Donec*, inquit, *videro, quale ſit*
„*num filiis hominum, quod faciant ſub ſole*
„*mero dierum vitæ ſuæ.* Ea enim, in quib
„per carnem ſtudium ponimus, habent
„momento, quod nos lætitia afficiant, ſi
„bibendi voluptas ſimul deſinit cum ſatietat
„& ſic de reliquis, quæ ſunt jucunda ſenſu
„His accedit, quod aliud eſt bonum infan
„tiæ, aliud adoleſcentiæ, aliud provectio
„ætatis, aliud ei, qui florem ætatis exegit
„aliud ſeni decrepito. Ego autem, inquit
„quærebam bonum illud, quod eſt bon
„omni ætati, & omni tempori vitæ, cuj
„non invenitur exſaturatio, ſed cum parti
„cipatione extenditur appetitus & deſideriu
„& cum deſiderio extenduntur delitiæ,
„toto vitæ tempore ſemper eſt bonum mi
„nime mutatum ei, cui res ſunt ſecundæ
„& ei, cui adverſæ, omnibus, qui ſunt in h
„vita. Hoc eſt, quod vere eſt bonum, quo
„etiam fiat in nobis in Chriſto Jeſu Domin
„noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum
„Amen.

HOMILIA III.

Ædificiorum vanitas.

1. „Videamus ulterius, quidnam in ſua vit
„paſſum eſſe dicit is, qui noſtræ vitæ
„medetur: *Magnificavi*, inquit, *opus meum*,
„*ædi-*

„*ædificavi domos.* Oratio ſtatim incipit a re„prehenſione; non enim dicit, Dei opus, „quod ſum ego, ſed meum magnificavi, „meum opus nihil aliud eſt, quam quod af„fert ſenſui voluptatem. Vita enim facit, „ut naturæ habitatio ſit neceſſaria ad feren„das caloris & frigoris inæqualitates: ſed „voluptas cogit hominem præterire fines „ſuos. Quamobrem undique quidem dilatat „ædificiorum circumſcriptam amplitudinem, „tanquam aliquem alium orbem terræ ſi„bi conſtruens, & extendit parietes in ma„ximam latitudinem. Deinde Lacedæmo„nius, & Theſſalus, & Caryſtius lapis expli„catur, & ferro ad incruſtationes Numidica metalla quæruntur, & Phrygia petra cum marmore aſſumitur, vitri puritas varie tingitur. Tecta ex cedris conſtruuntur, aurum, in æreas membranas diſſectum, ubique illinitur & argentum: ebore veſtibula ornantur, pavimenta variis reſplendent coloribus. His accedunt lavacra, quæ uſum ſimul præbent cum magnificentia, & quæ ante ea ſita ſunt gymnaſia. Et quomodo poſſim ſigillatim verbis perſequi ea, in quo ſtudium collatum eſt reprehenſio negligentiæ in iis, quæ ſunt potiora? quo enim maior fuerit magnificentia in ædium ſtructuris, eo magis arguitur, inornatam eſſe animam. Qui enim habitationem vere ſuam exornat, ut Deum excipiat habitantem, is aliam habet materiam, ex qua tali habitationi conciliat pulchritudinem. Novi ego enim aurum, quod ex Scripturæ ſenſibus effoditur:

„Novi argentum divina eloquia igne pu
„ta. Variorum autem lapidum ſplendo
„quibus hujus templi ornantur parietes
„tutum varias intellige effectiones : ſte
„tur ſolum continentia, ſpes cœlorum
„ctum illuſtret. Hinc incorruptio, & in
„tibilitas domum incruſtet, illinc juſtiti
„iræ non eſſe obnoxium ornet habitation
„Ex altera parte reſplendeat humilitas
„ex alia in Deum pietas, quæ omnia
„ritas apte inter ſe conjungat. Quodſi
„vacra deſideres, quibus animæ maculæ
„poſſint, id potes habere, quo uſus eſt n
„nus David, noctu in eo lavacro ſe o
„ctans. Columnæ autem ſint ſtabilitas in
„ni bono : ſi deambulationem deſider
„verſari te oportet in præceptis. Qui
„modo ad pulchritudinem ſuum exornat a
„ficium, parum curabit terrenam materi
„ſed domi habet opes, quæ hujusmodi f
„cturis ſuppeditant materiam.

ta ex ſu i. 2. „Magnum autem affectionum Cat
„gum comprehendit *vinearum plantatio*. C
„enim neſcit, quod vinum, quando immo
„rate ſumptum excedit uſum, eſt fames
„temperantiæ ? ſuppeditat voluptates ?
„pernicies juventutis, probrum ſenectu
„dedecus mulierum, inſaniæ pharmacu
„inſolentiæ viaticum, animæ venenum, m
„tis interitus, virtutis alienatio ? Ex
„tiſus ſine ulla occaſione, luctus ſine ca
„ſpontaneæ lachrymæ : in mendacio im
„dentia, minæ tumidæ; & ut alia crap
„I

la prætereamus, quid nefarium perpe-
rit flagitium coitus Loth cum filia? An-
i vinum, quod modum exceſſit? Cum ſint
em tam multa mala, quæ in vita ex vi-
oriuntur, Eccleſiaſtes ſeipſum traducit;
uod non ſolum uſus ſit vino, quod erat,
etiam providerit, ut ejus eſſet abun-
tia. *Plantavi enim*, inquit, *mihi vineta*,
ous opus non habebam, cum ipſe vitis
ilis eſſem, vitis ſpiritualis florens, vi-
ramis, & charitatis pampinis compli-
i, dulcem botrum virtutis enutriens. Sed
c plantandi rationem non novit is, qui
cit ad terram, & quæ ſunt terrena am-
ctitur.

3. „His etiam addit *hortorum* & poma- *Hortorum delitiæ vanæ.*
um exquiſitam & affectatam pulchritu-
em. Quid multis opus eſt hortis ei, qui
unum intuetur paradiſum? Si eſſem in
adiſo, non ad multorum hortorum dif-
derer deſiderium; ſi in ſanitate mea ita
eret anima, ut ſolidioris cibi poſſet eſſe
ticeps, non occuparer in oleribus hor-
i colendo mihi procurans cibum, qui in-
nitati conveniat. Sed poſtquam ſimul
n uſu ingreſſæ ſunt deliciæ, ſuoſque fi-
tranſiit cupiditas, poſt ædium magni-
ntiam, tunc etiam ſubdiales exercet
icias, & aeris natura utitur ad ſatian-
m voluptatum deſiderium. Per agricul-
am enim providet, ut ſint ſibi ſemper
rminantes arbores, quæ aeri tecti vicem
ebeant, ut etiam, cum ſit ſub dio, tam-

„quam in domo delicate vitam agat. Hinc „omnigenis herbis veſtitur terræ ſuperficies, „ut omni ex parte jucunda in oculum incur„rant, & quolibet anni tempore videat, quod „eſt præter anni tempus; herbam in hyeme, „& flores ac fructus, qui ſuum tempus præ„veniunt. Hæc omnia in plantis invenit ars „vim afferens naturæ, quæ quidem vitæ „uſus non requirit, requirit autem cupiditas, „quæ coerceri non poteſt. Hæc in hortis ar„tificioſe colendis facta eſſe dicit Eccleſiaſtes, „ſua annuntians; nam qui dixit: *Plantavi* „*omne lignum fructiferum*, hac voce, quæ „multa complectitur, oſtendit, nihil eorum „defuiſſe.

iſcina- um vani- s.

4. „Deinde poſt ſubdiales delitias ne aqua „quidem relinquitur inutilis ad voluptates „conferendas; ut enim aquæ aſpectus decep„tos oblectet oculos, ſolum fit lacus, aqua „in orbem circumædificata; ut & natatus „voluptatem afferat iis, qui corpora exhila„rant, & defluens hortos reddat florentio„res, ut quæ omni ex parte diſtribuatur ad „uſum eorum, quæ irrigantur. *Feci enim*, „inquit, *mihi piſcinas aquarum, ut iis irrigem* „*ſaltum ligna germinantem.* Hic erat mihi „fons horti, nempe doctrina virtutum, per „quam animæ ſiccitas irroratur contemptis „aquis terrenis, quarum uſus & delectatio „& tranſitoriæ naturæ. Nihil ergo eſt me„lius fonte divino, per quem animæ virtu„tes oriuntur, & irrigantur, brevem ſuum „fluxum derivantes, ut nemus bonorum ſtu„dio-

„diorum & operum in noſtris germinet ani„mis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, „cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Servorum & ancillarum poſſeſſio iniqua.

„Pergit Eccleſiaſtes, & veluti quamdam ma„jorem ſui tangit reprehenſionem eorum, „quæ ab ipſo facta ſunt, ex quibus accuſa„tur vitium ſuperbiæ. *Poſſedi enim*, inquit, „*ſervos & ancillas, & fuerunt mihi vernæ.* Vi„des tumorem arrogantiæ. Hæc vox aperte „inſurgit adverſus Deum; omnia enim ſer„vire ei audivimus a Propheta. Cur autem „ſuum facit id, quod a Deo poſſidetur, & „ſe putat dominum virorum & mulierum? „quid aliud quam naturam ſuperat ſuperbus, „qui ſeipſum aſpicit, tamquam aliquid aliud „ab iis, qui ſunt ſubjecti? Poſſedi ſervos & „ancillas. Hominem condemnas ſervitutis, „cujus eſt libera ſua natura, & eum, qui fa„ctus eſt, ut eſſet terræ Dominus, ſubigis „jugo ſervitutis tamquam divino præcepto „reſiſtens; nam Imperium tuum definitum „eſt, ut præſis brutis animantibus *Gen.* 1. „Poſſedi ſervos & ancillas. Quo pretio com„paraſti? Quid in rebus inveniſti, quod hu„jus naturæ rationali, Dei imagini reſpon„deret? Sed parvus libellus, & ſcripta con„ventio, & obolorum enumeratio te fefellit, „ut te putes Dominum Dei imaginis. O „amentiam! ſed pereat contractus, & tuæ „litteræ, ubinam ſunt dominatus argumen„ta? Ex eo enim, qui eſt ſub manu tua, „nil

„nil tibi accedit præter nomen. Quid er
„poteſtas tua adjecit naturæ? Non temp
„non ulla privilegia: ex iisdem tibi orti
„eodem modo vita degitur, ex æquo do
„nantur corporis & animi affectiones, dol
„triſtitia, voluptas, morbus, mors, p
„mortem pulvis, judicium, regnum, vel
„henna. Qui æqualis es in omnibus, in q
„quæſo ſuperior fueris? Et poſſedi, inqu
„ſervos & ancillas, tamquam caprarum a
„quos & porcorum greges: nam adjec
„quanta ſibi prius fuiſſet proſperitas in bob
„& ovibus; *& multa*, inquit, *mihi fuit p*
„*ſeſſio boum & ovium*, utpote quod in p
„ordine poteſtatis hæc & illa ſubjecta eſſe

ri & *enti* *itas.* 2. Deinde ad majora peccata progre
„tur ejus enuntiatio, & ſibi ineſſe voci
„ratur omnium malorum radicem, nem
„avaritiam; ſic enim dicit: *Collegi mihi*
„*argentum & aurum*. Sed libenter ſciren
„quid emolumenti redibit ad illum, qui ha
„congregat materiam: fingamus eam n
„per minam aut drachmam aut talentum v
„nire ad eos, qui ſunt cupidi pecuniæ, ſ
„eis ſimul repente omnia facta eſſe aure
„terram, arenam, campos, montes, & reliqu
„quid per hæc vitæ accedet ad beatitudinem
„Ex eo eſtne ulla ſpes, ut, qui vivit, tanta
„habens vim auri, ſit ſapiens, ſcientia præd
„tus, Deo charus, modeſtus, purus, cuju
„libet, quod ad vitium trahit, expers,
„minime capax? Vel ut ſit potens corpor
„ſenio non confectus, morbo minime aff
„ctu

„dus, nulli calamitati obnoxius, & omnia ha-„beat, quorum deſiderio in vita tenentur ho-„mines? Sed nemo eſt adeo ſtolidus, ut hæc „exiſtimet adeſſe hominibus, ſi ſumma co-„pia pecuniæ abundent; nam nunc quoque „licet videre ejusmodi homines vivere cor-„pore miſerabili, quibus niſi adeſſent, qui „eos curarent, absque iis non poſſent vi-„vere. Sane quid ex auri materia redire po-„teſt ad eum, qui ipſum habet, quæ neque „in guſtum, neque in odoratum, neque in „auditum, nec in tactum aliquid operatur? „Nam quod ex contractu paratur alimen-„tum, aut veſtimentum, auro nemo adſcribat: „qui enim auro panem aut veſtem permu-„tavit, ut vivat, dedit utile pro inutili, ut „qui panem non aurum pro nutrimento ſibi „adſcivit.

3, „At pulchri coloris, inquis, eſt auri „ſpecies. Num eſt pulchrioris coloris quam „ignis? Num ſtellis eſt ſpecioſior? Radiis „ſolis ſplendidior? Quis eſt, qui vetat, „quo minus his fruaris, ut tibi neceſſe ſit „per auri ſpeciem oculis parare voluptatem? „At ignis, inquis, extinguitur, & ſol occi-„dit, nec perennis decor eſt ejus ſplendoris. „Quid autem, dic quæſo, tempore tenebra-„rum differt aurum a plumbo? At ex igne, „inquis, vel ſtellis fieri non poſſunt nobis mo-„nilia, torques, & quæ ſunt ejusmodi, quæ „ex auro ad ornatum parantur. Verum „quidnam ſibi vult, & quod eſt ejus ſtu-„dium, qui curat, ut auro coma niteat, „au-

Aureus ornatus vanus.

„auribus appendit ornamenta, & luxurian
„torque collum circumdat ? Ubicunque :
„fuerit ſitum in corpore, ipſe ab auri ſplei
„dore minime transformatur: qui enim ii
„tuetur eum, aurum quaſi venale videt. Eui
„autem, qui id geſtat, talem, qualis eſt n:
„tura, aſpicit, & ſive morbo aliquo labor:
„viſus, vel gena turpiter excavata ſit, man
„turpitudo auri fulgore minime obſcurat:
„nec dolenti, nec morbo laboranti corpori al
„quid ſolatii affert auri materia. Cur erg
„tanto ſtudio quæritur ? Certe ſiquis au
„cupidos roget, an velint, ut in auru
„tranſeat eorum natura, non exiſtimo, i
„eſſe electuros; quænam ergo eſt eorum i
„auro acquirendo inſania, ut & cædes proj
„terea facere audeant iis, qui pecuniæ ii
„ſana rabie laborant ?

Fœneris iniquitas.

4. „Nec hoc ſolum, ſed & improbu
„fœnoris inventum latrocinium, & parric
„dium nominare licet. Quid enim refert
„an clanculum perfoſſis muris prædonis m
„re aliena habeas, an fœneris neceſſitat
„acquiras ea, quæ ad te non pertinent? O m:
„lum vocabulum! fœnus fit nomen latroc
„nii. Hic eſt ille partus, quem parturiit av:
„ritia, parit autem iniquitas, & obſtetric
„tur inhumanitas. Qui enim ſemper cel:
„opes, & juratus affirmat, ſe non haber
„tunc ejus crumena prægnans cernitur, tur
„lucri deſiderio ſceleratum parturit fœtun
„& ſpem fœnoris miſero oſtendit, quæ ii
„fortunio ingerit materiam: non enim c
„l:

„lamitati fœnore affert remedium, ſed eam „magis auget.

Cantores, & cantatrices vanitas.

5. „Porro auri & argenti copiæ Eccle-„ſiaſtes addit turpitudinem, quæ morbum, „qui prius invaſerat, ſolet deinde conſequi. „*Feci enim*, inquit, *cantores & cantatrices*, „quæ conviviorum ſunt delitiæ, pocillatores, „& pocillatrices. Sufficit mentio nominum „ad deſcribendum vitium, ad quod viam „munit morbus, qui oritur ex copia pecu-„niæ. O improbum artificium! Cantus „evertit auditum, aſpectus proſternit oculum. „Hinc muliebris ſonus per fractam cantuum „harmoniam ſecum ſumit cor, & deducit ad „vitium, illinc viſus in oculos evertit ani-„mam. Hujus autem aciei dux eſt vinum, „quod duplicibus telis hominem confodit, „ad aures & oculos dirigens aculeos. Quan-„do enim convivis laute vinum infunditur, „huic autem miniſterio ſervit juventus exor-„nata ad pulchritudinem puerorum & fœmi-„narum; flamma excitatur indecora, ad „quam deſcribendam non eſt procedendum „altius, ne iis, qui ſunt paulo magis obno-„xii affectibus, vulnera refricet memoria.

Omnia ſub ſole vanitas.

6. „Poſtquam ergo Eccleſiaſtes recenſuit „eas, quæ ſunt in corpore, delectationes ab „initio ad finem usque perſequens, tunc in-„terpretatur primam vocem, qua uſus eſt in „exordio libri, quando dixit, vana eſſe om-„nia; dicit enim ad hæc intuens, ſe de hu-„mana vita pronuntiaſſe, omnia eſſe vani-

„tatem,

„tatem, & quæ ſenſus aſpicit, & qua
„hominibus exercentur ad lætitiam. *Aſ*
„inquit, *in omnibus operibus meis*, *quæ*
„*runt manus meæ*, *& in omni labore*, *i*
„*laboravi*, *ut facerem*; *& ecce omnia van*
„*& voluntaria afflictio ſpiritus*, *& non eſt*
„*ſole redundantia.* Omnis enim ſenſuum
„& operatio ſuum habet terminum vit
„quæ eſt ſub ſole; ulterius autem tran
„& quæ ſupra ſunt bona cogitatione c
„plecti, non poteſt ſentiens natura. Cum
„go hæc omnia conſideraſſet, vitam eri
„ut nihil eorum, quæ hic ſunt, admire
„ſed videat, quod horum omnium unus
„eſt vanitas, cujus reliquum deinceps
„invenitur. Nam cum ceſſaverit operatio
„letur etiam ſenſus voluptatis, nec m
„ullum veſtigium operationis, quæ era
„voluptate. Hoc eſt, quod ſignificat id, c
„dicit, non eſt reliquum ſub ſole iis, qu
„iis laborant, quorum terminus eſt van
„Extra quæ nos quoque ſimus gratia D
„ni noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria in ſæ
„ſæculorum. Amen.

HOMILIA V.

Vera ſa- ientio nae. I. „Nunc magnus dux Eccleſiæ nos m
„ce deducit ad diſciplinas ſubli
„res: cum enim in prioribus animas no
„abduxiſſet ab omni vanitate, ita de
„mentem ducit ad veritatem. Eſt auten
„tæ, quæ ex virtute agitur, principium
„extra vitium. *Aſpexi*, inquit, *ut vic*

„*ſapientiam*, ut autem accurate viderem id, „quod deſideratur, vidi prius inſipientiam; ſa„pientiam autem etiam nominat conſilium di„cens: *Quis eſt homo qui ingreditur poſt conſilium,* „*ea quæcunque ipſum fecit?* Docet ergo, quænam „ſit humana ſapientia; nempe ſequi eam, „quæ eſt vere ſapientia, quæ efficit ea, quæ „in vanitate non conſiderantur. Vera autem „ſapientia nihil aliud eſt, quam quæ provi„det univerſo: ea autem eſt, in qua Deus „fecit omnia *Pſ.* 103. Chriſtus autem eſt „Dei virtus & ſapientia, in qua omnia fa„cta ſunt, per quam ad boni cognitionem „adducimur, ejusque participationem.

Sapiens cæleſtia contemplatur.

2. „Quomodo vero fieri poſſit, ut nos „quoque ſimus boni participes, audiamus Do„ctorem. *Sapientis*, inquit, *oculi in capite* „*ejus*. Quando enim perſpiciendi & contem„plandi vis in anima occupatur in rebus ſen„ſibilibus, in ejus calcaneos oculorum tran„ſit natura, per quos aſpicit, quæ ſunt in„feriora: ſin autem rerum ſubjectarum cog„nita vanitate, ſuſtulerit oculos ad ſuum ca„put, quod eſt Chriſtus, beata cenſenda erit „propter acrem oculorum aciem, ut quæ illic „habeat oculos, ubi mali non eſt obſcuritas, „ſed in omni virtute, in veritate, in juſti„tia, in omni bono. *Stultus autem in tene*„*bris ambulat.* Stulti enim anima, quæ cor„pus diligit, & eſt carnalis, dum hæc aſpi„cit, nihil videt: veræ enim ſunt tenebræ acer „viſus in ſenſilibus. Vides iſtos verſutos ju„ris-

„riſperitos quam facile efficiant, ut li
„facere injuriam teſtibus, patronis, lib
„judicum obſervantiæ, ut & malum faci
„& ſumant ſupplicium; ſunt tamen iſti c
„ſi conferantur cum illo oculo, qui ea,
„ſupra ſunt, aſpicit: quia enim ea, qua
„ſerne ſunt, aſpiciunt, ſibi ipſis imprin
„dogmata peccati. Quam multi autem
„ſus contra ſunt, qui verſantur in eor
„quæ vere ſunt, contemplatione, exiſtin
„tur autem cæci, & inutiles, qualem ſe
„riatur eſſe Paulus, dicens, ſe eſſe ſtul
„propter Chriſtum. 1. *Cor.* 4. Sed qu
„rebus, quæ ſunt infra, erat talis, conſid
„qualis erat in ſupernis; ad tertium e
„uſque cœlum ſublatus, ubi erat ejus ca
„illic habebat oculos, ea aſpiciens, quæ
„ni non poſſunt, & illis ſe oblectans,
„ſenſum ſuperant, & cogitationem.

on idem teritus mi & ali.

3. „Quod vero jam ſequitur in cont
„tu orationis objectiones ſunt, quarum ab
„ditatem inſectatur; quarum prima eſt, q
„iis, qui ex virtute vivendo vitam pe
„quuntur ſublimiorem, nihil lucri acced
„quoniam in eumdem finem utrisque
„definit, neque mortem nobis ex eo licet
„fugere, quod vitam agamus meliorem.
„*vi ego*, ait, *quod unus eventus occurret om*
„*bus &c. Eccl.* 2. *v.* 14. *ſqq.* Sed reſp
„det, & docet differentiam, & in quon
„ſit virtus vitio ſuperior; nempe quod non
„mortis communitatem quædam in eis ſpe
„tur æqualitas, ſed per bona vel mala, quæ

„

„ſtea expectantur, inveniatur differentia. Unde ſubjungit, ſe odio digna exiſtimaſſe omnia, quorum prius vehementi ſtudio tenebatur, vanum tamquam bonum amplectens: & omnia dicit ſe, odio habuiſſe, quæ laboravit ad hanc vitam intuens, quod nihil ſibi, ſed ei, qui poſt ipſum futurus eſt, omnia laboravit, qui, quemadmodum utetur eis, propter futuri incertitudinem præſcire non potuit. *Et odio habui vitam, ait, quoniam laborioſum adverſum me eſt &c. v.* 17. *ſeqq.* Addit ægre quoque ſe ad hoc affectum fuiſſe animo, quod unam & eamdem exiſtimarit eſſe partem ei, qui ex virtute vixit, & ei, qui ad hanc rem nihil contulit ſtudii. Nam alteri quidem dicit eſſe laborem in ſapientia & cognitione, & animi magnitudine, alteri vero in ira, & doloribus, qui accedunt propter ſtudium in hac vita; eos igitur pares eſſe ducere non ſolum vanitatis ſed & improbitatis dicit eſſe ſignum. Sic enim ait: *Et converti ego, ut renuntiarem cordi meo in omni labore meo &c. v.* 20. *ſqq.*

4. „Ipſe rurſus ſibi ipſi aliam objectionem eorum, qui vitam voluptuariam judicant præſtantiorem, quam ſit vita ſublimior, facit, ſcilicet, nihil aliud eſſe bonum exiſtimandum, quam quod in ſeipſum quiſpiam admiſerit; hoc autem eſt cibus & potus. Ei autem objectioni hoc modo occurritur; ea non eſſe, quibus homo alitur, & lætatur, ſed ſapientiam & cog- *Cibi & potus malus uſus.*

 „nitio-

„nitionem, quo fit, ut bonum ſit, ſtudium
„in his ponere; quod autem per carnem ſu-
„ſcipitur ſtudium eſt animi afflictio & vani-
„tas. Unde dicit: *Non eſt bonum homini,*
„*qui comedet, & bibet, & oſtendet animæ ſuæ*
„*bonum in labore ſuo v.* 24. *ſqq.* Quæ ergo
„didicimus ex hac comparatione boni & mali,
„dent nobis auxilium ad vitanda quidem ea,
„quæ ſunt damnata, perſequendo autem ea,
„quæ ſunt bona.

HOMILIA VI.

mnia mpus abent.

1. „Omnibus eſt tempus, & opportunitas uni-
„verſæ rei ſub cœlo. Hoc eſt initium
„eloquiorum, quæ contemplanda nobis ſunt
„propoſita. In iis, quæ præceſſerunt, dam-
„nata ſunt omnia tamquam vana, in quæ ab
„homine confertur ſtudium ob nullum lu-
„crum animæ: reſtat, ut ſciamus quemad-
„modum ſit ex virtute vivendum quadam ve-
„luti methodo per rationem accepta ad vi-
„tam recte degendam. Unde pronuntiat, eſſe
„tempus & oportunitatem univerſæ rei ſub
„cœlo, in quibus verbis multum Philoſophiæ
„comprehenditur tam contemplativæ, quam
„ejus, quæ conſulit utilia. Pro tempore au-
„tem oportet intelligere modum ſeu menſu-
„ram, ita ut cum quolibet eorum tempus
„ſimul extendatur, & medium in virtute ob-
„ſervetur: non enim poteſt eſſe virtus, cui
„vel deeſt, vel cui excedit, conveniens
„menſura. Sed & de parte opportunitatis
„idem a nobis tradetur; nempe quod neque
„quod

d prævenit opportunitatem, neque quod
ardius, bonum cenſetur. Quod autem
um eſt in parte, intelligi etiam poteſt
univerſo.

„*Tempus eſt*, inquit, *pariendi*, *& tem-*
moriendi. Pulchre in principio hanc ne-
ariam conjunxit conjugationem, cum
eratione copulans mortem; partum enim
s ſequitur neceſſario, ut propterea, quod
junctim oſtenſa ſint mors & generatio,
itione mortis velut quodam ſtimulo eos
ergefaciat, qui in carnalis vitæ profun-
n ſunt immerſi, & ad curam futurorum
itet. Unde etiam Moyſes in ſuis libris
: geneſin Exodum ſeu exceſſum poſuit,
Eccleſiaſtes tempus pariendi & morien-
odem ordine collocavit. Venit, inquit,
ipus, natus ſum; veniet tempus, &
riar. Utinam mihi quoque detur, ut in
ipore naſcar, & opportune moriar! In-
igere autem oportet partum tempeſti-
n, & mortem in tempore: partus vero
turus & non abortivus eſt, cum quis-
m ex timore Dei conceperit, & per ani-
: in partu labores ſuam ſalutem genue-
Siquis ergo ſemetipſum per virtutem
filium fecerit, is novit tempus boni
tus, & merito gaudet. Qui autem na-
eſt filius iræ, perditionis, fœtus tene-
rum, is non novit tempus boni partus;
enim unum tempus pariens & non plu-
Qui ergo propter importunitatem par-
n non eſt aſſecutus, ſeipſum parturiit in-

Tempus pariendi, & moriendi.

„teritui, & ad mortem ſuæ eſt animæ ob-„ſtetricatus. Sicut autem naſcimur in tem-„pore, ſic morimur in tempore, & ad bo-„nam mortem omne tempus opportunum eſt; „quinimo morimur quotidie, quemadmodum „S. Paulus ait. *Rom.* 8. Si numquam pec-„cato vivamus, ſi membra carnis mortifi-„cemus, ſi cum Chriſto crucifigamur, ſi non „nobis ſed in Chriſto vivamus: hæc eſt mors „opportuna, & veræ vitæ conciliatrix.

Tempus plantandi, & evellendi.

3. *Tempus*, inquit, *plantandi*, *& tempus* „*evellendi, quod plantatum eſt.* Scimus, quis „noſter ſit agricola, & cujus ſimus agricul-„tura. Illud a Chriſto didicimus, qui ait: „*Pater meus agricola eſt. Joan.* 15. Hoc a „S. Paulo, dum dicit: *Dei agricultura eſtis.* „1. *Cor.* 3. Magnus ergo agricola ſcit ſo-„lum bona plantare; evellit autem illa, quæ „ſunt bonis contraria, uti Phariſaicam ma-„litiam, incredulitatem, & reliqua. Quod „ergo in Evangelio didicimus, hoc nunc quo-„que docuit nos Eccleſiaſtes; quod idem eſt „tempus, & ſalutarem fidei plantam ſuſci-„piendi, & ipſum incredulitatis lolium evel-„lendi. Tempus eſt plantandi temperan-„tiam, & evellendi plantam intemperantiæ. „Ita etiam plantata juſtitia, injuſtum ger-„men radicitus evellitur; & alia quoque om-„nia eodem modo ſimiliter intelligentes non „aberrabimus.

Tempus occidendi, & medendi.

4. „Rurſus id, quod deinceps ſequitur, „conſonat iis, quæ prius ſunt examinata: „*Tem-*

pus eſt enim, inquit, *occidendi, & tem- medendi.* Hoc aperte explicatur in Pro- ta, cum dicit ex perſona Dei: *Occidam, vivere faciam. Deut.* 32. Niſi enim in no- occidamus inimicitias, non medebimur ctioni charitatis, quæ ægrotat propter im. Ita etiam cætera omnia, quæ nos ivos reddunt legi peccati, tempus eſt dendi; eorum enim cœdes eſt medela , qui infirmus extitit per peccatum. ndo ergo ira intus fervet, aut per in- e acceptæ recordationem enervat animi ır, & rationem; aut ſiquod aliud ejus- li malum mala vivendi ratio in nobis reaverit, anima opportune utetur me- mento, quod animi vitia interimit. Hoc m eſt doctrina Evangelii, ut illis ene- s, ei, qui hoc fecerit, adſit ſanitas.

„*Tempus eſt diruendi, & tempus ædifi- li*; oportet enim prius in nobis dirui ædificia, & tunc invenire tempus & ium ad templi Dei conſtructionem, quod ficatur in nobis, cujus materia eſt vir- Siquis enim ædificat ſuper fundamen- aurum & argentum vel lapides pretioſos, nominantur virtus; ligna autem & fœ- & ſtipula vitii exponunt naturam, quæ paratur ad aliud, quam ut igne con- atur. 1. *Cor.* 3. Cum igitur ex fœno tipula fuerint ædificia, hoc eſt, ex inju- a, ſuperbia, & cœteris vitiis, prius jubet bum ea abolere, & deinde aurum vir- s efficere materiam ſtructuræ domus ſpi-

Tempus diruendi, & ædificandi.

„ritualis. Fieri enim non poteſt, ut cum
„pula coaleſcat argentum, vel fœno ag
„tinetur aurum vel ligno margaritum.
„ſtruantur ergo prius opera tenebrarum
„tunc conſtruentur lucida vitæ ædificia

Tempus ...ndi, & ...lendi. 6. „*Tempus eſt flendi, & tempus rid*
„Declaratur hic locus voce Evangelica,
„dicit: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi*
„*pient conſolationem. Matth.* 5. Nunc
„eſt tempus flendi; ridendi autem tem
„in ſpe reponitur. Quis autem non in l
„totam vitam ſuam conſumat, ſiquidem
„cognoverit, quæ perdidit, & in quo
„tuerat ab initio natura, & in quo e
„præſentia? Tunc mors non erat, mo
„aberat; meum & tuum, verba hæc
„nitioſa a vita fuerunt exterminata, &
„æquo libere erat propoſita cujusvis
„participatio, nec cognoſcebatur morbus
„ritiæ: honor erat par angelis, apud D
„confidentia, ſupernorum bonorum cont
„platio. Illis autem, quæ in eorum lo
„ſucceſſerunt, ſunt improbum calamita
„& moleſtiarum examen, quæ omnia
„bent parem luctus occaſionem. Quid e
„miſeriæ magis deflebis? Vitæ brevita
„& laborem incipere a lachrymis, &
„nere in lachrymas? Miſerabilem infanti
„in ſenectute delirium, juventutis inconſ
„tiam, conſtantis ætatis laborum perpe
„nem? Onera matrimonii, cælibatus ſo
„dinem, liberorum orbitatem? divitia
„invidiam, paupertatis moleſtiam? T
„n

ɔorum differentiam, mutilationes, pu-
ɛctiones, ſenſuum orbitates, a dæmo-
s vexationes. Mitto amoris inſaniam,
ıale olens cænum, in quo volutatur
rabies; nec loquor de nutritioni con-
a per excretionem moleſtia, ne videar
ne invehi in vitam ſtercoris effectri-
, oſtendens eſſe noſtram naturam. His
iis ejusmodi prætermiſſis, illud duco
ime dignum eſſe lachrymis; quod, cum
vita præterierit, nos maneat expecta-
judicii, & zelus ignis devoraturi ad-
ırios. Ex ex ergo, quod ad præſen-
vitam attinet, moerore affecti ſimus,
ihil in ea peccemus. Hoc autem ſi re-
iat, promiſſa lætitiæ gratia per ſpem
s reponitur.

, Quod autem ſubjungitur, eſt velut titio ejus, quod prius dictum eſt; nam ınxit: *Tempus eſt plangendi, & tempus* *ıdi.* Qui facile movetur, & eſt ex ɒa affectione luctus, a Scriptura no-ıtur planctus: ſimiliter & ſaltatio ſig-at intenſam lætitiam. Quoniam igitur ex eſt homo, ut qui ex anima conſtet, orpore, in utroque eorum, quæ fiunt ɔbis in duplici vita, bonum erit vitæ oreæ, ut, qui plangunt, multas lu-m occaſiones & adminicula in hac vita ıæ parent ad numeroſam ſaltationem; quo magis vita moerore angitur, eo ɔres lætitiæ occaſiones congregantur in ıa. Arcta & aſpera res eſt continentia; *Tempus plangendi, & ſaltandi.*

 „res

„res triſtis eſt humilitas, res lamentabil
„damnum pati; luctus eſt argumentum, nc
„tantum habere, quantum iis, qui domin
„tum obtinent. Sed qui ſeipſum humilia
„exaltabitur, & qui in paupertate exercetu
„coronabitur; & qui ſcatebat ulceribus, (
„in omnibus oſtendebat vitam dignam, qu
„lugeretur, quieſcet in ſinu Abrahæ, in qu
„nos quoque ſimus miſericordia ejus, q
„nos ſervat Jeſu Chriſti, cui gloria in ſæcu
„la ſæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Tempus jaciendi lapides, & cogendi.

1. „*Tempus jaciendi lapides, & tempus c*
„*gendi lapides.* Eſt animæ noſtr
„aliquod quaſi brachium, qua recta mitt
„mus lapides, qui occidant inimicos; (
„quos revocare debemus, ad quemcunq
„hoſtem jecerimus, ad hoc ut ſemper e
„jaculemur in adverſarium. Eſt autem on
„nino intelligendum, quod, quæ vitium per
„munt cogitationes eæ ſunt lapides, qui i
„Eccleſiaſte funda recte jaciuntur, quos ſe
„per mitti oportet, & colligi; mitti quide
„ad eum evertendum, qui contra vitam n
„ſtram erigitur, colligi autem ad hoc, u
„animæ noſtræ ſinus plenus ſit iis præp
„ratis, ut ad manum ſit, quod jaci poſ
„in adverſarios inſidiantes. Ii autem lap
„des ea ſunt, quæ a divinitus inſpirata ſcri
„tura ad nos verba deſcendunt; quaru
„adeo pulcher jactus eſt, ut & hoſtem i
„terimant, & ab ejus, qui jacit, manu n
„ſep

eparentur. Qui enim lapide temperantiæ mpudicam, proſternit cogitationem, illam actu ſuperat, & in manu ſemper arma fert. Eodem modo omnia, quæ de eo, quod eſt melius, intelliguntur; & deteriora perimunt, & non ſeparantur ab eo, qui vitam ex virtute gerit.

2. „Qui autem ſequitur verborum con„textus, definit tempus & opportunitatem „cujusdam complexus. Sic enim habet: „*Tempus eſt complectendi, & tempus eſt, procul „eſſe removendi a complexu.* Qui tecum habi„tare vult, ſapientia ejus tibi ennuntiat com„plexum, ſeu omnis virtutis in te conjun„ctionem, & a vitiis ſeparationem; qui enim „eſt virtuti conjunctus familiaritate, aliena„tus eſt ab ea, quæ cum vitio eſt habitu„dine. Quando ergo dilectionis affectio ſibi „bonum & honeſtum vendicat, vere ſequi„tur abalienatio ab eo, quod ei adverſatur. „Si vere dilexiſti temperantiam, id, quod ei „adverſatur, & fœtorem cœni odiſti: ſi bo„no adhæſiſti, longe ab adhæſione mali te „removiſti. Si hæc intelleximus, ea etiam, „quæ deinceps ſequuntur, per hæc intelle„ximus.

Tempus complectendi, & a complexu recedendi.

3. „*Tempus eſt*, inquit, *quærendi, & tem„pus perdendi.* Qui enim ex iis, quæ dicta „ſunt, intellexerit, a quorum complexu ſe„ipſum ſejungere debeat, & cum quibus opor„teat ſe conjungere; cognoſcet etiam, quid „quærendum ſit, & quomodo amiſſio ſit lu„crum.

Tempus quærendi, & perdendi.

„crum. Quid eſt ergo, quod me quæri „oportet, ut tempus aſſequar convenien „hoc indicat nobis Propheta: *Quærite* I „*minum, & confirmamini. Pſ.* 14. Cogn „ergo id, quod quærendum eſt, cujus „ventio eſt ipſum ſemper quærere; nec al „eſt quærere, & aliud invenire, ſed exq „rendi lucrum eſt ipſum quærere. Vis eti „ſcire opportunitatem quærendi? Breviter „co: tota vita; *oculi* enim *mei*, inqu „*ſemper ad Dominum Pſ.* 24. Similiter „tem & intelligamus & tempus perden „lucrum eſſe putantes illud perdere, qu „illi damnum affert. Mala poſſeſſio eſt a „ritia, acceptæ injuriæ recordatio, effræ „ta libido, & reliqua vitia; ea ergo per „mus. Perdit enim quilibet in ejus, qu „eſt melius, participatione; quidquid ei „telligitur eſſe contrarium. Sic temper „perdit intemperantiam, juſtus injuſtitia „& ſic de reliquis: nam qui invenit anim „ſuam, perdet eam, & qui perdidit anim „ſuam propter me, ait Chriſtus, inveniet „ſam. *Matth.* 10. Bona ergo quæramus, i „la amittamus.

Tempus ſervandi, & ejiciendi.
2. „Sed quid ſibi vult adjectio verbi, *ſicut* „*in cælo, & in terra?* nimirum per hanc ora- „tionem docemur, ita a malo vitam noſtram „expurgare, ut ad ſimilitudinem cæleſtis vi- „tæ inſtituti etiam in nobis absque ullo im- „pedimento ſicuti in thronis & omni ſuper- „mundano exercitu ſine omni malitia volun- „tas Dei exerceatur. Sed forte aliquis ex „adverſo opponendo dicit: quomodo fieri po- „teſt, ut illi, quibus ea ſors contigit, ut vi- „tam per carnem exigant, eam, quæ in in- „corporeis virtutibus eſt, puritatem aſſequan- „tur, cum propter corporis neceſſarios uſus „anima innumeris curis immerſa ſit? Ideo „mihi videtur tamquam diſcutienti ejusmodi „perplexitatem, id quod ad propoſitum ſtu-

„dium

um difficile videbatur, ſequenti oratione
ſolviſſe.

3. „Certam enim ſententiam opinor eum *Panis*
bis per hæc verba tradere, quibus *quo-* *quotidia-*
tianum panem petere nos jubet; quod ni- *nus quid.*
irum frugalitas, quantum attinet ad ra-
nem vacuitatis affectuum & vitiorum,
quetur angelicæ facultati, cui panis non
t neceſſarius. Ideo jubemur tantum quæ-
re id, quod ſatis ſit ad naturam corporis
nſervandam; panem da, ad Deum dicen-
s, non luxum, non delitias, non divitias,
ec quidquam tale, per quod anima a di-
na cura abſtrahitur, ſed panem propter
tæ neceſſarium uſum. Hujus te corpori
bitorem natura fecit; cætera ad luxum
cogitata & inventa ſunt. Pulchra autem
t item adjectio dictionis *hodie*, panem
im, inquit, quotidianum da nobis hodie,
r quæ diſcis, quod diaria ac quotidiana
t vita hominis: id quod præſens eſt, cui-
ue proprium duntaxat eſt, futuri vero
es in incerto manet. Idcirco per id, quod
die jubet, interdicitur tibi cura de craſti-
), propemodum tibi hoc per id verbum
cens: qui diem tibi dat, etiam ea, quæ ad
em pertinent, tibi dat, ut præſtet carni
æ id, quod neceſſitas requirit. Docea-
ur igitur per præſens conſilium, quid
die quidem, quid item in poſterum pe-
re oporteat: panis hodiernæ neceſſitatis
t uſus eſt regnum beatitudinis, quæ ſpe-
atur. Panem autem cum dicit, omnia,
uæ corpori neceſſaria ſunt, comprehendit.

„Si hæc petamus, perſpicuum menti orantis „erit, quod circa rem quotidianam occupa„tio ſit; ſin autem aliquod animæ bonum, „intelligetur, quod petitio pertineat ad re„perpetuam & infinitam, quod potiſſimu„ſpectare precantes jubet, quaſi una cum „majori prima quoque neceſſitas & uſus co„ficiatur. *Petite*, inquit, *regnum & juſtitia* „*& hæc omnia adjicientur vobis. Matth.* 6. P„Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, cui gl„ria & imperium in ſæcula ſæculorum. Am

SERMO V.

Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos re- ***mittimus debitoribus noſtris. Et ne nos indu-*** ***in tentationem: ſed libera nos a malo.***

Dimiſſio debitorum.

1. „Progrediens ſermo præſcribit, qual„velit eſſe eum, qui ad eum acceſſ„rus ſit, ut nimirum Deo per virtutem aſ„miletur, cujus proprium eſt remittere pe„cata. Quemadmodum autem Deus be„agentibus ad imitandum propoſitus e„1. *Cor.* 4. ita vice verſa tuam affectione„Deo ad bonum pro exemplo eſſe vult, i„ut ad Deum dicas: quod ego feci, fac, t„mihi debita, ne tu quidem exigas. At gr„viora in te mea peccata ſunt, quæ hic a„verſum me commiſit; ſed tu reputa, qua„tum excellas in omni bono & munificenti„Unde Deo per orationem ſupplicantes, „*dimittantur nobis debita*, oramus; ſed h„vox ad aures divinas non penetrat, ni„conſcientia nobiscum clamet, quod rectum „bo

m, & decorum ſit, miſericordiam im-
ri : nam qui judicat, humanitatem
n decere, eum æquum eſt ſuis factis
ium de bono & decoro ſtabilire, ne a
judice audiat: Medice cura teipſum.
id humanitatem hortaris, quam tu pró-
non impertiris: ſi tu temporale debi-
dimiſeris, ſolventur tibi animæ vincu-
i condonaveris, condonabitur tibi: ip-
dex eris, ſuper te ſententiam ferens.
itur Deo pro miſericordia & venia pre-
oblaturi ſumus, conſcientia fiduciam
s paremus, ut vitam noſtram advoca-
huic voci præficiamus, & vere dica-
: & nos remiſimus debentibus noſtris.

„Sequitur: *Ne nos inducas in tentatio-* *Tentatio, & malum quid.*
ſed libera nos a malo. Multis & diver-
ocabulis Dominus malum illum nomi-
diabolum, Beelzebub, aliiſque ſimili-
unum vero forte ex illis eſt etiam
itio; cum enim dixiſſet: *Ne inducas nos*
ntationem, ſubjunxit: *Sed libera nos a ma-*
Nam ſi is, qui non ingreſſus eſt in ten-
nem, prorſus extra malum eſt, & is,
n tentationem incidit, in malo verſatur,
itio & malum unum ſignificant. Hor-
: ergo nos Orationis doctrina, ut fu-
ius eas res, quæ per hunc mundum in
poſitum ſpectantur; non enim locum
ret tentatio animam attingendi, niſi hanc
danam occupationem avidis tamquam
n pravo hamo porigeret: unde qui ma-
petum metuit, precetur, ne in eum in-
„ci-

„cidat. Quoniam autem in malo ſitum
„mundum Sermo dicit 2. *Joan.* 5. & in n
„danis negotiis tentationum occaſiones
„ſtunt, recte qui a malo liberari precat
„ut tentationibus eximatur, orat. Ve
„ſurgentes nos dicamus ad Deum: *Ne*
„*inducas in tentationem*, hoc eſt, in mala
„culi: *Sed libera nos a malo*, qui in hoc m
„do vires habet, a quo liberemur gratia C
„ſti, cui potentia & gloria una cum Patr
„Spiritu Sancto nunc & ſemper, & in ſæ
„ſæculorum. Amen.

S. GREGORII NYSSENI

HOMILIÆ OCTO DE BEATITUDINIBI

HOMILIA I.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam eorum regnum cœlorum. Matth. 5.

Pauperes ſpiritu qui.

1. „Curramus cum Chriſto ad montem,
„nos doceat ea, quorum auditio l
„titudo eſt. Sumatur autem a nobis init
„commentationis, unde doctrina dicto
„initium cæpit. *Beati*, inquit, *pauperes*
„*ritu*, *quoniam eorum eſt regnum cœlo*
„Ubi notandum illud, quod vere bea
„ſit, ipſum divinum Numen eſſe, utpote l
„titudo immortalis, incorruptibilis, de q
„ſi quis omnia, quæ poſſit, dicat, nihil d
„eorum, quæ rei dignitas poſtulat. Secu
„vero loco beatum judicandum eſt id, q

r participationem ejus, quæ vere beati-
s eſt, hoc nomine appellatur. Atque
nc participatam beatitudinem Chriſtus
ſcribit, & inprimis ait: *Beati pauperes in*
ritu. Hoc nomine eum intelligit, qui
onte ſuo omnium rerum vitioſarum inops
egenus eſt, & nihil ex diabolicis opibus in
is conclavibus reconditum habet, ſed ſpi-
u fervet, & malorum paupertatem quæ-
:, cujus egeſtatis fructus eſt regnum cœlo-
m. Videtur etiam Sermo paupertatem
iritus nominare voluntariam animi humili-
tem. Nemo vero putet, nullius rei negotii
m eſſe, ac facile, ut quis animo humili ſit;
o ex omnibus nihil æque operoſum eſt,
nullum aliud naturæ noſtræ malum tale
:, qualis eſt morbus per ſuperbiam nobis
generatus. Idcirco Dominus initium ex-
nendi beatitudines ab humilitate facit, tam-
am primordiale malum quoddam ex habitu
ſtroſuperbiam ejiciens, exinanitionis & hu-
litatis ſuæ nobis exemplum proponens.

2. „Ut autem hanc imitemur, ſuperbiæ *Superbiæ abſurditas.*
ſurditatem ſpectare expedit, quam facile
rſpiciet, ſi quis ad ſeipſum reſpiciat. Quid
im homo eſt? ex luto generata natura.
generationem proferre velis, obmutesce,
: hiſcas. Verum jactas te nomine juven-
tis & pulchritudinis. Verum non vidiſti
loco publico ſepeliendis corporibus de-
inato naturæ noſtræ myſteria, oſſium con-
riem: in his te ſpectaſti. Et ſic de re-
quis.

3. „ Nec

Paupertas ſpiritus. 3. „Nec denique alteram paupertatis „tionem rejicias, quæ cœleſtium divitiar „conciliatrix eſt: *Vende*, inquit, *omnes tu* „*facultates*, & *da pauperibus*, & *veni*, *ſeq* „*re me*, & *habebis theſaurum in cœlis*. Eten „ejusmodi paupertas non videtur diſcrep „ab ea egeſtate, quæ beata judicatur. Ec „omnibus, quæ habebamus, relictis ſec „ſumus te. *Matth.* 19. inquit diſcipulus „Dominum, quid igitur erit nobis? & q „eſt reſponſum? Beati pauperes ſpiritu, q „niam eorum eſt regnum cœlorum. Vis „telligere, quis pauper ſpiritu ſit? qui c „poralem opulentiam animæ divitiis per „tat, & terrenas divitias velut onus ex „ſit, ut ſurſum rapiatur. Inopes ſimus, „in ſupernis verſemur, quod fiet, ſi Pſal „ſtam ſequamur dicentem: *Diſperſit, dedit p* „*peribus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæc* „*Pſal.* 111. Et cum Chriſto regnabit, „gloria & imperium in ſæcula ſæculor „Amen.

HOMILIA II.

Beati mites, quoniam ipſi hæreditatem terræ conſequentur.

Lenitas quid. 1. „Qui primum gradum beatificatio „aſcendit, & regni cœlorum ſp „accepit, nunc etiam in ſecundo gradu p „miſſionem terræ viventium in cœlo accip „ait enim: *Beati mites & lenes*, *quoniam* „*hæreditatem terræ conſequentur.* Eſt aut „lenitas adverſus naturæ impetus &

„pe

us tardus pariter, motuque difficilis ha-
;, & aſſuetudo; non enim penitus vacui-
n affectuum humanæ naturæ præſcri-
quod natura nec capit, nec admittit,
it moderati pariter & lenes ſimus, bea-
tio nos hortatur.

„Beati igitur illi, qui ad perturbatos *Beati le-*
itioſos animi motus non proclives & *nes.*
ipites, ſed ratione ſedati ſunt, in qui-
ratiocinatio velut frænum impetus re-
iens non ſinit animum ad immodeſtiam
nſolentiam efferri. Magis autem id ali-
cernere poteſt in perturbatione iracun-
, quam beata res lenitas habenda ſit:
juam enim vel verbum vel factum
morbum commoverit, & ſanguis
ı cor efferbuerit, tunc animus conci-
s furit in ultionem, & quaſi fera ab
actus evadit. Is vero, qui beatitudinem
oculos habet, rationibus morbum mi-
:, ſedatoque vultu & placida voce tur-
ſe gerentem curat; an non hic lenis
omparatione irati illius beatus judican-
erit?

„Quod autem ad iræ perturbationem *& man-*
ime Sermo reſpiciat, perſpicuum eſt *ſueti.*
o, quod poſt animi demiſſionem leni-
n nobis præſcripſit; videtur enim alte-
cum altero cohærere. Nam ſi ex ani-
ſuperbiam exemeris, occaſionem in te
endi vitium iracundiæ non habebit; con-
dia enim & ignominia iraſcentibus cau-
„ſa

,,ſa exiſtit, quâ non movetur is, qui ſe
,,mi demiſſione moderatur. Porro iraci
,,procul ſummota quieta placidaque
,,tranſigitur, quod nihil aliud niſi le
,,eſt, cujus finis beatitudo, & cœleſtis
,,hæreditas eſt per Chriſtum Jeſum, cui
,,ria & imperium in ſæcula ſæculorum. A

HOMILIA III.

Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſol
nem accipient.

uctus ropter eccata atus.

1. ,,Riſum prorſus non tenebit, ſi qui ,,mundum reſpiciat, & his verbis ,,tur ſubſannans Sermonem. Si in vita ,,ti habentur, qui omni calamitate conſi ,,tur, miſeri per conſequentiam plane ,,quorum vita moleſtiis plane vacat. No ,,ro parum curantes eos, qui puſillo a ,,divinos contemplantur intellectus, diff ,,tiam inter carnalem & cœleſtem intell ,,tiam contemplabimur. Ac primo qu ,,poteſt aliquis illum luctum beatum ,,re, qui propter peccata exiſtit, qui ,,ta S. Paulum per pœnitentiam ſal ,,operatur mœrentibus. 2. *Cor.* 7.

t prop- r vitæ iſerias.

2. ,,Sed videtur mihi Sermo profu ,,quiddam indicare, & non ſolum pr ,,peccatum lugentibus beatitudinem trib ,,multos enim inveniemus, quorum vit ,,culpata fuit, quos ſane ab hac beatit ,,Sermo non repellet. Videamus igitur, ,,in vita humana luctus ſit, & ob qua

itrahatur. Luctus eſt triſtis animi habi-
ı & affectus propter privationem rei ali-
us, quæ placet. Ex quo perſpicuum no-
fiet, quis ſit luctus ille beatus, quem
nſequitur conſolatio. Hoc quippe laten-
docet, qui luctum beatum prædicat, ut
ımâ verum bonum intueatur, nec præ-
tis vitæ fraude immergatur; fieri enim
ı poteſt, ut vel ſine lacrymis vivat, ſi-
s diligenter res inſpexerit, vel non in
ıus triſtibus & acerbis verſari exiſtimet
n, qui hujus vitæ voluptatibus ſe immer-
. Hac igitur de cauſa Sermo luctum
tum dicit non propter ſeipſum, ſed prop-
conſolationem, quæ illi accedit. Quo-
m ſi beatum judicandum eſt in infinitis
ulis perpetuo duratura lætitia frui, ac
rſus etiam contraria deguſtare naturam
nanam oportet, non amplius difficile eſt
ſpicere, cur beati ſint, qui nunc lugent,
ıniam ipſi in infinita ſæcula ſolatio fruen-
, cujus conſolationis gratia peculiare
ritus Sancti opus eſt, quam etiam nos
ſequamur gratiâ Domini noſtri Jeſu Chri-
cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

i, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

Poſt hoſce expeditos aſcenſus quartam „aliam Sermo nobis præmonſtrat aſ-ſionem, dum dicit: *Beati qui eſuriunt, & „ſitiunt* *Juſtitiæ fames.*

„ſitiunt juſtitiam; quoniam ipſi ſaturabu
„Quænam autem eſt hæc juſtitia? Ajunt
„nulli: juſtitiam eſſe habitum tribue
„unicuique id, quod æquum eſt, &
„quisque dignus eſt. Ego vero ad alti
„nem conſtitutionis divinæ reſpiciens ali
„amplius per hanc juſtitiam intelligen
„exiſtimo, quæ omnibus communis eſſe
„bet; ſcilicet, ut eſuriamus noſtram ipſo
„ſalutem, ſitiamus divinam voluntatem,
„eſt, ut nos ſervemur. Qua autem rati
„talem nobis famem conficere poſſimus, n
„didicimus a beatitudine: qui enim juſtit
„Dei deſiderat, invenit id, quod vere e
„tendum eſt, cujus deſiderium & eſurie
„fames per ſolidum nutrimentum exple
„ſiti vero gratiam ad ſe attrahenti pota
„exiſtit.

ſtitia nes tutes otat. 2. „Rurſus unum ex iis, quæ per vi
„tem intelliguntur, juſtitia eſt: pro con
„tudine autem habet divina Scriptura,
„facta mentione partis totum comprehen
„Ergo cum etiam hic Sermo dixiſſet, ju
„ſtiam iis, qui beate eſuriunt, propoſitam e
„per hanc omnem virtutis ſpeciem deſign
„ut ex æquo beatus ſit, qui & prudenti
„& fortitudinem, & alias virtutes eſuri
„neque enim fieri poteſt, ut una virtu
„ſpecies a reliquis ſejuncta per ſe virtus p
„fecta ſit. Ergo omnis virtus hic nom
„juſtitiæ ſignificatur, quam eſurientes &
„tientes Sermo beatos judicat, ſatietat
„eorum, quæ expetuntur promittens: qu
„niam ipſi ſaturabuntur.

3. „

3. „Id quod ejusmodi quamdam ſenten- „tiam mihi continere videtur. Nihil earum „rerum, quibus voluptatis gratia ſtudetur, „in hoc ſæculo; operam dantibus ſatietatem „affert, ſed ſolum virtutis ſtudium in nobis „exiſtens ſtabilis & firma quædam res eſt „conſtantem lætitiam generans & ſatietatem. „Hoc igitur docet, ut ad nullam rem va- „nam cupiditatem noſtram applicemus, ſed „ad eas res appetitum convertamus, in qui- „bus per ſtudium certa poſſeſſio acquiritur. „Beatus eſt igitur, qui eſurit continentiam; „implebitur enim puritate. Impletio autem „perpetuam lætitiam in animam infert: nam „& vitæ recte tranſactæ memoria, & ex- „pectatio remunerationis eum delectat.

Virtus ſatietatem animi generat.

4. „Cæterum ſi etiam aliquem audacem „Sermonem attingere oportet, forſitan per „juſtitiæ mentionem ſeipſum audientium ap- „petitui proponere Dominus videtur, qui fa- „ctus eſt nobis juſtitia 1. *Cor.* 1. quam ſitire „ſe David *Pſal.* 41. teſtatur. Ac recte, qui „hanc Dei juſtitiam eſuriunt, beati judican- „tur; nam revera qui Dominum guſtavit, „hoc eſt, in ſe Deum recepit, expletur eo, „quod & ſitivit, & eſuriit. Ita etiam mag- „nus ille Paulus, qui arcanos paradiſi fru- „ctus deguſtavit, & plenum eorum, quæ gu- „ſtavit, & ſemper eſurientem fuiſſe, ſe eſſe fa- „tetur cum dicit: *Vivit in me Chriſtus. Gal.* 2. „Et tamquam eſuriens ad ulteriora aſpi- „rat *Philip.* 3. Quo circa ſi recte intellecta „a nobis eſt illa beata fames, omni vitioſi-

Juſtitia Chriſtus ſatiat.

„tatis redundantia rejecta eſuriamus ju
„Dei, ut etiam ad expletionem & ſ
„tem ejus perveniamus per Jeſum Ch
„Dominum noſtrum, cui gloria in
„ſæculorum. Amen.

HOMILIA V.

Beati miſericordes, quoniam ipſi m
cordiam conſequentur.

ſeri- dia d. 1. „Et hic aliarum alias excipientium
„titudinum altitudo efficit, u
„Deo appropinquet, qui vere beatu
„& videtur mihi per præſentem beatit
„expoſitionem eum aliquo modo Deum
„re, qui Sermonem audiat & intelligat:
„enim inquit, *miſericordes*, *quoniam ipſi*
„*ricordiam conſequentur.* Eſt autem miſe
„dia voluntaria triſtitia, quæ conflat
„incommoda aliena: vel miſericordia
„erga eos, qui ob res aliquas triſtes &
„leſtas ſeſe diſcruciant, cum dilectione
„juncta affectio; unde dilectionis inten
„incrementum miſericordia eſt. Eſt i
„proprie beatus exiſtimandus, qui i
„affectione animam occupatam habet, u
„qui ſummum virtutis faſtigium conti
„Nemo autem miſericordiam in ſolis illis
„ſtet, qui opes habent ad benefaciend
„nam hanc virtutem ex ſtudio & volu
„debemus æſtimare, ita ut ſi bonum ſibi
„poſitum ob inopiam non poſſit exercere,

„

hilo inferior ſit illo, qui per opera voluntatem ſuam oſtendit.

2. „Jam vero maximæ etiam vitæ com- *Ejus beatitudo.* „moditates ex hoc conſilio naſcuntur; nam „ſi omnibus hic animi affectus erga inferio„res innatus eſſet, non amplius erit, quod vel præſtet, vel inferius ſit. Non moleſta homini paupertas erit, non ſervitus deprimet, non ignominia anget; omnia enim omnibus erunt communia. Illa autem miſericordia exterminata malorum caterva mox ſuccedet. Itaque merito Sermo miſericordem beatum judicat, cum tot in hoc nomine bona appareant. Cæterum omiſſo hoc facili intellectu, qui primo aſpectu a vulgo percipitur, ad velum interius proſpicere conemur.

3. Nam modo exquirendum, quinam ſint, *Erga quos miſericordia exhibenda.* adverſus quos miſericordiam repræſentari conveniat, quod hic etiam Sermo indicare videtur. Sicut enim in alienis afficimur calamitatibus, cum proſpera amicorum fortuna commutata acerba quædam, dum eis condoleſcimus, affectio mutua exiſtit; ita multo magis in nobis ipſis opportunum fuerit, ejusmodi mentis inſtituere affectionem propter eam, quæ præter dignitatem in vita noſtra contigit mutationem. Cum enim reputaverimus, quomodo beatitudinem vitæ morte & corruptione interruperimus, „numquid fieri poteſt, ſi has cogitationes „ſumſerimus, ut animus noſter circa ſe mi-

 „ſera-

„ſerabiliter non afficiatur, reputans, quid „& habeat, & quibus exciderit? Talem au„tem animi affectionem divina miſericordia „conſequetur.

Remuneratio miſericordiæ.

4. „Sed nunc beatam etiam eorum, qui „miſericordiam conſequuntur, remuneratio„nem animadvertere licet: nam quæ adver„ſus eos miſericordes exiſtit, benevolentia mi„ſerorum manet in æternum, ſi benefactor „in tempore inquiſitionis agnitus fuerit ab „iis, qui beneficio ejus uſi fuerint. Quomo„do veriſimile eſt, eum dum jucundis voci„bus coram Deo omnis Creaturæ excipietur „& celebrabitur, animo affectum iri? Num„quid alia aliqua beatitudine inſuper opus „habebit, qui in tam frequenti theatro ob „res optimas quaſi præconis voce celebre„ter audiens? *Quatenus feciſtis uni ex his fra„tribus meis minimis, mihi feciſtis Matth.* 25. „Quocirca conſideremus, & intelligamus vo„cem Domini tam multa paucis verbis de „rebus futuris docentem, & efficiamur mi„ſericordes, ut icciro beati fiamus per Chri„ſtum Jeſum Dominum noſtrum, cui gloria „& imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Beati puro corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Quomodo Deus videri poſſit.

1. „Quod accidere veriſimile eſt ei, qui a „magnæ altitudinis ſpecula in pro„fundum mare deſpicit, itidem mihi contin„git,

„git, in hac Domini voce vertigine labo„ranti: *Beati puro corde, quoniam ipſi Deum* „*videbunt.* Deus enim ſpectaculo propoſitus „eſt iis, qui cor expurgatum habuerint, cum „tamen *Deum nemo viderit umquam. Joan.* 1. „*Sed nec videre poteſt* 1. *Tim.* 2. Quomodo „ergo dici poteſt, quod puri corde Deum „videbunt? Verum divina natura, quidquid „per eſſentiam eſt, ſuperat omnem compre„hendendi rationem, quippe quæ omnes ex„cogitationes repellat, non admittat, & „omnem cognitionem ſuperet. Talis autem „ſecundum naturam cum ſit is, qui ſuperat „omnem naturam, alia ratione videtur & „percipitur, qui & videri & comprehendi „non poteſt. Multi autem ſunt modi talis „cognitionis: licet enim per eam, quæ in „univerſo apparet, ſapientiam cernere eum, „qui omnia cum ſapientia fecit, ſicuti in hu„manis artificis ſcientia in ſuis operibus cer„nitur. Eodem modo omnia, quæ cogita„tionem erigunt ad conſiderationem ejus, „quod omnibus præſtat, cognitionem Dei „nominamus, conſideratione ſublimi Deum „nobis in conſpectum adducente. Igitur jux„ta modo dicta oſtenditur, quomodo Do„minus vera dicit, promittens a puris „corde ſe conſpectum iri, & Paulus non „mentitus fuerit, quod Deum nemo videre „poſſit.

2. „Verum non ad hoc ſolum beatitudi„nis propoſitæ ſententia ſpectat, quam etiam „ſapientes ſæculi habere poſſunt, ſed aliud „mag- *Quanam viſio beata.*

„magnificentia beatitudinis puris corde tra„dere videtur; nimirum, quod qui cor ſuum „ab omni Creatura & vitioſa affectione ex„purgavit, in ſua ipſius pulchritudine divinæ „naturæ imaginem intuetur. Nam qui ſeip„ſum videt, in ſeipſo, quod deſiderat, intue„tur, atque ita beatus fit, qui corde puro „præditus eſt; quoniam dum ſuam purita„tem intuetur, per imaginem formam prin„cipalem Deum animadvertit: puritas enim, „& vitiorum vacuitas, & ab omni malo alie„natio Deitas eſt; ſi ergo hæc in te ſunt, „Deus prorſus in te eſt. Cum igitur ab omni „vitioſitatis affectu, & vitio ſejuncta in te ra„tio fuerit, beatus es, quoniam caligine ab „oculis animi dempta per puram cordis ſe„renitatem beatum ſpectaculum clare cernis: „quod eſt ſanctimonia, puritas, & omnes „ejusmodi lucidi divinæ naturæ ſplendores, „per quos Deus videtur.

uomodo ritas rdis ob- neatur.

3. Igitur ex purgatione cordis beatitudi„nem exiſtere non dubitatur, ſed quomodo „quis cor ab inquinamentis expurgare poſſit, „eadem prorſus, quæ in aſcenſu in cœlum, „difficultas eſſe videtur: nam ſiquis neceſ„ſarias animi affectiones, & vitia perpende„rit, nulla ratione fieri poſſe putabit, ut con„juncta mala amoveantur. Protinus a paſ„ſione, affectione, & ægritudine nativitas „noſtra orditur, per paſſionem progreditur, „& in ea deſinit. Quomodo autem purum „fieri liceat, per omnem Evangelicam do„ctrinam tibi diſcere licet: nam ſi ordine

„præ-

ecepta ibi poſita percurreris, manifeſtum rdis purificatorium remedium deprehen-s; & cum in multas ſpecies vitioſitas luſta ſit, unicuique rei prohibitæ per præ-ɔta proprium invenies remedium. Quodſi ɔorioſum ſtudium bonarum rerum eſſe pu-t, compara rem cum vita contraria, ac re-ries, quanto nequitia laborioſior ſit, ſi n ad præſentia ſed futura reſpicias: nam i gehennæ mentionem audiverit, non ɔplius cum labore a voluptatibus cum pec-to conjunctis abſtinebit, ſed ſolus metus l expellenda vitia ſufficiet. Quo circa cum diceximus, quibus rebus & nequitia & m virtute vita conjuncta formentur, & igniantur, propoſita nobis juxta liberum imi arbitrium in utram partem velimus clinandi poteſtate, fugiamus formam dia-li, deponamus pravam perſonam, reſu-ımus divinam imaginem, ſimus puri cor-, & efficiamur, divina in nobis imagine r purum vitæ inſtitutum impreſſa per ıriſtum Jeſum Dominum, cui gloria in cula ſæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

iti pacifici, quoniam ipſi Filii Dei vocabuntur.

Ex his, quæ nobis præmonſtratæ ſunt, „beatitudinibus arbitror omnia qui-m ſancta ſigillatim eſſe, quæcunque ſupe-ır Divinus Sermo compoſuit & affirmavit, *Filii Dei adoptivi præſtantia.*

 „Quod

„Quod autem nunc contemplationi prop
„tum eſt, inacceſſum patet eſſe & revera S
„ctum Sanctorum; nam ſi videre Deum
„nulla re ſuperari poteſt in bono, fili
„Dei fieri omnem plane ſuperat felicitate
„ſuperat votum proſper ſucceſſus & felicit
„quæ conſequitur, ſupra ſpem donum,
„pra naturam gratia eſt. Quid eſt homo,
„cum divina natura comparatur? Terra
„cinis. Deus autem quid eſt? Quomo
„dicam, quod ineffabile & inexplicabile e
„Et huic tantæ rei homo nihilum, cin
„fœnum conciliatur? & in locum filii a D
„aſſumitur, dignitatem patris habet, & p
„ternorum bonorum hæres exiſtit.

:is 2. „Ac præmium quidem certaminis ta
mium. „tum eſt, certamen vero quod? Si fue
„*pacificus*, inquit, adoptionis decore coron
„beris. Mihi etiam opus hoc ipſum alteru
„donum eſſe videtur, quid enim hominib
„vita pacifica dulcius eſt? Nam ſi omn
„ſuppetant, divitiæ, bona valetudo, & r
„liqua, pacis vero bonum abſit; quid il
„proſunt, bello eorum fruitionem impedie
„te? Ergo qui mercedem tibi proponit,
„ab incommodis belli abſtinueris, duo ti
„dona largitur, unum quidem præmium ce
„taminis, alterum vero ipſum certamen. P
„hoc igitur magnitudinem humanitatis a
„noſcere licet, quod bonas remuneratione
„non laboribus ſed animi delitiis largiatur
„ſi modo exhilarantium rerum caput pax eſt
„quam non modo ipſe quilibet habeat, ſe
„etiam

etiam non habentibus impartiatur: beati enim, inquit, pacifici.

3. „Eſt autem pacificus is, qui pacem alteri dat. At nemo alteri præbere poteſt, quod ipſe non habet: vult ergo te priorem plenum eſſe pacis, & deinde præbere indigentibus. Eſt autem pax nihil aliud, quam cum dilectione conjuncta erga proximum affectio mutua: quæ proinde odio, iræ, invidiæ, belli cladibus repugnat, & adverſatur, ſuique præſentia abolitionem mali præſtat. Hoc vero quantum ſit bonum, tu perpende, qualis ſit vita eorum, qui mutuis odiis laborant: quis enim affectus iræ digne expoſuerit? Qui ergo prohibet iræ turpitudinem, jure beatus & honorandus nominabitur. At nemo arbitretur me iræ moleſtiam malorum ex odio generatorum atrociſſimam putare; videtur enim mihi invidiæ, & ſimulationis vitium multo gravius eſſe, quanto occultum malum aperto atrocius eſt. Indicantur autem occulta morbi mala per aperta ſigna faciei; quæ enim deſperatorum lethalia ſigna ſunt, ea ſæpe in eo, qui invidia contabeſcit, exiſtunt. At quænam morbi cauſa eſt? Quod frater nimirum vel proximus in animi tranquillitate ac lætitia vivit. O novas injurias, crimini dare, quod non adverſa fortuna conflictetur ille, cujus rebus ſecundis dolet non ex eo, quod ipſe ab illo acceperit aliquid incommodi, injuriam æſtimans, ſed quod ille ſine cujusquam injuria in rebus ſecun„dis

Pax, & pacificus quid.

„dis verſetur. Hic cum ita affectus ſit, :
„latione morbum obvolvit, amicitiæ ;
„nam per fictam benevolentiam aſſumi
„fauſtis appellationibus fratrem excipi
„vere ac valere jubens, contraria in a
„clam imprecans.

cifici ti. 4. „Qui ejusmodi igitur morbum
„ex vita humana, & benevolentia pa
„ac pace colligat eos, qui genere conj
„ſunt, & ad amicitiam ac concordiam h
„nes reducit, annon divinæ revera pc
„tiæ opus facit? mala quidem ex humana
„tura expellens, pro iis autem bono
„communionem introducens? Et idcirc
„lium Dei pacificum nominat, quod veri
„lii imitator exiſtit, qui hæc hominum
„largitur. *Beati igitur pacifici, quoniam*
„*filii Dei vocabuntur.* Quinam ſunt hi?
„tatores humanitatis divinæ, qui id, q
„proprium divinæ efficientiæ eſt, in ſua
„oſtendunt. Tollit bonorum largitor, q
„quid extra naturam boni & a bono alie
„eſt: hoc etiam tibi præſcribit opus &
„cium, ejicere odium, finire bellum, a
„lere invidiam, exterminare pugnam,
„lere ſimulationem, extinguere injuria
„memoriam, contra vero in locum eo
„introducere fructus Spiritus, dilectione
„gaudium, pacem, benignitatem, animi
„nitatem, & univerſum bonorum nume
„ab Apoſtolo collectum. Quomodo igi
„non beatus eſt divinorum donorum di
„butor ac diſpenſator, imitator Dei mu

„n

m-, qui divinam munificentiam ſua be-
ificentia exæquat.

5. „Forſitan autem non ad alienum dun-xat bonum beatitudo ſpectat, ſed opinor 'oprie pacificum appellari, qui eam, quæ tra ipſum eſt, ſeditionem carnis & ſpiri-s, atque inteſtinum naturæ bellum ad ıcificam concordiam & conſenſum addu-t: ubi, corporis lex, quæ legi mentis re-ıgnat, non amplius exercebitur, ſed ſub-gata meliori regno miniſtra Divinorum æceptorum exiſtet. Quinimo ne exiſti-emus, Sermonem conſulere, quod in nu-ero binario conſideranda atque accipien-ı fit vita eorum, qui recte egerint, & m bene geſſerint, ſed ubi interſtitium vi-oſitatis ex ea, quæ in nobis eſt, ſæpe emtum fuerit, duo illi contemperatione m meliori coaleſcentes unus exiſtunt. ıoniam igitur ſimplex & non compoſitum e divinum Numen, & effingi, atque ſi-ılari non poſſe creditur, cum humanum oque genus duplæ compoſitioni per ta-n pacificationem exemtum fuerit, & ple-ad bonum redierit, ſimplex pariter, & effictione ac ſimulatione vacuum ac re-ra unum effectum, ut idem cum abſcon-o ſit id, quod apparet, & vice verſa ſconditum cum apparente, tunc vere ra-beatitudo fit, ac tales proprie filii Dei antur, beati judicati per promiſſionem mini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria in ala ſæculorum. Amen. *Pax inter corpus & Spiritum.*

HOMI-

HOMILIA VIII.

Beati, qui perſecutionem patiuntur, pro ter juſtitiam, quoniam eorum eſt regnum cœlorum.

Perſecutionis corona.

1. „Beati, qui perſecutionem patiuntur pro „ ter me, quoniam ipſorum eſt re „num cœlorum. Ecce finis & eventus „vinorum certaminum, & propter Deo „ ſuſceptorum periculorum, ac labor „remuneratio, quo cœlorum regnum ath „tæ conſequuntur. Non amplius circa n „inſtabilem felicitatis ſpes oberrat, ſed cu „regnum cœlorum dixit, oſtendit donum n „bis ſub ſpe propoſitum non eſſe mutabi „Beati igitur, qui perſecutionem patiunt „unde? & a quo? Atque ea quidem, q „in promptu ratio eſt, martyrum nobis ſ „dium oſtendit, ac fidei curſum deſignat; n „enim aliter currendo vincere quis pote „niſi habeat perſequentem.

Ejus beatitudo.

2. „Revera autem beatum eſt prop „Dominum pati perſecutionem: quia a n „lo exagitari cauſa boni adipiſcendi fit. N „vitatio mali boni conciliationis occaſio ſ „bonum autem & ſupra bonum Dominus „ad quem curſu contendit, qui perſecut „nem patitur; ergo revera beatus eſt, „inimico ad bonum utitur adjutore. Ita „perſecutionis, qua martyres a tyrannis a „tantur, ſpecies, prout prima fronte appa „ſ

ſenſui acerba eſſe videtur, ſed id, quo ſpectant ea, quæ fiunt, omnem beatitudinem ſuperat. Commodius autem fuerit nos per exempla ſententiam animadvertere Sermonis. Quis ignorat, quanto gravius eſſe judicetur, inſidiis peti, quam diligi? hoc tamen quod moleſtum eſſe videtur, ſæpe etiam felicitatis per hanc vitam cauſa multis exiſtit; quale de Joſepho ſcriptura indicat, qui a fratribus inſidiis petitus per venditionem rex eorum, quorum inſidiis petitus erat, deſignatus eſt, ad tantam dignitatem forſitan non progreſſurus, niſi invidia iter ad regnum patececiſſet. Ita etiam hic, cum perſecutio, qua fideles a tyrannis agitantur, multum juxta ſenſum acerbitatis habeat, efficit, ut ab iis, qui carni paulo magis obnoxii ſunt, ea, quæ per res aſperas ipſis propoſita eſt, regni ſpes non facile ammittatur: ſed Dominus naturæ vitio deſpecto infirmioribus prædicit, qualis laborioſi certaminis eventus ſit, ut ſpe regni rerum adverſarum ſenſum facile devincant. Idcirco magnus ille Stephanus gaudet lapidibus undique petitus, orans etiam pro perſecutoribus, & cum perſecutionem pateretur, viſit id, quod ſperabatur, cœlum apertum, & divinam gloriam ad certamen currentis e cœlo deſpectantem.

3. „Quid igitur beatius eſt eo, qui propter Dominum perſecutionem patitur, quem in certamine habet præſidem? neque enim ſieri poteſt, ut rebus per hanc vitam jucun- *Perſecutionis bona.*

„dis

„dis, quæ apparent, præferat bonum, qui
„non apparet, ita ut libenter omnium, qu
„per vitam jucunda ſunt, expers eſſe mal
„niſi Dominus ad bonum eum adjuvet. Qu
„niam enim anima corporeis ſenſibus allig
„ta, quod cuique ſenſui natura accomod
„eſt, una afficitur, prehenſu facilis per
„quentibus exiſtit. Sed ubi vivus Sermo
„ficax & omni gladio acutior *Hebr.* 4. in
„penetraverit, & conſuetudinis malæ vi
„la ruperit, & mundanas voluptates ex
„ſerit, tunc expeditus certaminum ſtadi
„percurrit, ipſo certaminum præſide,
„& adjutore ad curſum utens; non e
„ſpectat ea, quæ reliquit, ſed quæ petit, n
„oculum convertit ad id, quod a tergo
„cundum eſt, ſed ad propoſitum bonum co
„tendit, nec damno rerum terrenarum co
„triſtatur, ſed lucro cœleſtium lætatu
„Propterea omne ſuppliciorum genus tam
„quam auxilium propoſiti gaudii haud cu
„ctanter excipit, ignem tamquam materi
„purificatorem, gladium tamquam dirempto
„rem conjunctionis, qua mens cum carnali
„bus coaluit, & in ſumma omnes labores &
„dolores tamquam medicamentum noxio vo
„luptatis veneno adverſans parato animo ſu
„ſcipit: non enim gaudere poteſt, qui dole

4. „Ergo, qui perſequuntur eos, qui Do
„minum confitentur, & toleratu difficili
„tormenta excogitant, remedium quodda
„animis per dolores adhibent, voluptati
„morbum curantes: ita crucem Paulus exci

„pit

pit, gladium Jacobus lapides Stephanus, capite deorſum. vero crucifixionem beatus Petrus .Omnes, qui hos ſecuti ſunt, fidei Athletæ varias tormentorum ſpecies tamquam peccati expiationes ſancti illi cum lætitia admittebant, nequod veſtigium cordi per voluptatem impreſſum relinqueretur, doloroſo ſenſu omnia voluptatis veſtigia delente. Beati igitur, qui perſecutionem patiuntur propter me: nam gravium & moleſtarum rerum alienatio efficit, ut in me verſentur, qui aliquando ægrotaverunt. Beatus eſt, qui ab omni re contraria pellitur, a peccato, ab injuſtitia, ab unoquoque eorum, quæ virtutis rationibus opponuntur tum factis tum cogitationibus; nam extra mala verſari eſt intra bona conſtitutum eſſe, & qui a malo pellitur, ac perſecutionem patitur, beatus judicatur, quippe illa perſecutione regnum ſeu regiam dignitatem illi conciliante.

Adhortatio ad perſecutionem ferendam.

5. „Ne doleamus igitur & ægre feramus terrenis nos expelli & prohiberi: nam qui hinc migraverit, in cœleſti regia diverſatur. Duo in Creatura rerum habitationi rationalis naturæ elementa attributa ſunt, cœlum & terra; locus eorum qui per carnem vitam ſortiti ſunt, terra; cœlum autem incorporeorum eſt, & neceſſe eſt, vitam noſtram alicubi eſſe, niſi ex terra pulſi fuerimus, in terra manemus, ſi hinc abierimus in cœlum traducemur. Vides, quo ducat „bea-

„beatitudo; per id, quod triſte videtu
„boni tibi conciliatrix exiſtit. Qu
„etiam Apoſtolus animadvertiſſet,
„inquit, diſciplina in præſentia quide
„triſtitia conjuncta eſſe videtur, ſed poſ
„ctum pacificum reddit exercitatis *H*
„Et præmium, quod ipſe Dominus
„ſe enim eſt præſes moderatorque cert
„& corona vincentium, ille eſt, qui
„hæreditatem, qui ditat: ille ipſe d
„qui oſtendit tibi theſaurum, & tib
„tibi exiſtit. Ut igitur illum adipiſ
„iis, quæ habemus comparemus id
„non habemus. Ne contriſtemur erg
„agitamur & perſecutionem patimur
„nimo etiam potius lætemur; quoni
„id, quod pellimur ab iis, quæ in
„habentur in pretio, ad cœleſte bonun
„pellimur, ſecundum eum, qui pr
„beatos fore eos, qui propter ipſum
„perſecutionemque paſſi ſint, quonia
„rum ſit regnum cœlorum gratia Dom
„ſtri Jeſu Chriſti, quoniam ei gloria
„perium eſt in ſæcula ſæculorum. A

Nota I. Sequitur hic in editione operum S.
rii Nyſſeni homilia in illa verba. 1. *C*
Quando ſibi ſubjecerit omnia, tunc ipſe
Filius ſubjicietur ei, qui ſibi ſubjecit omni
refellit conſequentias, quas ex hoc textu
eliciebant, & oſtendit, per ſubjectione
non intelligendum ſtatum ſervitutis, ſed
immortalitatis & beatitudinis, qua poti
mana Jeſu Chriſti natura. Sed D. Ta
ſuis Inſt, doctr. P. P. notat, quod adhuc
dico lis ſit, an hic tractatus partus genuinus

gorii exiſtat, quam nec nos hic dirimere volumus.

Nota II. Sequitur tractatus de imagine & ſimilitudine Dei in homine. Verum hic S. Gregorii Nyſſeni eſſe non poteſt; continet enim expreſſiones S. Doctoris ævo recentiores, uti notat Ceillier *Tom.* 8. unde eum alii Anaſtaſio Sinaitæ tribuunt, prout obſervat Fabricius *Tom. Bibl. Græcæ.* Tillemontius vero *Tom.* 9. putat, hunc tractatum eſſe fragmentum cujusdam majoris operis, in quo difficilia quædam ſacræ Scripturæ loca auctor illuſtravit.

S. GREGORII NYSSENI DE VENTRILOQUA SEU PYTHONISSA AD THEODOSIUM EPISCOPUM EPISTOLA.

Frontono Ducæo Interprete.

1. „De iis, quæ juſſiſti, quæcunque ſugeſ- *Samuelis*
„ſerit Dominus, operæ pretium me *anima per*
„facturum putavi, ſi paucis tuo deſiderio ob- *magiam*
„ſequerer. Primum igitur quoniam & illa *non fuit*
„inter cætera capita prima propoſita eſt, quæ *evocata.*
„exquiritur de Samuele ſententia, quantum
„in me ſitum erit, Deo dante paucis ver-
„bis, quid videatur, exponam. Quibusdam
„ante nos placuit, veram arbitrari præſti-
„giatricis illius in Samuele animarum evo-
„cationem, atque ad opinionis ſuæ patro-
„cinium ejusmodi rationem afferunt, quod
„cum ob Saulis rejectionem triſtitia affectus

„eſſet Samuel, ſemperque Deo propon
„Saulem præſtigias ventriloquorum, qu
„homines in fraudem illiciebant, de p
„lo eraſiſſe, ideoque ægre ferret Prop
„quod a ſe rejecto placari nollet, perm
„Deum, ut per ejuſmodi magicas artes
„phetæ anima evocaretur, ut videret
„muel, falſa ſe Deo in ipſius defenſi
„allegaſſe, utpote qui tum temporis,
„oraculum conſulit, in cauſa fuerat, ut
„anima evocaretur. Ego vero dum mi
„mentem venit Evangelicum illud ch
„quod in medio malorum bonorumque
„matum eſt, veras eſſe ſententias huju
„di non admitto; magnus enim inter ſa
„erat Samuel, res autem mala eſt magi
„incantatio, cum igitur tantis in delitiis
„muel verſaretur, neque volentem eum,
„que invitum profundum illum hiatum
„ſus impios, & chaos impervium arb
„trajeciſſe. Nam invitus quidem id no
„ſtinuiſſet, quod hiatum dæmon pertra
„non poſſet, & ex medio beatorum cœtu
„rum Sanctum alio transferre; volens au
„id non feciſſet, quod neque cum impr
„commiſceri vellet neque poſſet. Qu
„quis etiam illum voluiſſe concedat, non
„men ipſius hiatus natura tranſeundi p
„ſtatem feciſſet.

æmon in ecie Sa- uelis uli ap- ruit.

2. „Quid ergo eſt, quod de his nob
„mentem venit? Cum naturæ humanæ
„inimicus communis omnium hoſtis, id u
„cogitat, ut homini lethale vulnus infli

ita in mortis exitium præceps ultro fe-
ur. Quoniam igitur homines voluptua-
ſtudio res futuras ſciendi tenentur, qua
nitione vel mala ſe evitaturos ſperant,
id, quod deſiderant, aſſecuturos, idcir-
ne a Deo pendeant homines, prænotio-
rerum futurarum varia genera fallax
monum natura commenta eſt, auguria,
inationes per ſymbola, oracula, haru-
ia, mortuorum evocationes, inſpiratio-
., & alia quam plurima. Porro unum
illis fallaciæ generibus erat hoc ventri-
uorum, ſeu Pythonem habentium, quo-
a præſtigiæ poſſe animas eorum, qui de-
erant, ad vitam pertrahere credebantur.
n itaque Saul de ſua ſalute deſperaret,
d omnes copias ſuas adverſus ipſum
nigenæ omnes collegiſſent, ſibique per-
ſiſſet, ſe a Samuele viam edoceri poſſe,
incolumis evaderet, quod ventriloquæ
debat dœmonium, a quo de more mu-
cula decipiebatur, varias ſibi formas um-
tiles in mulierculæ oculis effingebat, cum
rim nihil eorum, quæ conſpiciebat mu-
cula, Sauli appareret. Ut enim incan-
ionem ſuam aggreſſa eſt, jamque mulier-
æ ob oculos phantasmata & ſpectra ver-
antur, ex eo fidem ſuis apparitionibus
iciliare voluit dæmon, quod ejus perſo-
n, qui diſſimulato habitu latebat, de-
rarit, quæ res majorem in admirationem
ulem traduxit, ut exiſtimaret, non ab-
aturam ab ullius rei cognitione mulie-
n, dum dixit, ſe deos aſcendentes vi-

„dere, & virum erectum amictum pallio: in „quo dæmonium, quod ſemper veneficæ obſequatur, tum mulierem fallebat, tum ipſum qui ab ipſa fallebatur Saulem. Et effecit quidem, ut dæmonia dii a ventriloquis „cenſerentur, ipſum autem illa ſe ſpecie induit, quæ requirebatur, & voces illius ſimulavit, & ex iis, quæ vero ſimili conjectura aſſequi licebat conformato in ſpeciem „prophetiæ reſponſo, quæ eventura putabantur, denuntiavit. Porro ſeipſum volens nolens arguit dæmon veritate prolata, dum „dixit: *Cras tu & Jonathan mecum.* Si enim „vere Samuel erat, quomodo fieri poterat, „ut is, qui omnium ſcelerum reus erat, „cum illo eſſet? Verum hinc liquet, Samuelis loco dæmonium illud improbum viſum, „cum ſecum futurum Saulem dixit, mentitum non eſſe. Etſi autem Scriptura dicat: „Samuel hoc dixit, ne commoveant hæc „verba peritum lectorem, ſed additum exiſtimet: Qui putabatur eſſe Samuel; hanc „enim conſuetudinem eſſe Scripturæ comperimus, ut ſæpe rei veræ loco, id quod apparet, enarret.

[E]liæ cibus & potus [q]uid ſignificet.

3. „Quod autem de Elia interrogaſti; „majori indiget conſideratione; etenim qui „juſſus eſt aquam bibere ex torrente, latenter a Deo admonebatur, fore, ut a Propheta prolata contra Iſraelitas ſententia ſiccitatis & penuriæ imbris ab ipſo rurſus reſcinderetur; cui enim datum eſt, ut ex „ſolo torrente tunc exſiccato biberet, & cui „veti-

vetitum erat, ne aliunde potum ſumeret, huic neceſſitas incumbebat, ut pluviam poſtularet, ne torrens aqua deſtitueretur. Porro a corvis Prophetæ, quæ ad victum erant neceſſaria, ſubminiſtrantur, Deo Prophetæ declarante, multos eſſe, qui in veri Dei cultu perſeverarent, ex quo cibus Prophetæ ſuppeditabatur: neque enim pollutos ei panes, aut idolis immolatas carnes porrigerent; atque ita per hæc incitabatur Elias, ut aliquid de ſua in impios ira remitteret. Quod vero mane quidem panis, veſpere autem carnes illi ſubminiſtrantur, ſignificat, quod iis, qui incipiunt, opus ſit cibo perfectiorum, perfectiorum autem eſt ſolidus cibus.

4. „Moyſis autem velamen quo ſpectet, *Lucifer* non ignorabis, ſi epiſtolam ad Corinthios *Archan-* lectitaris. Quod vero attinet ad ea, quæ *gelus fuit.* de ſacrificiis percontatus es, recte feceris, ſi Leviticum ſtudioſius ſcrutatus fueris. In his vero quæſtionibus, quæ ad contrariam pertinent poteſtatem, manifeſta eſt ſolutio, non ſimpliciter Angelum fuiſſe, ſed inter Archangelos conſtitutum fuiſſe eum, qui deſertor eſt factus. Liquet ergo una cum imperio ſubditam illi turmam indicari, ſic ut ſoluta ſit quæſtio illa, quo pacto unus fuerit, & cum multitudine ſit; cum enim id, quod ſubjectum illi erat, agmen cum eo defecerit, expoſitum eſt, quod quærebatur.

S. GREGORII NYSSENI IN SUAM ORDINATIONEM.

Frontone Ducæo Interprete.

Pax & charitas Eccleſiæ turbata.

1. „Ad nos etiam ſpiritualis convivii in„ſtruendi ſors & officium devolutum „eſt. Verum quis illam mihi Sermonis vir„tutem concedet, cujus finis ſalus extitit „auditorum? Unam emiſit Hieroſolymitanis „vocem Petrus, & tot hominum millia nu„da Sermonis ſagena ab illo piſcatore ſunt „capta. Jam multi vero tantique a docto„ribus in nos impenduntur Sermones, quæ „vero ex iis, qui ſalvantur, facta eſt acceſ„ſio? Quod deficit, deficit; quod moritur, „moritur, quod aberravit, non revertitur. „*Zach.* 11. *v.* 9. Solutum eſt vinculum „charitatis, abrepta eſt pax ex theſauris „noſtris. O rem calamitoſam! Cogit me mali „& doloris magnitudo ingemiſcere, noſtra „olim erat poſſeſſio charitas, paterna noſtra „hæc hæreditas, quam hæc prodiga gene„ratio minime cuſtodivit: nos charitatis in„digi ſumus, & alii bonis noſtris luxuriantur, „& gloriantur. Illi inter ſe junguntur, nos „ab invicem ſeparamur: furto ſurreptam „poſſeſſionem noſtram animarum prædo ad „hoſtes veritatis delatam projecit, ut eos in „malarum rerum concordia deteriores effi„ceret.

Fides vera relicta.

2. Sed quid mihi de iis, qui foris ſunt, „judicare? At ego qui poſſim alienationem „fra-

rum ſine lachrymis ferre ? Quomodo erna ſubſtantia derelicta junior hic fra- diſceſſit , & fugitivus in longinquam ionem ſeceſſit? Et cum meretricibus hæ- icis ſuas divitias diſſipavit ? Meretrix m eſt hæreſis, quæ voluptatibus quaſi eſtigiis attrahit. Obturata ſunt corda reticorum , & contraria ratione affecti : mmunes Patres objiciunt, & acceptam illis hæreditatem non admittunt, com- nem ſibi vendicant nobilitatem, & a no- cognatione alienantur. Hoſtibus noſtris opponunt, & hoſtili animo in nos affe- ſunt : neque rectum Sermonem confi- tur, & hæretici appellari recuſant. O inauditam! Et veritati ſimul & men- io pariter bellum indixerunt, tamquam or radicibus carens huc & illuc levi mo- nto contrariis impulſibus inclinati.

Miraculorum virtus.

j. „Quid autem cauſa eſt , cur olim qui- n temporibus diſcipulorum ad Eccleſiam rima multitudo a Domino aggregaretur, vero longæ & ornatæ Doctorum concio- ſine ullo effectu prætervolent? Fortaſſe et quiſpiam, quod tunc Apoſtolos, mira- a adjuvarent, & illa divina dona oratio- fidem conciliarent. Verum nonne paria ei vides miracula? conſervorum enim ſtrorum præclara facinora noſtra reputo, i eodem in virtute curationum ſpiritu biscum ducuntur. Hujus orationis veri- i teſtimonium dicunt viri a longinquis re- nibus advecti, qui ex toto mundo egreſſi

„oculis ad cœlum converſis, & extra huma-„nam quodammodo peregrinantes naturam, „extra omnem perturbationum aleam conſti-„tuti, tantum ex hac vita delibant, quantum „neceſſe eſt: potiori vero ſui parte cum in-„corporeis virtutibus in excelſis verſantur. „Qui obſignata ſilentio tenentes ora, decer-„tare verbis neſciunt, neque disquirere aut „disceptare didicerunt; tantam tamen ad-„verſus ſpiritus obtinent poteſtatem, ut mi-„racula ſola voluntate perficiant, & dæmo-„nia abſcedant non ſyllogismorum artificio, „ſed fidei potentia in eas redacti anguſtias, „ut nihil contradicant, ſed in tenebras exte-„riores abigantur. Sic novit ſyllogismos te-„xere Chriſtianus: ea ſunt præclara fidei no-„ſtræ facinora.

ivinita- natura ſcruta-lis.

4. „Cur ergo non credimus, ſi abundat „gratia ſanitatum? Si exuberat doctrina ver-„bi? cur non fit eorum, qui ſalventur, ac-„ceſſio? neque vero in mentem veniat cui-„que exiguam præſentem gratiam exiſtimare. „Quid ergo eſt, quod me male habet? ho-„mines omittentes in Domino gaudere, & „ex Eccleſiæ pace capere voluptatem, de „ſubſtantiis, neſcio quibus, argutantur, & „magnitudines dimetiuntur; Filium ex com-„paratione cum Patre metiuntur, & quod „excedit menſuram, Patri largiuntur. Quis „hoc dixerit illis? quod quantum non eſt, „non menſuratur; quod incorporeum eſt, non „ponderatur, quod infinitum eſt, non com-„paratur, quod non comparatur, pluris aut

„mi-

noris rationem non admittit; ejus autem,
us finis comprehendi non poteſt, exceſ-
n mente contingere nemo poteſt. *Mag-*
r Dominus, dicit Propheta *Pſ.* 146. *v.* 5.
n dixit, quanta ſit magnitudo; neque
im fieri poterat, ut diceret, quantus eſ-
: & *magna virtus ejus.* Virtutem vero po-
tiam intellige, Chriſtus autem Dei po-
itia eſt, & Dei ſapientia: ſed & ſapien-
e ejus non eſt finis. Si cui ardenter ſitienti
as aliquis limpidus occurrat, numquid
te aquam conſidebit, deque ejus natura
iloſophabitur? an vero diſcuſſione hac
ſta admotis labris ſitim ſedat, linguam
frigerat, & gratias ei agit, qui tale do-
m largitus eſt? Imitare igitur tu quoque
ientem; dic eſſe dictum, ſicut & dictum
a Domino: Beati qui ſitiunt, & cum di-
ceris, qualia, quantaque bona e Spiritu
ncto velut ex fonte manent, fac, quod
bet Propheta, aperi os tuum & attrahe
ritum, dilata os tuum & imple, cum
norum habeas poteſtatem. Viſne intel-
gere, quanta ex Spiritus Sancti fonte bona
ofluant? immortalitas animæ, æternitas
æ, regnum cœlorum, lætitia ſempiterna.
rum enim vero dum præſentia contem-
or, exiguam ejus, quod deeſt, duco ja-
ram: referta mihi bonis eſt domus, ple-
ſunt auro Arabiæ theſauri, ac regna ter-
e triumphalem nobiſcum hymnum conci-
nt ei, qui omnes ad ſuum regnum invi-
t, cui gloria & poteſtas in ſæcula. Amen.

S. GRE-

S. GREGORII NYSSENI ANTIRRHETICUS ADVERSU APOLLINAREM.

Laurentio Zacagnio Interprete.

Monitum.

Antirrheticum librum adverſus Apollin ſæculo proxime elapſo ex ſeptinge rum circiter annorum codice Vaticano mæ in lucem protulit cum aliis ejus Nyſſeni ſcriptis D. Laurentius Alexande cagnius: quod præclarum opus ab anti commendatur S. Joanne Damaſc. *de duab lunt.* & in actis ſextæ Synodi act. 10. qu tem anno hic tractatus ſcriptus fuerit, i tum eſt.

ANALYSIS.

Apollina- is libri itulus alſus. 1. „Aptum Sermoni noſtro exordium „Domini vox, quæ jubet cav „falſis Prophetis, quos, ait, ex fructibus „noſcetis. *Matth.* 7. Inquiramus igitur, „nobis Apollinaris Syri doctrina protuli „quod ex uno ejus tractatu videbimus, „inſcriptio talis eſt: *Demonſtratio divin „carnationis ad ſimilitudinem hominis.* Qu „autem *divina incarnatio*, quæ nec hom „neque Deus, quam in hoc titulo comi „tur auctor, non licet nobis invenire. „ſus quid illud, *ad ſimilitudidem hominis* „nuere videtur, divinam Incarnationem „li modo atque humanam conſtare: ſe

ad ſimilitudinem hominis incarnatus eſt Dominus, ſed divina poteſtate & Spiritu Sancto ex virgine. Et quemnam hominem aſſignabit, ad cujus ſimilitudinem divina hæc Incarnatio facta eſt? Ex quo liquet, certo indagari non poſſe, quid ſibi hæc inſcriptio velit, utpote quæ nulli ſecum conſtanti mentis conceptui innitatur.

2. Ad ipſum jam tractatum Apollinaris [illegible]ejus textum progreditur, & notat falſo eum [illegible]erere, quasdam tunc temporis hæreſes [illegible]e, qui Chriſtum divinum hominem aſ[illegible]erent; quod ideo Apollinaris finxit, ut [illegible]ulata contradictione divinitatem mori poſſe firmaret, & unigeniti Filii divinitatem [illegible]ortalem eſſe, eumque non in humanitate paſſionem ſuſcepiſſe, ſed impaſſibilem ejus naturam ad paſſionem participandam mutatam fuiſſe aſtrueret, quod equidem ethnici admittunt. Et ut oſtendat Deum mortem ſubiiſſe, nihil prorſus naturæ terrenæ in ipſo ſpectari poſſe concedit. Nam non eſt homo terrenus, qui e cœlo deſcendit. Verum cur in Evangelio filius hominis vocatur?

Chriſti divinitas non eſt paſſa.

3. „Sed Deus quidem eſt, inquit Apollinaris, per Spiritus incarnationem, homo autem per carnem a Deo aſſumptam. Verum quid eſt incarnatio Spiritus, niſi unio cum carne noſtra? & undenam aſſumptus eſt homo, niſi ex primo homine, cujus generatio e terra, non e cœlo facta eſt? Cæterum quæ in verboſa Apollinaris ſcriptio-

Incarnatio Spiritus quid.

„ne

„ne ſequuntur, id unum demonſtrant
„tribus rebus conſtare hominem, carne,
„ma, & mente, quæ quidem a noſtra ſe
„tia non diſtant; ex corpore enim &
„ma intellectu prædita compoſitum
„hominem dicere, idem eſt ac menten
„paratim numerando, tripliciter homi
„conſiderare, quod tamen hæreticis en
„anſas præbuit.

Tres partes in homine. 4. „Sed tripartitam hanc hominis
„poſitionem Apollinaris ex Synodo qua
„contra Paulum Samoſatenum celebrata
„bare conatur, ubi dicitur: *E Cælo I*
„*factum fuiſſe Chriſtum.* Et in Symbolo
„cæno dicitur: *Qui de cælo deſcendit,*
„*carnatus eſt, & homo factus eſt.* Ex qu
„infert Apollinaris: Spiritum ſane, hoc
„mentem Deum habens Chriſtus una
„anima & corpore, jure merito homo e
„veniens dicitur. Verum citata Syn
„contra Samoſatenum ubinam hoc deſin
„Symbolum vero Nicænum nihil aliud o
„dit, niſi ut non ante Filii e cœlo deſcen
„carnem extitiſſe, ſed poſteriorem eoden
„ſcenſu intelligamus.

Chriſtus mente humana præditus. 5. „Sed inquit Apollinaris 1. *Cor.* 15.
„*Secundus homo de cælo ſpiritualis* dicitur,
„hominem cum Deo commixtum mente c
„ſignificat. Verum ex mox ſequentibus
„bis confutatio hujus ineptiæ deſumitur
„enim: *Qualis cæleſtis, tales & cæleſtes,* id
„fideles, qui ſicut mente non carent

„nec Chriſtus mente caret. Nam juxta Apo-
„ſtoli dictum per omnia, quæ ad vitam no-
„ſtram pertentatus fuit pro ſimilitudine abs-
„que peccato: mens autem peccatum non
„eſt; neceſſarium ergo eſt, eum cum omni-
„bus naturæ noſtræ proprietatibus conjun-
„ctionem ſervare, & totum hominem eſſe.
„Sed contra opponit Apollinaris, ſi cum
„Deo humana quoque mens erat in Chriſto,
„non in ipſo conficitur Incarnationis myſte-
„rium, ſed caro abolitionis peccati negotium
„perficit. Sed non ſola caro, ſed caro ver-
„bo unita.

6. „Sed haud decere putat humanam *Mens humana Chriſto convenit.*
„mentem in Unigenito Deo agnoſcere: quia
„mens hominis mutabilis eſt. At eadem ra-
„tione neque carnem Deo concedet, nam &
„carnem mutabilem eſſe concedet; & beatius
„erit, mente deſtitui, ſi a Deo, quod ſine
„mente eſt, aſſumitur. Et ſi per mentis caren-
„tiam homo ſalvatur, quomodo intelligens
„tabernacula poſſidebit? cuinam magis rei
„divinam naturam congruere ratio ſuggerit?
„Caro cum terrena natura cognationem ha-
bet, at vero mens materiæ expers ad con-
junctionem cum Deo habendam aptior eſt.
Item ſine mente nulla datur libera electio,
quomodo ergo ſine ulla coactione caro Deo
aptatur, & aptata ad bonum libere move-
tur? & cum juxta eum in mente puritatis
virtus ſit, quomodo mentem ab illa carne
excludit, in qua puritatem agnoſcit?

7. „Ulte-

Nec plures filii Dei.

7. „Ulterius inquit Apollinaris: Si h
„mini copulatus eſt Deus perfectus perfec
„utique duo eſſent, alter quidem natura
„lius Dei, alter vero adoptione. Verum
„mente præditum perfectumque hominem
„lium adoptivum vocat, quomodo homin
„mente deſtitutum appellabit? Unigenit
„enim Deus per ſe perfectus veri filii ap
„lationem obtinet. Sed nec ſequitur mu
„eſſe deos: quia profitemur Deum ſibi in C
„ſto mundum reconciliare, quaſi multis c
„hominibus ſe Deus conjungeret. Nam
„unus eſt Dominus Jeſus, & ex ipſo &
„ipſum, & in ipſo ſunt omnia, & cui
„indicia divinitatis competunt, ecquid p
„culi eſt, ne plures Deos comminiſcam
„cum dicimus, Deum humana præditum a
„ma per carnem manifeſtatum fuiſſe?

Caro Chriſti quomodo adoranda.

8. „Pergit Apollinaris, & cum ſtatuiſ
„nullam aliam rem, quæ de Deo affirmant
„æque Domino conjunctam eſſe, quam c
„nem aſſumptam, ita concludit: Nihil
„adorandum eſt, quemadmodum caro Ch
„ſti. Verum hoc modo magis veneranda
„Chriſti caro, quam ipſa Patris majeſtas, i
„etiam ſanctiſſima Trinitas. Nec juvat di
„re: caro Domini adoratur, quatenus e
„una perſona & unum animal cum ipſo.
„ſic ex Domino & carne ejus unum ani
„efficit, quaſi diceret, divinitatis conj
„ctionem cum carne ad ſimilitudinem ho
„nis ſpectandam eſſe.

9. „Ul

„Ulterius ex tribus rebus conſtare homi- *Tres partes hominis refutantur.*
„nem ſpiritu, anima, & corpore probare vult
„ex epiſtola prima ad *Theſſ. c.* 5. *v.* 23. ſubdi-
„tque hanc trium puerorum Cantici partem:
„*Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum. Dan.* 3.
„*v.* 86. Deinde & illud: *in ſpiritu ſervire Do-
„mino. Rom.* 1. *v.* 9. Et illa Evangelii ver-
„ba, quibus docemur, in ſpiritu nos Deum
„adorare debere. Si ergò ex tribus conſtat
„homo, Dominus autem homo eſt, ergo ex
„tribus conſtat, ſcilicet ſpiritu, anima, &
„corpore. Verum Apoſtolus. 1. *Theſſ.* in
„tres partes hominem non dividit, dum orat,
„ut Theſſalonicenſes in corpore & anima &
„Spiritu ſanctificentur, ſed carnalem, ſpi-
„ritualem, & medium animalem aſſignat:
„carnalem qui terrenis, ſpiritualem, qui
„cœleſtibus, & animalem, qui neutris eorum
„inhæret, cum iis tamen communionem ha-
„bet. Verum nullum horum mente deſtitu-
„tum eſſe dicit, ſed ſingulis vitæ inſtitutis,
„quod in unoquoque eorum magis eminet,
„nomen imponit. Canticum quoque trium pue-
„rorum, in quo Spiritus & animæ juſtorum
„ad laudes Dei canendas advocantur, animas
„privatim & Spiritus ſeorſim ab animis Deum
„laudare non jubet; ecqua enim laude anima
„ſola ſine ulla mentis actione Deum proſe-
„qui poterit? nam anima mente carens ju-
„mentum eſt. Sed quia animæ corporeis
„ſolutæ vinculis æquales ſunt Angelis, ideo
„in illo trium puerorum cantico ſpiritibus ani-
„mæ junguntur, quibuscum tres pueri ju-
„ſto-

„ſtorum quoque animas hymnum Deo cane
„poſtulant. Denique Salvator, dum ait, Deu
„adorari oportere in ſpiritu, mentem Sp
„ritus appellatione non denotat, ſed nil co
„poreis rebus conveniens de divinitate op
„nari oportere ſignificat.

Divinitatem mens humana non capit. 10. Cæterum in ſequentibus ipſam Un
„geniti divinitatem mortem obiiſſe conte
„dit, quod utpote maxime abſonum refu
„tatione non indiget. Quod autem dicit
„Quomodo Deus ſit homo, Deus eſſe no
„deſinens, ſi mentis loco non ſtatuatur in ho
„mine? Verum ſi mentis locum divinita
„occupat, nemo dixerit divinitatem ment
„excellentiorem eſſe, cum iſtam perind
„ac illam humana natura capiat. Vel igitur
„æqualis eſt mens divinitati, ut Apollinaris
„cenſet, & a ſuo ſtatu in illam converſa,
„non immutata fuit, vel divinitate mens eſt
„inferior, &, quod in eam converſum eſt, in de-
„terius eſt commutatum. Atqui cunctis no-
„tum eſt, natura illa, quam nemo æquare
„poteſt, inferioris conditionis eſſe, quidquid
„in creatarum rerum numero habetur, ita
„ut par ſit mutatio, ſiquis Deum vel in ho-
„minis mentem, vel in aliam quamcunque
„rem creatam mutatum fuiſſe affirmaverit.
„Quamobrem ſi ex Apollinaris Sententia non
„mutatur divinitas, dum humanæ mentis lo-
„cum ſubit, profecto nec mutabitur, ſi cum
„homine mente deſtituto conjungatur. Sed
„ſi Verbum caro factum non mutatum fuit,
„multo magis immutatum permanſit, dum
„menti

nti commixtum fuit. Si enim mutatio-
n fieri ex eo arguitur, quod in mentis
um ſubſtituatur, eamdem prorſus muta-
nem fieri ex eo, quod carnem ſibi co-
averit, conſtat. Sed quicunque hære-
Apollinaris futilitatem penitus conſpe-
m habere cupit, is ejus ſcripta percur-
: nobis enim tantum otii non ſuppetit,
multum immoremur in hujusmodi ſer-
nibus diſcutiendis, qui in ſe clare præfe-
it, unde eorum ineptias & errores citra
imen ullum redarguas.

S. GREGORII NYSSENI
PAUPERIBUS AMANDIS
ET BENIGNITATE COMPLE-
CTENDIS.

Petro Franciſo Zino Interprete.

ORATIO I.

Qui huic Eccleſiæ præſidet, & om-
„nes, qui ſe veræ pietatis magi-
s profitentur, hominibus illis ſunt ſi-
es, qui Grammaticam docent; & pri-
litterarum elementa tradunt. Etenim
emadmodum hi pueros e parentum ma-
us ſuſceptos adhuc infantes non proti-
abditis diſciplinarum præceptionibus
ant, ſed primo litterarum formas in-

 „ſcul-

„ſculpunt in ceris, earumque nomina decla„rant, mox eos ad Syllabarum cognitionem „provehunt, atque inde ad verborum ex„preſſionem perducunt: ſic Eccleſiæ duce „initio documenta inſtar elementorum audi„toribus proponunt, deinde gradatim ea „quæ perfectiora ſunt, patefaciunt.

Jejunium a malo.

2. „Quoniam igitur duobus ſuperioribu „diebus cupiditatem illam, quæ gulæ volup„tatem ſectatur, caſtigavimus, & vos Con„ſilium & admonitionem noſtram reipſa & „factis comprobaviſtis, operæ pretium eſt „ut ad ea vobis tradenda, quæ majora gra„vioraque ſunt, progrediamur. Eſt igitu „etiam jejunii genus, quod a corpore ſejun„ctum animam duntaxat reſpicit, & ea i „perficitur, ut a vitiis temperemus. Quo „cum ita ſit, a malitia jejunate, cohibet „alienarum rerum cupiditatem, ab injuſt „queſtu vobis temperate, avaritiam mam„monæ fame interficite; Quid enim proderi „ore carnem non attingere, ſi maledicenti „fratrem laceras? Quæ utilitas, ſi dum tu „non comedis, quæ pauperis ſunt, per frau„dem ſurripueris? Nonne Judas cum unde„cim jejunabat? quia tamen avaritiam non „refrænavit, nihil ad ſalutem illi jejunium „profuit.

Temperi-ius ſubve-iendum.

3. „Honeſtis igitur ac bonis moribus in„ſtruatur Chriſtianorum vita: nam ſi vino & „carne temperantes obſtrictos vitiis animos „habuerimus, nihil nobis menſas ſine ſan„guin

ſtructas profuturas prædico. Propter
litiam animæ ſunt indicta jejunia, quæ
a voluntate tum factis coinquinantur,
fructra aquam bibimus ? Cur ingens
enum, quod expurgari non poteſt, ex-
r ? Quid confert jejunium corporis,
nens pura ſit ? Mores judaicos non
mur nos Chriſti diſcipuli, alioqui ver-
lis nos Eſaias increpabit : *Cur ad li-
ſ contentiones jejunatis*, & pugnis pau-
a percutitis ? Diſce ab eodem Prophe-
iceri jejunii opera : Solve omnem ne-
iniquitatis : diſſolve obligationes vio-
rum contractuum. *Frange eſurienti pa-
uum, & egenos ſine tecto induc in do-
tuam : cum videris nudum operi eum,
rnem tuam ne deſpexeris.*

„Multam nobis hoc tempus affert nu- *Maxime*
n vagorumque copiam ; magna enim *ægrotis.*
que fores frequentat captivorum mul-
). His neceſſaria victui ſuppedita tu,
ejunas, erga fratres calamitoſos be-
s eſto, quod ventri ſubtrahis, tribue
nti : exæquet omnia juſtus Dei timor.
iat ratio pauperibus divitum foras,
lium inopi ad locupletem adytum fa-
egentes ne locupletet humana ratio-
io, ſed illis, & domum, & lectum, &
am tribuat Verbum Dei ſempiternum.
ium promerendi de propinquis tibi ab
præripi ne permittas ; cave ne rapiat
theſaurum tibi repoſitum. Calamitate
um ut aurum complectere ; infirmam

„pauperis valetudinem ita fove, ut in ea ſa-
„nitatem tuam & ſalutem totius familiæ tu-
„poſitam putes. Nam illi, qui ægrotant, præ-
„cipue ſunt complectendi: qui enim egens
„& æger eſt, duplici laborat paupertate. In-
„opes enim, qui valenti ſunt corpore, ex ho-
„ad illud oſtium accedentes, qui aliquid
„dent, tandem inveniunt: præterea ſed-
„in triviis, & prætereuntes interpellant,
„opem implorantes; at illi pauperes, qui ad-
„verſa præditi valetudine, anguſtoque ho-
„ſpitiolo concluſi ſunt, uti Daniel in lacu, t-
„pauperum amantem tamquam Habacuc ex-
„pectant. Quamobrem per eleemoſynam Pro-
„phetæ ſocius efficere, & impigre ad ale-
„dum egenum accede, nullam facies in pro-
„merendo jacturam; copioſus enim gignitur
„fructus ex eleemoſyna: ſere beneficium, ut
„metere poſſis fructum, & bonis manipulis
„domum replere.

Pro facultate danda Eleemoſyna.

5. „At enim te quoque pauperem dicis.
„Fac ſis, attamen dato: da quod habes,
„neque enim ſupra vires tuas quidquam a
„te requirit Deus. Da tu panem, ille pocu-
„lum vini, alius veſtimentum dabit, atque
„ita ex multorum benignitate unius calami-
„tas ſublevabitur. Nonne vides pauperis
„etiam illius viduæ quadrantem divitum mu-
„nera ſuperaſſe? Illa enim, quidquid habe-
„bat, exhauſit, cum ex horum copiis vix
„puſillum quidquam exciderit.

6. „Ja-

„Jacentes pauperes, tamquam nullius
i ſint, ne deſpexeris: conſidera, qui-
ſint, & eorum cognoſces dignitatem.
atoris noſtri perſonam induerunt: pro-
n enim benignus ille perſonam eis lar-
: eſt., ut quemadmodum illi, qui. ad-
s vim inferentes, regias prætendunt
ines, ut irruentium impetus frangatur,
ſi eos, qui nulla moventur commiſe-
ne, & pauperes odio proſequuntur, per
flectant, & exorent. Hi bonorum, quæ
tamus, ſunt promicondi; hi janitores
cœlorum, qui fores aperiant benignis,
cludant inhumanis. Hi & vehemen-
unt accuſatores, & optimi patroni:
ant autem & defendunt non oratione,
ſpectu ipſo, dum conſpiciuntur a ju-
quæ enim in eos fiunt, apud eum
orda ſcrutatur, quovis præcone cla-
clamant. Propter hos nobis & formi-
m illud judicium, quod ſæpe audi-
, perſcriptum eſt; illic enim video Fi-
hominis venientem a cœlis ſtipatum
us angelorum: deinde gloriæ thro-
erectum in ſublime, & in eo conſi-
m Regem, & omnes homines in vi-
ngreſſos duas in partes ſegregatos ad
al Judicis aſſiſtere; & audio eos, qui
tris ſunt, agnos vocari, hœdos, qui
ſtra. Audio illic eos interrogantem
m, & rationem conficientem, & quid
eſpondeant Regi. Denique pro ſuis
que meritis cerno; bonis & benignis
tuo quies tribuitur in regno cœleſti,

Chriſtus judex in pauperibus.

 „in-

„inhumanis vero & improbis ignis ſuppli„cium ſempiternum. Quæ ideo deſcripſi, ut „perdiſcamus beneficentiam, & benignitatem „complectamur.

Beneficentia Dei erga nos.

7. „Hæc enim eſt, quæ continet vitam „pauperum mater, magiſtra divitum, bene „pupillorum nutrix, conſervatrix ſenum, „egentium penus, communis miſerorum por„tus. Hæc affidet Deo, & magna eſt cum „ipſo neceſſitudine conjuncta; nam Deum „omnium, quæ benigne facimus, auctorem „eſſe conſtat, ſiquidem & terram procrea„vit, & ornatum cœli fabricatus eſt, & vi„ciſſitudines temporum ſtatuit, alimenta ho„minibus præbuit, & veſtimenta in lanis „pellibus animalium ſuppeditavit, morbo la„borantibus herbas ſalutares, olia, radices „& alia medicamenta providit. Per hunc ar„tes omnes, quæ vel in igne vel in aquis ex„ercentur, inventæ, per hunc ſcientiæ i„numerabiles excogitatæ, ut nihil omnin„deſit hominibus, quod ad tranſigendæ vit„neceſſitatem & commoditatem pertineat.

Noſtra ingratitudo.

8. Et Deus quidem hoc modo Bene„centiæ & liberalitatis fons omnia nobis n„ceſſaria benigne ſubminiſtrat, nos auten „qui ſingulis Divinæ Scripturæ verbis ad D„minum Procreatorem noſtrum imitandu „inſtituimur, ad utilitatem noſtram omn „rapimus, omnia voluptatibus noſtris me„mur, & alia quidem vitæ noſtræ delit„elargimur, alia recondimus hæredum a

„dit

„ditati, miſerorum vero nulla habetur ratio, nulla pauperum idonea cura, nulla ſollicitudo. O crudeles animos! Homo hominem videt egentem pane, non habentem alimenta vitæ neceſſaria, nec tamen illi prompto animo ſubvenit, ſed illum deſpicit, & tamquam virentem plantam aquarum penuria ſinit areſcere, cum tamen ipſe maximis circumfluat copiis, quibus multorum inopiam recreare poſſit. Ne vivamus carni in rebus omnibus, ſed in aliqua vivamus & Deo; delitiæ enim epularum, quæ in ventrem ingrediuntur, tantulum voluptatis carni duntaxat afferre poſſunt, quantulum eſt illud ſpatium, quo fauces continentur: nam ſimul atque in ventrem delapſæ ſunt, putreſcunt, & per inferiores partes ſecedunt. Miſericordia vero & Beneficentia animam eas poſſidentis Summo bono ſimillimam reddunt, adeo ut primæ illius & immortalis naturæ decoretur imagine.

Adhortatio ad beneficentiam.

9. „At qualem ſtudii laboriſque finem pollicentur? Nunc quidem præclaram ſpem, poſt autem vitam beatam nullum finem habituram, nullis malis obnoxiam, & in ſummis verſantem gaudiis & voluptatibus. Vos igitur, qui ratione præditi eſtis, ne vos rerum caducarum blanditiis deliniri patiamini; complectimini eum, qui poſſidentem ſe numquam eſt derelicturus. Uſui vitæ modum imponite, nec omnia veſtra exiſtimate, ſit pars etiam pauperum, & amicorum Dei; illius enim vere ſunt omnia; quem habe-

„mus Patrem, nos autem fratres ſu
„Quare melius quidem ac juſtius erat, a
„partibus cernere hæreditatem; verum
„nunc unus aut alter plus intervertit„
„qui partem unam ſaltem accipiant. Q
„quis totam hæreditatem vult avertere,
„frater, ſed vera etiam ſævior eſt, ſi
„dem & lupus ad devorandam prædam
„pum ſibi ſocium adjungit, at ille div
„rum ſuarum nullum ejusdem generis
„minem participem facit. Moderata m
„ſufficit tibi, ne te in illud luxuriæ pel
„demittas, ut convivia omni genere cibo
„inſtructa velis: illic enim grave naufrag
„fit, quo in obſcuriſſimam voraginem de
„deris.

vus di- um. 10. „Utere igitur, utere, ſed ne abut
„modeſta oblectatione te recrea, tempe
„ter animum relaxa: ne te delitiæ ſic
„ruant, ut inſanis voluptatibus debacch
„Ne ſis animalium omnium pernities gr
„entium, volatilium, natantium, ſive
„ventu facilia ſive difficilia ſint, ſeu ma
„ſeu vili pretio veneant. Multorum ve
„tium ſudore ventrem tuum ne repleas;
„ceſſe enim eſt, ut luxuria, ubi ſemel
„dicet egerit, reliquam ſecum malitiæ
„teriam trahat. Hinc qui molliter vivu
„ad magnificos ædificiorum apparatus
„ciuntur; cœtus hominum libenter invit
„variam ſupellectilem ſtudioſe compara
„menſas pretioſiſſimas ex argento conf
„das curant, ut liceat convivis ſimul &
„]

n epulis delinire & oculos oblectare. Hic
ibi deinceps tute reliqua conſidera, ſcur-
s, mimos, citharistas, cantatrices, ſal-
trices, totum denique petulantiæ ludum,
ueros comis effœminatos, puellas inve-
cundas, quas propter immodeſtiam me-
to ſorores Herodiadis appelles, Joannem,
est, divinum in unoquoque ſapientiæque
udioſum animum e medio tollentes.

11. „Atque dum hæc intus geruntur, ſident ad veſtibuli fores innumerabiles La-
ri, partim ulceribus pleni, partim oculis
bati, partim pedibus mutili. Quidam ip-
rum quamvis ſint omnibus fere membris
oliati, ſerpere tamen audent, conclamant,
d non exaudiuntur; impedit enim tibia-
m ſtrepitus, & ſolute ridentium cachin-
tio: quodſi pauperes paulo vehementius
res pulſaverint, immitis Domini janitor
oſiliens eos baculo propellit, & canes ap-
llans verberibus plagas infligit. Abeunt
go Christi amici, cum nec panis fruſtum
ceperint, & duplex in turpi domo exer-
tur peccatum, unum propter ebriorum
tietatem, alterum propter pauperum ex-
lſorum famem.

Immiſericordia in pauperes.

12. „Si Deus hæc aſpicit, quem exitum
re cogitatis vos pauperum inimici? An
ſcitis horum cauſa in Sacro Evangelio
ni exempla terribilia? Nonne graves cru-
itus recenſentur ejus, qui byſſo erat enu-
tus? Cui alter ſimilis repentina damna-
„tus

Pœna immiſericordium.

„tus eſt, morte. *Luc.* 12. Proinde cu
„mortales ſimus, ne fruamur voluptati
„ut immortales: cogitemus, quam fugi
„& fluxa ſit vita noſtra; atque utinam ta
„tum breve eſſet ſpatium vitæ, ac modo re
„dendæ rationi non eſſemus obnoxii. Nu
„autem illud merito torquere nos debe
„quod & ſingulis horis inſtet periculum,
„incorruptus adeundus eſt Judex, apud qu
„non ſolum eorum, quæ fecimus, ſed o
„nium, quæ diximus, reddenda nobis ra
„Quamobrem David Deum precatur: N
„*tum fac mihi Domine finem meum, & n*
„*merum dierum meorum, quis eſt, ut ſci*
„*quid deſit mihi: ecce menſurabiles poſ*
„*dies meos, & ſubſtantia mea tamquam n*
„*lum ante te. Pſalm.* 38. Cernis animæ p
„dentem ſollicitudinem in Rege: intue
„enim regum Regem, & judicum judic
„Illud autem obſecrat, ut abſoluta man
„torum obſervantia decoratus diſcedat p
„fectus illius patriæ civis, quam nos it
„ut aſſequamur omnes, & opto & ſpero
„gratiam, & benignitatem Domini no
„Jeſu Chriſti, cui gloria in æternum. Am

ORATIO II.

In dictum Evangelii: Quatenus feci uni ex his minimis, mihi feciſtis. *Matth.* 25.

Præmium beneficentiæ. 1. „Adhuc verſor circa ſpectaculum terri
„lis adventus Regis, quem deſ
„bit nobis Evangelium *Matth.* 25. Ve
„m

ꝛenter enim ad minas animo perculſus
m, ac non diſſimulo animi mei pertur-
ationem. Vellem autem etiam vos non
ntemnere terrores; beatus enim qui om-
ia pie formidat *Sap.* 2. Igitur ante tem-
us malorum, ne periculum rerum triſtium
icere cogamur, operam demus. Sed quo
acto a terroribus illis liberari poſſumus?
i eam vitæ viam elegerimus, quam nunc
ratio nobis demonſtravit, ſcilicet eſurie-
am, ſitiebam, hoſpes eram, nudus & in-
mus, & in carcere; quatenus feciſtis uni
x his minimis, mihi feciſtis. *Matth.* 25.
t iccirco venite, inquit, benedicti Patris
ei; ex quo diſcimus, quod benedictio man-
torum cura ſit, maledictio vero præcep-
rum neglectio. Amplectamur benedictio-
em, & fugiamus maledictionem.

2. „Quocirca conciliemus nobis Domi- *Motiva*
um benedictionis, qui in ſe collatum pu- *miſeris*
t ſtudium, quo egenos proſecuti fueri- *ſubveni-*
us; unde eo, quo eos proſequimur ſtudio, *endi.*
onam illam nobis promiſſionem procure-
us. Et quidem dico maxime de iis, qui
evo morbo læſi vel mutilati ſunt; quanto
nim major in his eſt, infirmitas, tanto
ajorem benedictionem adipiſcuntur, qui
oleſtam hanc præcepti partem executi fue-
nt. Ne ergo alienemur ab illis, qui com-
unem nobiſcum ſortiti ſunt naturam,
c imitemur eos, qui in Evangelio accu-
ntur, Sacerdotem & Levitam, qui præte-
iunt a latronibus vulneratum. Tu vides
„ho-

„hominem per gravem infirmitatem in q
„drupedis figuram transformari; & non
„vereris cognationem, non miſericordia p
„ſequeris ejusdem tecum gentis homine
„ſed averſaris calamitatem, & odio ſupp
„cem proſequeris, ejus congreſſum devita
„Ne frater complaceat tibi conſilium malu
„cognoſce, quis ſis, nempe homo de ho
„nibus, qui nihil proprium in te ipſo p
„ter naturam communem poſſides.

Miſeri fovendi.

3. „Vides homines agreſtes veluti pe
„ra ad neceſſarium vitæ cibum quærend
„diſperſos, quibus pro omni ſupellectili p
„eſt; & non cogitas, quod homo ſit,
„imaginem Dei factus: neque nos vitæ
„ſtræ pudet, qui porcos & canes ſub id
„tectum recipimus. Quin etiam venator
„lecto quidem ſuo catulum arcet: ſolet
„agricola vitulum oſculo excipere, aſini p
„des manibus ſuis lavare viator, & eu
„qui ejusdem nobiscum generis eſt, deteri
„loco quam bruta habebimus? Minime fr
„tres hæc fiant, unus omnibus ad vit
„introitus, una vitæ ratio, unus vitæ exit

Ægri non averſandi.

4. Hæc igitur tecum reputans noli an
„mo efferri, ſed time, cum incertum ſi
„ne tibi ſancias iſtam inhumanitatem. Fu
„gis eum, qui ægrotavit? Quid habe
„quod crimini des? Quod humor in illo co
„ruptus ſit: verum, quam homo facit inj
„riam, ſi cum natura fluxa res ſit, in ha
„morbi ſpeciem delapſa eſt? At tu non v
„de

s etiam in ſanis corporibus, quod cæte-n quis bene valens puſtula ſæpe car-aculove laborat, aut in hujuscemodi ali-od incommodum incidit parte illa aliqua ulenta corruptione laborante? Quid er-? Numquid inimico animo ſumus erga tem carnis, quæ laboravit? Imo quid-d in corpore ſanum eſt convertimus ad ationem partis morbo correptæ. Ergo rbus non eſt abominabilis, profecto enim im in nobis aliqua parte dolente pars ens a curatione laborantis averteretur, cauſa eſt, quod non reformidamus mi-ejus, qui dixit: *Diſcedite a me in ig-æternum, quatenus enim non feciſtis uni iis, neque mihi feciſtis.* Nam ſi hæc ita abere putarent, ægrotos a ſe non re-erent, & præcepta ejus obſervarent.

. „Quippe totum corpus præceptorum *Miſeri non contemnendi.* hæc implere ipſumque rerum univer-im Dominum per eam, quam erga il-præſtiteris, humanitatem obligatum ha-potes. Quid ergo contendis erga pro-m vitam? nam nolle ſibi contuberna-eſſe Deum, nihil aliud eſt, quam ad-us ſeipſum robuſtum fieri, ut enim per ceptum in domum recipitur, ita per manitatem repellitur: *Tollite jugum* , inquit, *ſuper vos. Matth.* 11. Ju-autem dicit obſervationem præcepto-. Dicto audientes ſimus jubenti, ju-tum Chriſti efficiamur, dilectionis lo-ios illigantes. Ne excutiamus hoc ju-„gum,

„gum, leve eſt, non atterit collum,
„leve reddit. Seminemus in benedict
„bus, ut in benedictionibus quoque
„mus. 2. Cor. 9. Fœcunda ſpica mul
„grana fundens ex hoc ſemente germi
„quæcunque enim his feceris earum r
„in cœleſtes theſauros fructus inferes;
„go miſerorum amicitiam contemnendam
„ſtimes. Manus truncata eſt, ſed vir
„non deſunt ad adjuvandum: pes in
„effectus eſt, ſed ad Deum currere no
„peditur; oculus deperiit, ſed per an
„bona cernit inviſibilia. Ne igitur co
„deformitatem ſpectes: non enim ea,
„circa fluxam naturam acciderunt,
„perpetuo permanent, ſed ubi anima
„rata fuerit a connexione cum terren
„pore, tunc in ſua pulchritudine ſeſe
„tat. Hujus rei certum argumentum
„quod dives ille luxurioſus in multis
„tiis vivere ſolitus non aſpernatus eſt
„dici illius manum poſt hanc vitam
„per ejus digitum, qui olim corruptu
„rat, ſibi guttam aquæ ſubminiſtrari
„bat, cum ipſa lingua humorem, qui
„dici digito adhæreret, circumlamber
„peret. Luc. 16. Quod non cupiviſſet,
„anima ex corpore contractam inam
„tem vidiſſet. Quodſi huic diviti dem
„viviſcere licuiſſet, in quorum numer
„maluiſſet? Eorumne, qui in hac vita
„an qui infelices ſunt? Sane non obſ
„eſt, quod prælaturus eſſet ſortem m
„rum; cupit enim ex mortuis aliquem

tribus judicem fieri, ne illi quoque per
:um, & delitias carnis ad eumdem hia-
n inferni per lubricum voluptatis lapſi
erantur.

). „Cur igitur non corrigimur, & ad ſa- *Ægrorum cura.*
atem talibus narrationibus admoniti re-
nus? Cur non exercemus pulchram il-
a negotiationem, quam ſuadet divinus
oſtolus. 2. *Cor.* 14. Id quod nobis re-
ndat, ad id conferre, quod aliis deeſt,
nobis in futura vita ad ſalutem confe-
, & conducat. Si igitur aliquid boni
mus accipere, priores præbeamus, ſi
lhac requieſcere, nunc reficiamus, ſi
ipi ab illis in æterna tabernacula, nunc
in noſtra recipiamus, ſi peccatorum
nera curari, hoc etiam corporibus affli-
um præſtemus: *Beati* enim *miſericor-
quoniam ipſi miſericordiam adipiſcentur.
tth.* 5.

. „Sed forſitan aliquis dicet, qui con- *Non eſt periculoſa.*
ionem aliquam, & communicationem
rbi vitat, nequid ſibi, quod nolit, accidat,
greſſum ejusmodi hominum declinare
rtere. Verba, fabulæ ſunt hæc, præ-
tus, & figmenta, ac negligendorum di-
orum præceptorum velamina; quam mul-
enim videre licet a juventute ad ſene-
em usque talium curationibus operam
e, nihil tamen quidquam de naturali
poris bona valetudine tali ſtudio deterius
„feciſſe?

„feciſſe? Neque enim veroſimile eſt, h
„fieri: ſed quoniam morbi quidam, qu
„ſunt peſtilentes impreſſiones, quæ a ca
„pendeant externa, cum vel ex aeris vel aq
„corruptione exiſtunt, vulgo hominibus p
„tim ſuſpecti ſunt, quaſi ab iis, qui prio
„correpti fuerint, ad proximos tranſeu
„cenſentur; cum tamen nec ille morbus
„qui ſanus eſt, per contagionem infirmi
„tem ingeneret, ſed communis peſtilens i
„preſſio ſimilitudinem morbi inducat.
„quod hæc ita ſint, vel hinc ſciri poteſt; q
„nulla a bene valentibus communio me
„ris valetudinis ægrotantibus accidit, etia
„admodum ſeduli, diligentes, & aſſidui
„in officio atque curatione permaneant. S
„ergo vice quoque verſa ne ab infirmis qu
„dem ac languentibus ad bene valentes mo
„bum tranſire veroſimile eſt. Si igitur l
„crum ac præmium præcepti tantum eſt,
„regnum cœlorum per id paretur, & exp
„diatur; nullum autem corpori curantis d
„trimentum ex eo accedit, quid vetat, qu
„minus in poſterum præceptum dilectio
„exerceatur, & ad opus atque effectum p
„ducatur.

Licet moleſta. 8. „At laborioſum, & grave eſſe dici
„cogi conſuetudinem, & habitum, valetud
„nemque hominum, qui vulgo naturalit
„a talibus abhorrere, easque res reſpue
„aſpernari, & averſari ſolent. Recte: aſſe
„tior orationi, quod ſit grave, & moleſtum
„ſed quid aliud ex iis, quæ cum virtu
„fiunt,

laboris expers, & vacuum eſſe oſten-
Multos labores ac ſudores lex divina
ante ſpem cœleſtium rerum, ac diffi-
hominibus, & impeditam eam, quæ
am pertinet, viam eſſe demonſtravit,
ɔſis & aſperis ſtudiis, exercitationibus,
ciis ex omnibus partibus coarctatam:
um enim & arctum, inquit, eſt iter,
ducit ad vitam. 2. *Matth.* 7. Quid
An icciro ſpem illam bonorum ne-
ius, quia non cum commoditate, ac
tranquillitate ea bona licet adipiſci?
ɔgemus juventutem, an non laborio-
ıperantia videatur? aut effuſe remoto
: cupiditatibus indulgere, non multo
ſit expetendum, quam continentem
: vitam? Num ergo propterea id qui-
quod facile ac ſuave eſt, ample-
r, aſperitatem autem virtutis aver-
ır, & refugiemus? Non hæc pla-
ternæ vitæ legislatori, qui itinere lato,
tioſo atque declivi per vitam ingredi
: ingredimini enim, inquit, per an-
n & ſtrictum. Quamobrem hic etiam
ex iis, qui labore conficiuntur, hoc
e eſſe exiſtimemus. ut in conſuetu-
adducamus novum, & inſolitum
præceptum, naturalemque bene va-
m, & ſanorum hominum averſatio-
& faſtidium aſſiduo rei uſu curemus;
im conſuetudinis vis eſt, ut etiam in
uæ difficiliora videntur, voluptatem
lam aſſiduo uſu ingeneret. Nequis
dicat, quod grave, ſed quod exer-
X 2 centi-

„centibus utile ſit id, quod conficitur, & ob-
„tinetur, & quia magnum eſt lucrum, lab-
„propter lucrum contemnendus eſt: ſua-
„autem per conſuetudinem temporis tra-
„fiet, quod ab initio laborioſum eſt. Quo-
„etiam hoc dictis adjicere oportet, per h-
„quoque vitam valentibus utilis eſt ad-
„ſus infortunatos condolentia: præclara e-
„cordatis hominibus collecta miſericordiæ
„quam olim depoſuerunt in aliorum re-
„adverſis collatam. Quoniam enim ab
„natura adminiſtratur omne genus ho-
„num, ac nemo eſt, qui ſtabile ac firm-
„apud ſe perpetuæ felicitatis aliquod pig-
„habeat; ſemper meminiſſe convenit E-
„gelici præcepti monentis, ut ea faciam-
„quæ velimus nobis ab hominibus fieri,
„præſtari. Donec igitur proſpera naviga-
„ne uteris, porrige manum naufragium pa-
„Commune mare, communis tempeſtas, co-
„munis fluctuum turbatio, aſpera & lat-
„tia ſaxa, ſalebræ, ſcopuli, & reliqua v-
„naufragii mala parem navigantibus in-
„tiunt terrorem. Dum expers mali es, d-
„absque periculo vitæ pelagus transmitt-
„ne ſine miſericordia prætereas eum,
„impegerit, & offenderit.

Utilis beneficentia. 9. „Quis tibi perpetui proſperi curſus
„dejuſſor eſt? Nondum in portum app-
„ſti requietis, nondum extra fluctus co-
„ſtis, nondum in firmo gradu veſtigio
„tibi vita conſtituta eſt, adhuc jactaris
„vitæ pelagus: qualem te exhibueris

„qui in fortunam adverſam incidit , tales „tibi parabis comites , & ſocios navigatio„nis. Verum omnes perveniamus in por„tum requietis per Spiritum Sanctum perpe„tua ſerenitate, atque tranquillitate ad pro„poſitam vitæ navigationem utentes : adſit „item nobis lucrum ex præceptis quæſitum, „& gubernaculum dilectionis, quibus rebus „rectum curſum tenentes capiamus terram „promiſſionis, in qua eſt civitas illa magna, „cujus architectus, & fabricator eſt Deus „noſter, cui gloria, & imperium in ſæcula „ſæculorum. Amen.

S. GREGORII NYSSENI EPISTOLA, SEU LIBER CONTRA FATUM.

Petro Franciſco Zino Interprete.

1. „Meminiſti haud dubie accidiſſe mihi „quidquam, quando nuper apud vos „ſapientiſſimus Euſebius ad fidem ampleƈten„dam traductus eſt : cumque in progreſſu „colloquii noſtri Sermo de fato incidiſſet, „præcepiſti mihi , ut diſputationem de hoc „argumento in magna Conſtantini urbe cum „quodam philoſopho habitam tibi per litte„ras explicarem. Id quod ſimplici narratio„ne faciam. Verba feci nonnulla de noſtra „religione viro cuidam externæ Philoſophiæ „haud indocto, eique perſuadere conabar, ut *Fatum quid.*

 a Græ-

„a Græca ſuperſtitione in noſtram concede-
„ret ſententiam; multis enim confirmabat,
„non in noſtra poteſtate eſſe ſententiarum
„animi delectum, ſed pendere hominum vi-
„tam ex neceſſitate quadam, ſine qua nihil
„fieri poſſit eorum, quæ fierent in nobis.
„Ita orationem meam eludebat; ſi enim ipſi
„fatale eſſet, fieri Chriſtianum, futurum, ſi
„omnino vel nolentibus nobis, ſin fati ne-
„ceſſitate prohiberetur, fato ſe vim adhiberi
„nulla ratione poſſe: omnia nempe fatali
„ſubjecta eſſe neceſſitati, dominæ rerum,
„cujus nutui obedirent univerſa, vitæ mo-
„dus ac finis, corporum conſtitutio, inæqua-
„litas honorum, vitæ brevitas vel longitu-
„do, tam voluntaria, quam coacta mors,
„terræ motus, naufragia, incendia, inun-
„dationes, vitia, & virtutes, & reliqua.

2. „Poſtquam hæc ille differuiſſet, ſciſci-
„tatus ex eo ſum, Deumne quempiam pu-
„taret fati nomine appellatum, qui omnium
„rerum potiretur, & cujus voluntate omnia
„crederet adminiſtrari. At ille me ob hanc
„interrogationem ignorantiæ nomine non le-
In fatum „viter accuſabat: non videris, inquit, mihi
Deus. „quidquam cœleſtium rerum percepiſſe; alio-
„quin enim cognoviſſes vim fati, unde ſci-
„licet & quomodo deprehenſa ſit vis rerum
„immutabili ſerie evenientium. Ego ſermo-
„nis novitate obſtupefactus, cum rogaſſem,
„ut me clarius doceret, utrum fatum, quod
„animo fingeret, vim quamdam voluntariam,
„liberam, ſui juris, ſummæque potentiæ,
„an

vero aliquid aliud ab illa diverſum eſſe
neret. Qui, inquit, contemplatus eſt
eſtium corporum motus, zodiaci circu-
i, ejusque duodecim ſegmenta, nec non
;ulorum aſtrorum vires, quas in ortu ſuo
ent, quid eorum efficiat congreſſus, quid
a congredientium, & digredientium for-
, qui hæc, & hujusmodi alia perſpexit,
t fati nomine id ſignificari, quod ſerie
dam immutabili pro certa ſtellarum con-
tione neceſſario efficitur.

Cum vero id quoque mihi novum ac- *An fatum*
ſſet, rogavi, ut eo modo mihi vim ver- *ſtellarum*
leclararet, quo fati notionem aſſequi *conjunctio.*
m. Nam cœleſtes circulos alium in alio
, & motu contrario converſioni firma-
ti interius cieri, eosque omnes in zo-
o circumvolvi, etiam ab aliis audivi,
roinde luminarium ſplendorem pro con-
one cuique cælo propria tum accedere,
recedere. His omnibus prætermiſſis
am, ut tantum fati vim perſpicue mihi
icaret, Deusne aliquis fati nomine in-
geretur, hujus univerſi Imperator ſum-
poteſtate præditus, quique omnia pro
tratu gubernaret; an vero fati virtutem
ius cujusdam ſuperioris virtutis mini-
n ſtatueret, ut & ipſa quodammodo
i fato ſubjecta ſit præcellentioris cauſæ
dminiſtratione ſocia. Nam ſi eam in res
es imperium obtinere credendum eſt,
l eam ſupereminebit. Sin eam aſtrorum
um ſequi, ac violenta neceſſitate in res

 „om-

: particeps, nec qua ratione res ani-
regat id, quod neque per ſe ſubſiſtit,
anima, neque ullo naturæ inſtinctu
:um poſſis oſtendere, ſed omnibus con-
cogitationibus, prævidentiæ, inſti-
l, curæ, ſtudio virtutis, quaſi quem-
yrannum aut dominum præficias, in-
m quiddam, arbitrii expers, inſta-
ad cujus potentiam rerum conſtitu-
ı & gubernationem refers. Annon
, quam abſurdum hoc ſit? Si enim
n vim habet fortuitus ille influxus, ut
dendo non ſequendo rerum conſtitu-
n moderetur, certe præcedet naſcen-
ac non jam nati caſibus ſerviet: in-
n enim hic eſt, quid quo ſit prius,
ıd punctum temporis & æqualiter in-
ac ſimul moveantur. Nam & homo
m in lucem editus motu quodam
, decrementi ſcilicet & incrementi na-
s, & ſtella movetur, priusquam ho-
piritum ducat: & quoniam æqualiter
ıul moventur, certo judicare non poſ-
:, uter præcedat. Quodſi in una parte
ɔris conveniant ambo, quod in eis
nen eſt, ut alterum ab altero pendere
mus? Si enim aſtra hominem progig-
t, ortus rerum eſſet continuus, ne-
el ad momentum temporis hominum
ıatio intermitteretur. Jam vero cum
naſcentes acerba interſint intervalla,
cuum ſit, hominum ortum non ſequi
n ſyderum, cum nulla neceſſitas co-
ea, quæ natura disjunxit.

6. „Quodſi vero id ſibi veſtra vult
„tio, ut in illa temporis particula ſitam
„credamus cauſam omnium, quae in h
„num vita committuntur; vide quot m
„des dominorum, & tyrannorum in die
„gulos, & noctes per minutas tempori
„ctiones exiſtant die & nocte in viginti
„tuor diviſis, quavis hora in ſexaginta
„nuta, quovis minuto in ſexaginta ſec
„& his in ſexaginta tertia. Ex quibu
„unum collecti momentanei illi tyranni
„plius unam & viginti myriades confic
„Jam ſi una hora tot nobis partium m
„des ſuppetunt, viginti quatuor infinita
„torum myriades proferent.

itum n omnia uſt. 7. „At enim quodvis ex illis inevit
„potentia præditum eſſe confirmatis, ex
„efficitur, nullum eſſe, quod non agat; q
„quot ſunt fragmenta temporis, tot qu
„horis ſingulis naſcantur neceſſe eſt. P
„ſi cuivis fato æqualis potentia aſſign
„eſt, erunt omnes ex æquo reges, lo
„vi, felices, & quidquid præterea in h
„numeratur, acquirent, & nulla exiſte
„tæ diſſimilitudo, ſed ſummam ſibi feli
„tem omnes pollicebuntur; eoquod or
„fato ſint ſubjecti, ipſumque fatum ſer
„omnia poſſit. At vero multa inter h
„nes, & varia vivendi ſunt genera tum
„nitate & opibus, tum temporum co
„rumque temperatura, omnibusque alii
„bus, quibus beatus quisquam aut n
„habetur. Itaque commentitium illud
„ſt

ma fatum non omnia poſſe effectorum erſitas liquido declarat.

;. „Sed dices: hoc iſtum, alium aliud le, in utroque tamen id valere, quod it. Quæ vero hujus voluntatum divertis eſt cauſa? faciamus eſſe duos homes, qui nihil inter ſe differant, & neuſive bonum ſive malum ultro ſit amxus: ſed hic paulo ante ex materno ro prodierit, ſi caſu ſic eum natura efſerit, ille vero continuo vel paulo poſt, a eadem ambobus vita ſorte obtingit, l alter felix aut rex purpura involvitur, er pauper pannis integitur. Quid ergo iquit, quod paulo citius vel tardius alo ſit progenitus non ſuo conſilio ſed naæ motu, ut idcirco vitam ſortiretur inaoratam? Quam vos hic defenſionem vestra domina afferetis? ubi juſtitia, i pietas, ubi numen. Num dices, fan nihil horum curare, neque virtutis ionem habere, neque bono cuiquam prolere: ſed non iſtis contrariis ſtudiis vae, & cum malo eſſe conjunctum. Nee hoc, inquies, neque illud ei curæ eſt: nimum ergo, nec voluntario judicio, que boni malive cognitione præditum eſſe rmas, & adhuc tantam ei largiris potatem, ut animantes arbitrii capaces moetur. Animal non eſt; in zodiaco non nitur, Deus non habetur. Quid ergo ? Sed videtur a vobis fatum dici quod temporis momentum, quod ad omnem

„mo-

„motum ſe extendit, verum temporis pu
„ctis ex motione ſtellarum ortis Fatum ſi
„fingitur, uti jam oſtenſum eſt.

Influxus ſyderum non neceſſitat.

9. „At ea vis eſt, inquis, Arietis, Tau
„aut cujusvis planetæ, ut ſiquis ſub ali
„ex iis naſcatur, ſive aliquod erraticum ſ
„dus ſolum, ſive cum aliis in orbe circu
„feratur, vita illius, qui in eam incid
„horam, intercedente virtutum conjuncti
„cum ortu conſentiat. O vaniloquenti
„Taurum adeo ſervilem forte dicitis, q
„jugo domatur; arietem contra benefic
„quod lanam ferat, ac ſiquis ſub iſto
„altero natus aut ſublatus fuerit, comm
„proprietatibus certam ſortem naſcentibus
„tingere. Quid ergo? dic mihi, ſpontene
„taurus ſubjugis eſt, aut aries gaudet, c
„tondetur? Item vel cuivis ſtellæ vol
„ſua vis ineſt, vel invitæ? ſi volente
„malis ſunt, ac voluntaria vi nocendi præ
„tæ, infelices erunt; cum enim melior
„ſortem ſi in ſua poteſtate non teneant, d
„terior ipſis voluptati ſit. Si non ſua ſpo
„ſed neceſſario tales ſunt, quales factæ ſu
„aliquod ergo aliud ſuperius fatum his q
„que naturam, ac virtutum proprietates d
„ſtinavit: quo fit, ut alia ſydera his ſu
„riora quærenda ſint, una cum motu qu
„ſibi vendicent, quorum certa conjunctio
„tali quadam neceſſitate aut taurum ſer
„lem, aut arietem damnoſum, aut cancr
„capite mutilum effecerit. Et ſi ea, q
„nobis apparent, neceſſitate cujusdam ſ

„ſi

t ejusmodi, certe etiam ſuperioris illius
eſſitatis inſuper alia tibi cauſa neceſſa-
excogitanda erit ejusmodi conſtitutionis,
ujus alia, iterumque alia, & alia infinite,
ue ita fatum fati, & neceſſitatis neceſ-
s alia ſemper confingenda.

to. „His a me diſputatis Philoſophus in
uſtias redactus, quid inquit, pugnas
n vi? cur non ſequeris eos, qui rerum
itatem per numeros indagaverunt, ac
ıpore accurate cognito totam deinceps
centis vitam prædicunt, ætatem, inge-
m, mores, morbos, paupertatem, &
ı, quæ accurate evenerunt. Tunc ego
avi eum, num ejusmodi eventuum cau-
fortuita eſſet ſine ratione conjuncta; an
o ſimul rationem aliquam inveniſſent,
conſentaneum eſſet fieri, quæ fierent.
ɔ vero inquit, quia cum ex certo ſyde-
rum qualitatum concurſu certam conſti-
ionem naſcentis corpus ſibi vendicet, qui
uratam cœleſtium rerum cognitionem
ıet, naſcentis conſtitutionem prænoſcit,
: non quam diu vivere poſſit. His di-
; arriſi, & neſciebam, inquam, fata
i Galeni & Hippocratis ac ſimilium pa-
tum pignora videri, quoniam illi quo-
ɜ miſſa ſyderum motione, quantum fa-
ex propoſito corpore conjectura conſe-
. poterant, futura prænuntiabant, uti
n ſunt oculi cavi, tempora contracta,
rtem prædicunt. At multis tamen ægris
rtem imminentem præſtolantibus ars me-
„dica

Fato vita noſtra non ſubeſt.

„dica hujusce fati fila retractavit; quod ar„gumento eſt, non indiſſolubile eſſe fati vin„culum, ſiquidem arte quadam diſſolvitur."

Nec futurorum prædictio.

11. „At hoc argumentum, inquit ille, „prædictiones fatales non conſutat, quia fie„ri poteſt, ut id quoque prænuntient ii, qui „cœleſtem motum accurate contemplati ſunt, „atque alii certam alii dubiam mortem præ„dicant. Hic ego, non eſt, inquam, ita, „id quod ex ipſa ratione neceſſitatis conſtat; „alia quippe eſt contingentium ratio, alia „immutabilium, quæ minime convenit. „contingentia, quorum alterutrum omnino „fieri neceſſe eſt, ita tamen, ut in utram„que eventus partem opinione claudicemus, „quod a neceſſitatis ratione longiſſime ab„eſt. Verumtamen quæſivi ex illo, quo fun„damento niteretur futurorum eventuum præ„dictio? ab aſtrorum conformatione reſpon„dit ille. Quid, ego inquam, calamitates „bellicæ, terræ motus, urbium ruinæ, in„undationes, deflagrationes, hiatus terræ, „aliaque hujuscemodi exitii genera, quomo„do iſta cum prædictione conſentient? Quam „multa noſtra, quam multa Patrum memo„ria contigerunt? Quot ibi pueri, quot in„fantes, juvenes, ſenes, liberi, ſervi, vi„ctores & victi, divites, pauperes, valen„tes, ægroti, denique omnes puncto tem„poris interierunt, omnes ex æquo abſum„pſit ignis, domus loco ſepulchrorum fuit „omnibus. Ubi ſunt ſyderum conjunctiones, „quæ diverſas vitæ formas hominibus præ-

„finiunt?

iniunt? num omnes illi ſub eadem aſtrorum
onſtructione nati ſunt? num omnium nata-
itium ſydus fuit cancer, omnibusque eam-
em ſortem deſtinavit? Atqui diverſitas,
ene dicam, infinita ætatum & honorum te-
is eſt, non omnes uno tempore fuiſſe pro-
enitos: quocirca ſi diverſo quisque tempore
atus in parem nihilominus calamitatem in-
urrit, nonne vel hæc eventa prædictio-
em levitatis & inconſtantiæ convincunt?

Fata urbium, & aliarum rerum refutantur.

12. „Sed eſt, dicis, & navis & urbis,
& gentis, & cujusvis rei fatum, quod ex pri-
ſo aſtrorum ſitu totum deinde ſtatum con-
quentem conſtituit, & cauſam continen-
m ac ſuperiorem in gubernandis rebus
ntentis ac inferioribus neceſſario juvat.
uis ergo, inquam, eſt navium ortus?
ais civitatis? unde originem trahit quæ-
bet gens? Cædit materiarius materiam
ıvis, negotiator eam venalem habet, na-
um opifex pecunia redimit, partitur opi-
ium in operarios, neque omnes ſimul
um faciunt opus, ſed alius jam, alius
ſt, ille cæptum jam ad finem perduxit,
e etiamnum laborat: in quo igitur tem-
re Fatum navis ſapientes collocabunt?
am cum multa & diverſa diverſo tempore
dia adverſus naufragium adhibeantur,
odnam tempus navis interitui fatale aſ-
nabis? Quid jam dices de civitatibus?
i tunc in eas Fatum dominari putant,
m de iis condendis conſilium capitur, ma-
ria comportatur, & reliqua ordinantur?
„Quid

„Quid porro dices de gente bellicis cala-
„tatibus attrita? Unde adverſa fors alios i
„terimit, alios in ſervitutem redigit? q
„modo factum eſt, ut Annibal, aut Cæſ
„aut Alexander fata æquarent omnium, q
„buscum bellum gerebant? Sed nec ve
„mile eſt, eosdem ſtellarum ſitus effic
„ut terræ motibus quaſſatæ urbes opprim
„tur, cum hæ terræ affectiones in locis eti
„inhabitabilibus exiſtant; uti in Sangæo
„monte in Bithynia, & in aliis locis,
„infortunium loci damni nihil dat hom
„bus. Quando vero tale quidquam te
„accidit etiam incolis ruina obrutis,
„dicunt, qui Fatum adorant, & aſtrorum
„tum rebus præeſſe opinantur? quom
„fit, ut occidat infans, adoleſcens, v
„Pater, ſenex, nobilis? cur neque tem
„naſcendi, neque diſcrimen dignitatis ull
„prohibet, quominus pari calamitate in
„vantur? Ad hæc quis ignorat, extrem
„malum eſſe, corpus cum filia commi
„re? violare matrem? quod ſi quadam
„ceſſitate fortis fieret, utique apud nos eti
„fieret. Nunc autem apud ſolos Perſas,
„qui illorum edocti ſunt inſtituta, flagiti
„hoc perpetratur: ex quo planum fit,
„tum eſſe cujusque voluntatem pro arb
„quodlibet amplectentem. Præterea
„poſſunt dicere, in certis locis proprias qu
„dam aſtrorum motiones reperiri, & i
„alios matres ducere in matrimonium, al
„occidere hoſpites, & humanas vorare c
„nes. Verum omnes propemodum te

„p

„partes a gente Judæorum fuerint habitatæ, „& gentes ferme omnes promiſcue cum Judæis habitarunt; quid ergo cauſæ erat, „cur nulla ſyderum neceſſitas in ullo eorum „valuerit, ut quempiam gentilem præſtaret „Judæum, ſed qualis quisque forte fortuna natus eſt, talis ſemper eſſet, ac præfinitis diebus damnum natura ejus faceret?

13. „Hoc loco ille: nondum iſta quidem, inquit, apud nos explorata ſunt, qua ratione res apud multas gentes legibus conſtitutæ imminens ex aſtris fatum vitent, futurorum tamen prædictio magno argumento erit, fatum cujusque eſſe inevitabile; quomodo enim quispiam non falſo prævideret, quot annos hic aut ille ſit victurus, quæque ei ſint eventura, niſi aliqua neceſſitas hæc illi futura decreviſſet, & per certam numerorum obſervationem palam feciſſet? Ego vero ſatius eſſe ajebam, me rerum hujuscemodi ignarum videri, quam noſtrorum dogmatum rudioribus anſam præbere riſus; pauciſſimis ergo earum rerum cauſam complectar. Eſt inquam humano generi natura hoſtis vis quædam bonæ naturæ adverſaria: cum ergo divinæ naturæ quodvis bonum conveniat, a qua proficiſcitur, benevolus animus poteſt concipere, quod adverſaria vis loco cujuslibet boni oppoſitum malum hominibus irroget, &, quia in animo habet, hominem inducere, ut a bona natura deſciſcat, bonarum rerum „for- *Vaticiniorum fallacia.*

„formas induat, ac fraudes tegat, ut miſe
„mortales id bonum eſſe rati, illius, qu
„natura bonum eſt, deſiderio non tenea
„tur. Quomodo autem accidit, ut quis p
„fraudem aliquam futuri profiteatur præd
„ctionem; ſic & fraudulenti dæmones fi
„ciunt in jecoris contemplatione, in augurii
„in ominibus, in vaticiniis ex natalitiis p
„titis, cum quodlibet horum non eod
„ſed diverſo modo futurum præſignifica
„Itaque qui ex inſpecto jecore conjectat,
„per fati neceſſitatem ea ſe prædicere po
„cetur, & cum hujus vaticinationis ca
„fraus ſit dæmonum, non continuo fati
„demonſtratur: imo ſic unum fatum ex
„guriis, aliud ex ſomniis, vel aliis qui
„dam ſymbolis conſtaret.

14. „Quamquam neque certæ & indu
„tatæ divinationes ſunt eorum, qui eam
„tem profitentur, ſed multa ſibi effugia p
„vident, ut ſi contrarius eventus vanit
„eos coarguat, poſſint evadere: unde pr
„dictiones ambiguas, & in utramque pa
„paratas inſtituunt, ut quidquid evenerit
„id prædictum eſſe videatur, id quod res n
„ſtra memoria geſtæ teſtantur. Sub Valen
„enim Romanorum genethliacorum præd
„ctio quemdam ad Imperium affectandu
„permovit, ſed exitus conatuum ejus fuit,
„ſummis magiſtratibus geſtis clarus fieret
„magnitudine calamitatis inſignior, quod g
„nethliacis ita viſum eſt ideo eveniſſe, qu
„res proſperæ viri adverſas exæquaſſent.

S. GRE

S. GREGORII NYSSENI
VERSUS GRÆCOS EX COMMUNIBUS NOTIONIBUS.

Federico Morello Interprete.

Tres perſonæ unus Deus.

Tractatus hic eſt ſcholaſtico more com- ,,poſitus circa voces, quibus vete- s ad Trinitatis myſterium explicandum ebantur. Unde ita incipit: Si nomen c Deus perſonarum ſignificativum eſſet, m tres perſonas dicimus, ex neceſſitate s diceremus deos; quodſi Deus eſſentiæ notativum nomen eſt, dum unam eſſen- m confitemur Sanctæ Trinitatis, unum um merito glorificamus, quia unius ſub- ntiæ unum nomen Deus eſt. Idcirco ngruenter & ſubſtantiæ & nomini unus Deus, & non tres: neque enim Deum Deum & Deum dicimus, veluti dicimus trem & Filium & Spiritum Sanctum, no- nibus, quæ perſonas ſignificant conne- ntes, & conjunctionem, eoquod non eæ- m ſint perſonæ, ſed diverſæ potius, & ſe invicem pro ſignificatu nominum dif- rentes. Verum nomini *Deus*, quod ſig- icativum eſt eſſentiæ, non conjungimus pulam & quia eadem eſſentia. Quodſi imus Patrem Deum, & Filium Deum, Spiritum Sanctum Deum, notionem per- narum nominibus copulamus, ut ſit Pa- , Filius, & Spiritus Sanctus, hæc per- na & perſona & perſona. Idcirco & tres

„ſunt perſonæ, nomen autem hoc *Deus*
„dem modo prædicatur de unaquaque p
„ſona ſine conjunctione, & quia non al
„atque alius Deus eſt. Non enim quate
„Pater diverſam ſuam proprietatem ſer
„apud Filium, juxta hoc Deus eſt Pat
„nam ita non Deus eſſet Filius; verum q
„eſſentia talis unus eſt Pater & Filius D

Conſubſtantialitas in tribus perſonis.

2. „Unum igitur dicimus Deum, tam
„unamquamque perſonam conſubſtantia
„& Deum eſſe credimus; nam quemad
„dum eoquod differat Pater a Filio & S
„ritu Sancto tres aſſerimus perſonas,
„tem quia non differunt ſecundum ſubſ
„tiam, ſed eſt juxta illam perſonarum id
„ditas, erit etiam ſecundum nomen D
„quod ſubſtantiam declarandi vim hal
„non quod ſit ipſa, & repræſentet, ſiqui
„incomprehenſibilis eſt, ſed ab aliqua p
„prietatum, quæ ipſi ineſt, ſumptum, eam
„ſignet: eſt enim proprietas ſempiternæ ſ
„ſtantiæ omnia intueri & occulta cogno
„re, unde acceptum nomen *Deus* pro
„dictum ſubſtantiam illam ſignificat. Qu
„obrem cum una ejuſmodi ſubſtantia exi
„& nomen unum, quo ipſa declaratur, n
„pè *Deus*, unus proprie Deus erit congr
„ter rationi eſſentiæ; ſiquidem *Deus* pe
„nam non declarat, ſed ſubſtantiam. Ete
„ſi Deus perſonam declararet, una &
„ex perſonis diceretur Deus, quæ tali
„mine ſignificaretur: ſicuti Pater ſolus
„tur Pater, quia nomen iſtud perſonam
„nandi vim habet. 3. „Q

3. „Quodſi quis dixerit, quod Petrum, Paulum, & Barnabam dicimus tres ſub- ſtias particulares & proprias, quia par- ularem ſubſtantiam nihil aliud ſignificare umus, quam individuam, quod eſt per- a. Sed Petrum, Paulum, & Barnabam s dicimus homines, non ut hæ perſonæ t, ſed prout particulares ſubſtantiæ ſeu ividuæ ſunt, cum tamen unius ſubſtan- exiſtant, quam nomen hoc *Homo* de- at: in Sancta vero Trinitate tria indivi- dici non poſſunt, quæ dicuntur ad m ſpecie naturam, diverſam tamen nu- ro, cum econtra divina natura in tri- divinis perſonis una & eadem ſit, & nitas neque incrementum ullum admit- , neque diminutionem. Jam vero cum la accretio, nec diminutio, nec con- ſio, aut alteratio umquam fiat tribus ſonis, abſurdum eſſet ſuper tribus per- is etiam tres Deos dicere. Præterea ne- tempore dividuntur a ſe invicem Per- æ Deitatis, neque loco, neque volun- e, conſiliove, neque inſtituto, neque ope- ione, neque affectione ulla, quæ conſi- atur in hominibus, ſed duntaxat quia er Pater eſt, & non Filius; Filius Fi- eſt, & non Pater, ſimiliter etiam ritus Sanctus neque Pater neque Filius Quapropter nulla neceſſitas urget nos dicendum tres deos eſſe perſonas tres, unus, & idem Deus propter identita- ſubſtantiæ, cujus to *Deus* eſt ſignifi- ivum.

Tria individua in Trinitate non dicuntur.

 4. „Quod-

Quomodo S. Scriptura tres viros numeret.

4. „Quodſi quis dicat : Et quomodo S
„tura tres viros connumerat ex abunda
„videat, quod Filium & Sanctum Spi
„tradens Scriptura, & Deum Verbum
„Deum non Verbum, hoc eſt, Deum
„trem, Deum Spiritum Sanctum, Deu
„dens profitensque omnino recuſat, tres
„dicere, impietatem cenſens deorum n
„tudinem, & unum Deum ubique pro
„gans ; neque perſonas confundens, n
„divinitatem dividens, imo divinitatis
„titatem conſervans in proprietatibus h
„ſtaticis trium perſonarum. Tres ergo
„dicit Scriptura ex more, ut peregri
„novumque non appareat, quod vulg
„tatum eſt : unum autem dicit acc
„dicendi genere, ne tranſiliat finem
„mitem etiam in rerum natura conſide
„Itemque ut illud quidem exiſtimemus
„deſcenſum ad id, quod expedit iis, qu
„beciliori ſunt ingenio, accomodatum,
„vero ſtatuamus, decretum eſſe ad c
„mationem, & traditionem perfectionis
„poſitum.

Differentiæ eſſentiales non ſunt in Trinitate.

5. „Sed rurſus ajunt : Quemadmo
„cum dicimus, perſona perſonæ perſon
„nihil differt, & non propterea una pe
„eſt omnes hypoſtaſes, & ſicut eſſenti
„hil differt ab eſſentia, & non ideo una
„ſtantia omnes ſubſtantiæ ſunt, ſic e
„dicere poſſemus ; Deus a Deo nihil dif
„& non propterea unus Deus tres ſunt
„ſonæ, de quibus Deus prædicatur. Et

: dum dicimus, homo ab homine nihil
ereſt aut differt, non tollimus tres ho-
nes eſſe Petrum, & Paulum, & Barna-
is ex Bibliotheca Bavarica tradito eadem
en libri quinti diviſio retenta eſt; unde
decim prodierunt. Opus hoc totius an-
itatis exiſtimationem tulit. Eidem epi-
a S. Gregorii ad Petrum fratrem, & hu-
ad illum præfixa eſt, ex quibus ſcopus
um librorum cognoſcitur.

S. GRE-

Epiſt. S. Greg. ad Petrum.

S. GREGORII NYSSENI EPISTOLA AD PETRUM FRATRE SUUM EPISCOPUM SEBASTENUM.

Scopus librorum.

1. „Paululum otii nactus colligere p „ſchedulas, quas contra Euno „tuo ſuaſu compoſui. Scripſi autem non „tra utrumque librum; nam ſeptend „tantum dies huic lucubrationi imp „potui, unde fieri non potuit, ut tam b „tempore utrumque librum refellerem. „pius vero interpellatus e re fore judic „te ſuper omnia conſiliario uti, num „cet opus evulgandum ſit; quod enim „cipitem me reddit, eſt iſtud. Cum ad „ſam S. Baſilii mortem librum Eunomii „cepiſſem, corde adhuc ejus deſiderio a „ante, & ob communem Eccleſiarum ca „mitatem dolente, Eunomius autem non „lum ea, quæ ad ſui dogmatis perverſita „ſtabiliendam conducunt, attulerit, ſed „diligentiæ in convitiis adverſus Patrem „ſtrum ejaculandis poſuerit; exaſperatus „contumeliis alicubi nonnihil iræ, & „contra Scriptorem oſtendi. Cum „plerique perſuaſionem habeant, quo „diſciplina S. Baſilii moderationem in „bus exhibere ſoleamus, metui, ne ex „ſcriptis lectoribus appareremus, tam „qui ad calumniatorum convitia facile „flammemur. Verumtamen ſpero e „qui judicio pollet, non gravate Oratio

„na

„noſtræ inſtitutum probaturum, neque enim „decebat, ut magni Baſilii famam maledice „laceratam indefenſam relinqueremus, ne„que ut hæc diſputationi ſparſim inſpergere„mus: cum enim adverſarii diſputatio in ca„lumnias, & ſanæ doctrinæ reprehenſionem „diviſa ſit, neceſſe erat, ut & nos adver„ſus utramque partem defenſionem noſtram „dirigeremus. Claritatis porro gratia in duas „partes opus diſtribuimus, initio quidem iis, „quæ nobis objiciuntur, contumeliis amolien„dis, poſtea defenſioni dogmatis orthodoxi „intenti. Continet vero diſputatio non mo„do hæreticæ pravitatis everſionem, verum „etiam explicationem noſtrorum dogmatum; „turpe enim arbitrati ſumus, cum hoſtes „ſuam abſurditatem non occultent, nos ve„ritatem liberrime non profiteri.

S. PETRI EPISCOPI SEBASTENI
AD S. GREGORIUM NYSSENUM.

„Cum legiſſem litteras Sanctitatis tuæ, & „intellexiſſem tuum pro fide, & San„cto Patre noſtro fervorem, non tuarum „virium, ſed ejus, qui veritatem ſuis in dog„matibus loqui diſpoſuit, id opus eſſe exi„ſtimavi. Cum igitur par ſit, ut qui bo„num opus cæpit, id perficiat, oportet, ut „virtuti ſpiritus alacriter ſubſervias; neque „dimidiate tantum eorum, qui contra Chri„ſti gloriam militant, inſolentiam refutatam „relin- *Epiſt. ad S. Greg.*

„relinquas, ſed imitare genuinum tu
„trem, qui more Phinees una reda
„nis plaga diſcipulum cum magiſtr
„fodit. Ita & tu utrumque hæreticu
„rum transfige, ne ſerpens capite c
„cauda adhuc palpitans imperitos t
„ciat: nam ſi poſterior pars diſput
„Eunomianæ intacta remaneat, erun
„ei adverſus veritatem aliquid virium
„ſuſpicentur. Porro bilis, & acrimoni
„tioni inſperſa ſalis vicem, & gratia
„ſibus animæ præbet, & Oratio ad e
„dam cupiditatem inefficax eſt, niſi d
„rum Scripturarum oraculis condiatur.
„no igitur animo eſto præclarum exe
„poſteris factus, & docens; quomodo
„filios erga probos parentes affecto
„oporteat. Etenim ſi ſuperſtite adhuc
„tale ſtudium in ejus exiſtimatione vin
„da poſuiſſes, forſan adulationis ſuſpici
„non effugiſſes; nunc vero candorem
„tis tuæ, & quæ ſit tua affectio erga
„& opinio de illo, qui te ſpirituali pa
„lucem edidit, perſpicue docent parti
„dium, quo vita functum proſequeris,
„tim indignatio, qua in hoſtes ejus in
„maris. Vale.

LIBER I.

Contra Eunomium.

Eunomii ingratitu-lo contra S. Baſi-ium.

I. „Fieri, ut videtur, non poteſt, ut
„de omnibus bene mereri velit
„mulque multorum reprehenſiones effu
„

„Hæc dicere in mentem venit cogitanti il-
„lum, qui bona ſua cum omnibus comuni-
„cabat, Divinum Baſilium, 'qui in lividas
„quoque animas gratiam ſapientiæ effunde-
„bat ingratumque etiam Eunomium. At ille
„hoſtis loco habet, qui illum ex impietatis
„barathro eripere conabatur, & inſuper tan-
„dem in lucem protulit abortivum quemdam
„partum, qui cum in manus noſtras quoque
„veniſſet, comprehendere inſipientem illum
„libellum, & ad petram Chriſtum allidere
„decrevimus. Quodſi adhuc divina illa ani-
„ma hujus lucis uſura frueretur, quis de hoc
„argumento aliquid vel mutire auderet? cum
„vero crabrones & fuci necdum mellis opi-
„ficia vaſtandi finem faciant, nemo jure au-
„daciæ me inſimularit, quod ad ultionem
„prodeam ejus, cui ſe defendendi nulla am-
„plius ſuppetit facultas.

2. „Cæterum aggreſſurus jam examen *Convitia*
„eorum, quæ ſcripſit Eunomius, mitto, quæ *Eunomii*
„initio ſtatim ſui oſtentandi gratia effutiit;
„prætereo etiam infidelitatis convitium, quo
„adverſarios ſuos aſperſit. Hæc & id genus
„alia ut inanem verborum turbam præteribo
„tacitus: ſicubi autem hæreticam ſuam do-
„ctrinam confirmare nititur, ibi ſtudioſius
„immorabor. Cupio autem, ut ex ſolius
„Eunomii ore prodeant illa contra Sacerdo-
„tes Dei convitia, dum vocat nos ſatelli-
„tes, & lictores, & ſatrapas, qui latitare
„volentem non permittunt, & his ſimilia:
„quod ideo fecit, quia ſacerdotes Dei ope-

 „ram

„ram dederunt, ne multi fraudibus iſto
„hæreticorum circumvenirentur. Hoc ſcil
„dolet, quod non habuerint poteſtate
„ubique habitandi, Imperatoris edicto in Pl
„giam relegati, ne plures peſtifero ſuo c
„victu inficerent.

Vita Eunomii. 3. „Quia vero Eunomius nominis ſui
„lebritatem jactitat, Gregorius Aetii &
„nomii vitæ inſtitutum enarrat, prout il
„ab Athanaſio Galatarum Epiſcopo audi
„rat, qui ajebat, Aetium principio fact
„eſſe fabrum caminarium, cumque mil
„cujusdam ornamentum aureum cum æ
„commutaſſet furis pœnæ ſubjectus, med
„cuidam circumforaneo pro victu ſe addi
„cumque ex hoc vitæ genere pinguior ei
„tuna obveniſſet, Ario adhæſit, cui dei
„etiam Eunomius e ſtiva Aetii diſcipulu
„adjunxit.

Apologia Eunom. 4. „Jam vero videamus, quam vere c
„queratur Eunomius in prooemio, ab inf
„libus ſe propter veritatem odio haberi; a
„logiam enim pro apologia ſcripturus
„ſe hujus inſuetæ inſcriptionis occaſion
„ab illo, qui primam Orationem refutave
„Baſilio deſumpſiſſe, qui primæ ſuæ Orat
„ni apologiæ nomen indiderat. Cum v
„Baſilius objiceret, apologiæ titulum i
„ſolis convenire, qui aliquorum crimin
„accuſati eſſent, reſpondet Eunomius,
„maximorum ſcelerum inſimulatum apud
„dices, ad apologiam deſcendiſſe. Sed qu

„m

mendaciter hoc affirmet patet ex eo: quia i objecta crimina per apologiam diluit, quomodo atrocia, ut ait, pertulit a judicibus, quorum etiam nomina neſcit.

5. „Videte ergo egregium iſtum veritatis propugnatorem, ut valide contra mendacium pugnat; & cum talis ſit, audet magnum Baſilium appellare, malignum, improbum, mendacem, audacem, indoctum, ſpurium, rerum divinarum imperitum, quibus ſtupiditatem, inſaniam, furorem, & infinita alia addit. Verum non adeo humilis, & demiſſus ſol eſt, ut usque ad ipſum lapides hi pertingant: nam jacula recidunt in caput mittentis, & ſol omni jactu major manet. Quod autem hæc convitia ſint nuda ſine veritate verba, demonſtrare licet ex propriis illius ſcriptis. Adducit enim locum, in quo certamen pro doctrinæ veritate ſit ingreſſus, quod Baſilium ſubterfugiſſe mendaciter aſſerit, cum nec locum, nec tempus, nec præſentes aſſignaverit. *Convitia Eunomii in ipſum recidunt.*

6. Quid igitur? num ſingula perſequi oportet injurioſe ab Eunomio dicta, & tamen haud quaquam fuiſſe Baſilium, in quem conficta ſunt? Atqui & nos ſimul injuria afficeremus eum, qui ſolis inſtar toti mundo lucet, ſi conaremur probare, eum non fuiſſe ſceleratum, nec timidum, uti ejus agendi ratio cum ipſo Imperatore oſtendit. Sed his jam nunc refutatis, ea quæ „de *Nomina Patris, & Filii, & Spiritus Sancti retinenda.*

„de dogmatibus Eunomius attulit, ſecun
„dum ordinem examinabimus. Et prim
„quidem perperam fecit, cum ſalutaris do
„ctrinæ mentione facta non Patrem, & Fi
„lium, & Spiritum Sanctum nominavit, ſed
„loco Patris ſupremam, & maxime propria
„ſubſtantiam, loco Filii eam, quæ eſt prop
„ter illam, poſt illam vero reliquis antec
„dentem; loco autem Spiritus Sancti, ea
„quæ nulli horum conjuncta eſt, ad libitu
„conficta uſurpavit, ne homines audito Pa
„tris, & Filii vocabulo naturalem inter
„ſos habitudinem agnoſcerent.

Sola ſubſtantia Patris non eſt ſuprema.

7. „*Secundo* perperam facit, cum ſol
„Patris ſubſtantiam & ſupremam appella
„& maxime propriam, inde concludens in
„propriam & inferiorem eſſe Filii, & Sp
„ritus S. ſubſtantiam, adeoque non eſſe d
„vinam, quæ utpote infinita magis & mi
„nus non ſuſcipit; & Spiritus Sanctus Pa
„tri, & Filio coordinatur, quod ſubjecti
„nem ſtrictam non denotat, non vero ſu
„ordinatur. Quare etiam falſo dicit op
„ſubſtantiæ ſubſtantiam, ſecundam quide
„primæ, & rurſus ſecundæ tertiam, ſi ſ
„cundæ, & tertiæ peregrinam naturam a
„fingat.

Subſtantia Patris, & Filii non ſunt divulſæ.

8. „*Tertio* perperam ait, Patrem nulla
„habere connexionem cum Filio, rurſusq
„Filium cum Spiritu Sancto, ſed ſubſtanti
„a ſeſe mutuo divulſas eſſe, inſociabili n
„turæ diverſitate, magnitudine, & digni

„

„te diviſas, alio majore, alio minore. Sed
„quia hæc ſine omni probatione affert, iis
„refutandis utpote omnibus notis non imo-
„rabimur; ſane vel ipſa naturæ divinæ ſim-
„plicitas, & infinitas dicta refellunt. Sicuti
„etiam male operationem quamdam exiſten-
„tiæ Filii priorem concipit, per quam Chri-
„ſti hypoſtaſis efficiatur. Verum cum per
„illam operationem ſeu energiam Chriſtus
„etiam factus dicatur, cur non omnium re-
„rum creatio illi tribuitur? & ſi Chriſtus ab
„illa energia productus dicitur, Eunomina-
„norum blaſphemia major erit Judæorum
„perfidia, qui ſoli Patri Deo hanc produ-
„ctionem reſervant.

9. „*Quarto* perperam Eunomius ait, ma- *Majus, & minus Deo non datur.*
„jores, & minores eſſe Filii, & Spiritus S.
„ſubſtantias. Verum certum eſt, nullam ejus-
„modi differentiam reperiri in ſubſtantia ab
„omnibus qualitatibus ſejuncta. Unde ma-
„jus, & minus in divina natura non debet
„conſtitui, id quod etiam Eccleſiaſticorum
„dogmatum authoritas hic allegata demon-
„ſtrat. Quare nugas agit Eunomius, cum
„magnitudines, & differentias operum, &
„operationum in divinis dogmatibus commi-
„ſcitur; & is, qui Patrem ſecundum tem-
„porale quoddam intervallum Filio antiquio-
„rem facit, neceſſario cogitur, ut ne Pa-
„trem quidem principii expertem eſſe exi-
„ſtimet, cum Filius ſit ſplendor lucis æter-
„næ: de creatura autem tale aliquid affir-
„mari non poteſt, quale de Patre, & Filio,

 „ſed

„ſed neceſſe eſt, ut Filius cum Patre ſp
„ctetur, credaturque omnem creaturam
„definito aliquo tempore incepiſſe.

Operationes an eadem ſemper faciant.

10. „*Quinto* inſipienter Eunomius aff
„mat, eaſdem operationes eadem opera e
„ficere, & mutatis operibus, mutatas etia
„operationes conſpici: ſed falſitas hujus a
„ſerti in igne calefaciente, indurante, l
„quefaciente, & aliis exemplis apparet. In
„ſi hoc etiam Eunomio concederemus, t
„men ex his Filii cum Patre, & Spi
„Sancto convenientia in natura probaret
„quia in omnibus ſimiliter Pater a quo o
„nia, & Filius, per quem omnia, ead
„operationis ſpecie operantur.

Objectiones.

11. „Porro duplici argumento calu
„niatur communionem eſſentiæ, & ait, a
„duo ortus expertia principia nos ſtatuen
„Patrem nempe, & Filium, vel eandem ſu
„ſtantiam eſſe Patrem, & Filium ingenitu
„& genitum. Verum quoad primum n
„non duas naturas, ſed unam in diver
„perſonis confitemur, quo modo & altera pa
„dilematis refutatur.

Ingenitus Deus, & Pater.

12. „*Sexto*. Eunomius argumentatur: ſ
„Pater & innaſcibilis idem ſunt, vocab
„lum Patris ſignificat, Patrem ex nullo pri
„cipio, non autem quod Filium genuer
„Verum cum nihil obſtet, eumdem & P
„trem & ingenitum eſſe, cum hæc ſibi no
„contrarientur, totum argumentum corrui

„Deu

ſ enim tam Pater quam Rex appella-
& ſexcentis aliis nominibus a ſacra
›tura afficitur, quorum alia ſine re-
u ad aliud, uti æternus, alii cum hoc
›ctu, uti Pater dicuntur.

›. „Sed inſtat Eunomius: Si propterea
ſ eſt ingenitus, quia Filium genuit,
prinsquam generaret, ingenitus non
Verum cum Deus Filium ſuum ab
no generaverit, numquam non ingeni-
non fuit. Itaque nihil in illo anti-
ſ, nihil recentius eſt, nihil prius, ni-
›oſterius, ſed ſemper idem eſt. Nec
ıt, quod hoc modo etiam liceret di-
, ingenitus Filii eſt ingenitus: nam cum
is vocabulum, & Filium monſtret, &
niti notionem repræſentet, non licet
ılata præter neceſſitatem ſignificatione
tudini ad Filium imponere ingeniti no-
›m.

›. „Rurſus negat Eunomius, Patris ap-
ıtione etiam ingeniti ſignificationem re-
ſentari, ut inde conficiat, Unigenitum
ıando non fuiſſe; frequens enim eſt
l ejus diſcipulos hæc quæſtio: quomo-
generatur, qui eſt. Cauſam hujus rei ar-
›r, quod nolint ab humano vocabulo-
uſu, etiam cum divina tractant, ab-
re; Patris quippe nomen in divinis hoc
ıxat ſignificat, unigenitum Filium non
principii expertem, quippe qui a Pa-
ubſiſtentiæ ſuæ ortum habeat, omni au-

„tem initio careat; quia enim Pater ſemp
„eſt, quomodo Filius aliquando non eſ
„Itaque futilis eſt illa quæſtio.

Innaſcibilis nomen explicatur.

15. „Cæterum prædictis obſtrepit ſciol
„& a Patris natura Unigeniti eſſentiam
„ſecat, eoquod iſte genitus ſit, alter inge
„tus. Ex omnibus autem nominibus,
„divinam potentiam declarant, elegit
„innaſcibilitatis vocabulum, contrariam
„tionem, quæ eſt in vocibus geniti, &
„geniti, ad ipſas perſonas transferens,
„naturarum diverſitatem ex nominum di
„ſitate commiſcens. Ait enim; non
„genitum, quia genitus ſit, nec ingenit
„quia genitus non ſit, ſed alterum ex
„neratione eſſentiatum eſſe. Sed ſiquis ſ
„ſim ſingulorum nominum ſignificationes p
„pendat, ſubtractis orationi perſonis, de q
„bus enuntiantur, mox vanitatem eor
„quæ hic afferit, intelliget; non enim q
„Pater præintelligitur Filio, nominum q
„que ordinem ex ſubjectarum perſonar
„dignitate, & ordine inſtituemus, ſed
„mina per ſe conſiderentur, quodnam al
„per rationem præponatur: nomen dico
„rem nomine ſignificatam. Neque ullus
„calumnietur, quaſi Filium generanti p
„poſuerimus; non enim id molimur, ut F
„lius Patri præconcipiatur, cum de gen
„& ingeniti ſignificatione differimus. Ce
„generatio alicujus rei poſitionem ſignific
„at innaſcibilitas ejus, quod poſitum eſt
„ſublationem: ut proinde neceſſarium

„pri

is intelligi nomen generationis, quam
nen innaſcibilitatis. Cur igitur ordinem
andum Patri aptare contendunt, pu-
tque notionem alicujus rei privatricem
ionſtrare nominis eſſentiam?

16. „Denique quomodo ingeniti & in-
cibilis ſignificatio cum æternitate Dei
æreat, disquirendum eſt. Æternitas
inæ vitæ ejusmodi eſt; ſemper eſt, nec
nittit aliquando non fuiſſe, & aliquan-
non futurum. Hoc de æternitate Dei
emus, quod a Propheta cognovimus,
um eſſe regem ante ſæcula, qui regit ab
mo in æternum, & ultra. Pſ. 73. Hanc
ſtimationem de Deo duobus nominibus
ire ſolemus, *ingenito*, & *interminato*,
rum illo infinitatem, & immenſitatem,
perpetuitatem divinæ vitæ declaramus,
e utraque ad æternitatem requiruntur.
iſti æternitatis ſignificato quaſi diſſecto
ionem illam, quæ omne principium re-
vet, quam ſubſtantiam vocant, in æter-
ate non ſpectant, & termino carere, in
, quæ extra eſſentiam ſunt, computari
ere aſſerunt, adeoque veram, & eſſen-
em æternitatem eſſentiæ Dei non attri-
unt. Imo cum æternitatis ratio ex ne-
ione principii, & finis conficiatur, ſi eſ-
tiam Dei uno circumſcribunt, ſemiper-
ta erit eſſentiæ ratio in ſola principii ne-
ione conſiſtens: ſi autem eſſentiæ ra-
nem ex utroque conflent, Deum ex dua-
s rebus repugnantibus coagmentabunt.

Æternitas Dei an cum ingenito ſtet.

„Nam

„Nam finis, & principii repugnantiam ip
„notio utrique horum inſita manifeſtat; q
„enim oppoſitis oppoſita ſunt, etiam inter
„oppoſita ſunt.

Object. ſolv. 17. „At forte objiciat quis etiam ex
„ligioſorum cœtu occaſione eorum, quæ
„æternitate differuimus, difficile eſſe Uni
„niti Filii honorem ſalvum præſtare, ſi q
„dicta ſunt, ſubſiſtant; cum enim duæ
„dogmatum rationes, vel ipſum quoque
„lium eſſe ingenitum probabimus, quod
„abſurdum, vel æternitatem illi adimem
„quod eſt blasphemum. Verum ſi te
„poralem quamdam intercapedinem hy
„ſtaſi Filii interponeret, qui Patrem
„principii ratione prius Filio concipit, j
„cenſeri poſſet doctrina de Filii æternit
„in periculum vocata: ſi autem Filius ſe
„per tamquam exiſtens concipitur, in i
„Patris notione relucens, quæ formido
„abſterreat, quominus æternitatem Filio
„ſcribamus, qui neque principium dier
„neque finem vitæ habet?

18. „Sed litigioſus quiſpiam oggeret, e
„dictis ſuſpicionem oriri, quaſi etiam inge
„nitus ex ingenito fuerit. Verum qui i
„objicit, corde ſobrius ſit, & propriis v
„cibus inſiſtat; nam qui Filium ex Pat
„eſſe confitetur, jam eo ipſo ingeniti rati
„nem a Filio removit. Neque ulla cau
„ſuppetit, cur metuam filium æternum,
„tamen non ingenitum pronuntiare: qu
„enim vita Filii nullo temporis interval

„do

finitur, ſed & ante ſæcula, & poſtea
ndita immenſitas vitæ ejus undique diſ-
a eſt, proprie æterni appellatione affi-
ur. Quia vero Filius, & eſt, & nomi-
tur, Patriſque notionem junctim in ſeip-
contemplandam offert, fieri non poteſt,
quis illum ingenite exiſtere credat: eum
juam, qui ſemper cum Patre eſt, & ut
am divinus ille doctor noſter docuit, qui
nitus Patris innaſcibilitati unitur: Idem-
e de Sancto Spiritu docemus in ſolo or-
ne differentia conſtituta. Quemadmodum
im Patri Filius conjungitur, & cum ex illo
iginem ducat, hypoſtaſi poſterior non eſt,
etiam Spiritus Sanctus ad Filium ſe ha-
t. Nam in ſola principii ratione Filius
ius, quam Spiritus Sancti hypoſtaſis con-
itur; temporales autem dimenſiones in
a omne ſæculum antegreſſa vita non in-
niuntur, ita ut excepta principii ratione
nctiſſima in omnibus probe ſibi conſonet,
initas, quam decet gloria, & imperium.

LIBER II.

Chriſtianorum fides non per homines, *Fides ex revelatione Chriſti.*
„ſed per Dominum noſtrum Jeſum
hriſtum eſt, qui eſt Dei Verbum per na-
ram, qui cum anima, & corpore to-
m hominem aſſumpſit. Credimus autem,
emadmodum Dominus fidem ſuis diſci-
lis expoſuit, ſic locutus: *Euntes docete
nes gentes, baptizantes eos in nomine Pa-
is, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hujus a
„Deo

„Deo Apoſtolis traditæ fidei immutatio
„non facimus, ſcientes eum, qui audet
„pervertere, ex patre diabolo eſſe. Si
„igitur perperam comminiſcuntur hæreſ
„inventores, ita ut loco Patris creato
„& opificem filii nominent, & Filii loco
„ficium, & creaturam fingant pro Sa
„Spiritu creaturam creaturæ; hæc
„revelatæ nobis divinitatis abnegatio
„nominamus.

Myſte-rium S. S. Trini-tatis. 2. „Quamobrem horribile eſſe aſſer
„mus, has voces maligne pervertere,
„alias contrarias excogitare: harum
„dem appellationum unaquæque, dum in
„tiva ſignificatione mente concipitur,
„la veritatis, & pietatis norma Chriſti
„efficitur. Nam cum multa ſint nomina,
„bus Deus ſignificatur, his relictis, a
„dem, quæ de eo eſt, quod eſt nos a
„cere potens, has voces apponit, rat
„nos in Patris, Filii, & Spiritus Sancti
„pellatione permaneremus, ad ejus quod
„re eſt, cognitionem ſufficere, quod qui
„& unum eſt, & non unum. Unum rati
„eſſentiæ, ſed ſecundum proprietates,
„bus Perſonæ divinæ dignoſcuntur, in P
„tris, & Filii, & Spiritus Sancti fidem
„ſtinctum eſt. Cum enim audimus Patr
„hoc nomen mutuam etiam cum Filio r
„tionem declarat, & quia Deus ſemper
„dem modo ſe habet, ſemper omnino &
„Pater, & eſt, & erit, ſicut fuit: &
„quidquid bonum eſt, ſemper in fonte

intelligitur, bonum autem ſupra omne
ıum Unigenitus eſt Deus. *Joan.* 1. qui
in ſinibus Patris, adeoque genitus. Per
ɛc demonſtratum eſt, Filium ab æterno
elligi in Patre, in quo eſt: & ſine quo
ɿuando Patrem in ſeipſo eſſe affirmare, ex-
mæ impietatis eſt. Et quia quod eſt bea-
n, & incorruptibile, immortale, verum
bonum neceſſario in Deo eſt, videmus
ɔeſſario non aliqua vi adventitia adeſſe
i Spiritum Sanctum, qui eſt rectus dux,
nceps, ſanctificator, vivificator, qui om-
ı in omnibus, prout vult, operatur: unde
æterno etiam cum ipſo Spiritus San-
s Spiritus Sapientiæ, veritatis, cætera-
e aliqua, quæ Filius eſt, cognoſcitur.

3. „Verum quid illud ſignificat innomi- *Nomen Dei ineffabile.*
bile nomen, quod baptizantes in *nomen*
n addidit ſignificationem. Reſpondemus,
od increata illa natura, quæ in Patre,
Filio, & Spiritu Sancto creditur, omni
eſtantior eſt nominis ſignificatu: unde
ominus hoc nomen non addidit. ut per-
ıderet, divinam eſſentiam quid eſſe in-
abile & incomprehenſibile.

ʈ. „His ita diſtinctis credimus etiam ſa- *Incarnatio Filii.*
m a Domino Creaturæ pro hominibus
penſationem, qui formam ſervi accipiens,
ɿue in Sancta Virgine incarnatus ex mor-
nos redemit per pretioſum ſuum ſangui-
m, quem per crucem effudit, ac per ſe
ım nobis ſtravit ad reſurrectionem: ve-
„niet

„niet enim ſuis temporibus in gloria P
„tris, omnem animam in juſtitia judic
„rus. *Joan.* 5.

Quomodo unus ſolus Deus.

5. „Sed nunc Eunomiani dogmatis p
„vitatem redarguere conabimur. Dicit
„tur: credimus in unum, & ſolum ver
„Deum, ut Filium & Spiritum Sanctum
„cludat. Nos autem aſſerimus, quod
„non Patrem ſignificat ſolum, ſed etiam
„lium ſimul cum Patre demonſtrat; q
„dixit Dominus: *Ego & Pater unum ſu*
„*Joan.* 10. Quin etiam Deitatis appell
„æqualiter impoſita eſt, & principio, in
„erat Verbum, & ipſi Verbo, quod erat
„principio. *Joan.* 1. Si vero Verbum De
„etiam *veritas* eſt, differentia vero *ſol*
„ad non ſolum, eſt Dei ad non Deum, ſi
„idola, quæ nihil ſunt, & non entia. Q
„autem Eunomius dicit, quod a nobis P
„ter ſecundum eſſentiam ſeparetur, &
„tres hypoſtaſes figuretur, ſibi ipſi loqui
„Eunomius, non nos oppugnans, ſed ſi
„nugas nectens.

Deus quomodo ſit unus.

6. Sed inquit Eunomius: Deus omni
„parte, & abſolute unus eſt, ſecundum
„dem, & eodem modo permanens ſol
„Verum ſi de Patre dicit, etiam nos co
„probamus; unus enim eſt vere Pater,
„quo intuemur Filium, ſine quo Pater n
„eſt, nec dicitur. Si vero alium Deum pr
„ter Patrem fingit, cum Judæis diſput
„vel cum his, qui *Hypſiſtiani* nominant
quorum

iorum eſt hæc cum Chriſtianis diſcordia, uod ipſi Deum quidem confitentur eſſe iemdam, quem nominant ὕψιστον, id eſt, tiſſimum, vel παντοκράτορα, id eſt, omnipotentem. Patrem autem ipſum eſſe non imittunt, Chriſtianus vero, niſi Deo Pai credat, Chriſtianus non eſt. Quæ aum Eunomius adjicit, hæc ſunt. Non ibens, inquit, Deitatis participem, nec oriæ, nec poteſtatis. Verum ſi ad ſimucra vana hæc dicit, etiam nos confirmaus: ſi autem Dei unigenitum a patria deite ſeparat, filium eſſe Deum ejusdem cum atre divinæ naturæ negat contra doctriım Domini. *Joan.* 10. & 17.

7. „Sed unus eſt, inquit, & ſolus Pater mnipotens. Verum ſi Patrem omnipotens appellatione oſtendit, noſtrum ſermo em pronuntiat; verum notet, quod quæ int Patris omnia, etiam ſunt Filii. *Joan.* 7. Sed ad id, quod ſequitur, pergamus: icit enim. Omni imperio, ſubjectione, poſtate ſuperior eſt. Noſter etiam hic eſt ermo, credere nempe divinam naturam nperio ſuperiorem eſſe, ſubjectum autem bi ipſi habere, quidquid in his, quæ ſunt, itelligi poteſt: divina autem natura Pater, t Filius, & Spiritus Sanctus eſt. Quodſi anc potentiam ſoli Patri aſſerat, ab Ecleſia eliminat fidem, quam habet in Filium, t Spiritum Sanctum, negans ipſam veriatem, & veritatis Spiritum. *Quomodo Pater ſolus omnipotens.*

8. „Jam

Generatio Filii Dei. 8. „Jam videamus, quæ his diſ„jicit: non generando, inquit, propri„ſentiam partitur, & idem generans, „generatur, & idem Pater, qui gi„& Filius: eſt enim incorruptibilis. „nos dicimus, quod, qui omnia ſui „habet, totum illud eſt, eo dempto, qu „Pater, & qui omnia, quæ ſunt Filii „totum Filium in ſe demonſtrat, præte „quod ſit Filius: & quia qui videt F „videt Patrem, alium ſeipſum genuit „neque ex ſeipſo emigrans, & in illo „apparens. His adjicit Eunomius: *I* „*faciendo materia, vel partibus, vel na* „*bus inſtrumentis indiget.* In qua part „eſt Eunomii repudianda Oratio; na „virtus, & ſapientia nullius alieni „eſt indiga. At Chriſtus Dei eſt „& ſapientia, per quem omnia facta „*Joan.* 1. Falſum autem eſt, quod d „genito dicit: *Credimus autem etiam* „*Filium, unigenitum Deum, primogenitu* „*nis Creaturæ*; Filium *verum non inge* „*vere genitum ante ſæcula, non absque g* „*tione, antequam eſſet, nominatum Filiu* „*omnem Creaturam genitum, non incr* „Arbitror ſolam verborum citatorum l „nem ſatis hujus dogmatis impietate „clarare, dum Dei Filium non incr „aſſerit.

...lius ſe... ndum ...rnem ...ratus. 9. „Sed vocem proverbialem profe „quæ dicit: *Dominus creavit me prim* „*viarum ſuarum ad opera ſua. Prov.* 8. „ſpondetur: Creatus eſt vere in novi

diebus ille, qui propter nos ſecundum nos natus eſt, qui in principio Verbum cum eſſet Deus, poſtea caro, & homo factus eſt. Pergit autem Eunomius: *In principio qui erat, non tamen principio caret.* Verum ſi qui erat in principio, procul dubio etiam principium aliud habebit; quod enim de principio dixerit, hoc etiam de eo, qui erat in principio, neceſſario conceſſerit. His contra dicit Eunomius blasphemans: non cum eo; qui genuit, Filium ſimul dignitatis partem accepiſſe, non alii cuidam patriam eſſentiam eſſe tributam, ſed ortum eſſe ex illuſtri generatione etiam gloriæ Dominum, & a Patre gloriam accepiſſe, nam dixit: *Gloriam meam alteri non dabo. Iſ.* 42. Sed hic ſermonem eſſe de ſculptilibus contextus manifeſte oſtendit.

10. „Ad ea, quæ ſequuntur, pergamus: *Glorificatum inquit a Patre ante ſæcula.* Igitur eum eſſe ante ſæcula extra omne principium eſt; ille qui ante ſæcula Filio tribuit gloriam, multo prius ipſi ſempiternam aſſerit exiſtentiam: non enim id, quod non eſt, ſed id, quod eſt, glorificatur. Nec obſtat, quod Paulus dicat, *factum eum fuiſſe obedientem*; cum enim, ut per crucem adimpleret myſterium, venit, cum ſemetipſum exinanivit in forma ſervi inventus ut homo, tunc obediens efficitur noſtram ſanans inobedientiam: unde natura non eſt ei obedientia, uti vult Eunomius, ſed ſumma poteſtate, & libera voluntate. *Gloria Filii a Patre.*

 11. Rur-

ilius an milis Pa-ri. 11. „Rurſus Eunomius Filium *Unig* „*tum ſimilem dicit genitori tantum præcel* „*quadam ſimilitudine, ſecundum peculiarem* „*titiam, non ut patri patrem, non enim* „*duo patres.* Sed hoc modo cum dicit, q „non patri ſimilis eſt, aſtruxit verbo, q „non ſit ſimilis. Et rurſus cum adjecit, q „neque ſicuti ingenito ingenitus, propt „negavit in Filio cum Patre ſimilitudin „deinde ſubjungens, quod neque ut I „Filius, tertium induxit intellectum, „prorſus rationem ſimilis pervertit. („vero Filium *ſigillum operum Patris, & ve* „*rum, & conſiliorum vocat*, dicat, quæ „Patris ſint opera ab his, quæ a Filio ſ „ſunt, ſeparata, quorum ſigillum dicit „lium fuiſſe ? Opera Filii totus mundus „& quæ in eo continentur : ad quæ au „conſilia reſpicit a Dei ſapientia ſepara „Et dum Eunomius inquit: Legem fert „*cundum Dei æterni mandatum.* Quisnam „Deus æternus ? Et quis ei ſubminiſtra „legislatione? Sed perſpicuum eſt, quod „Moyſen Deus, qui juxta Eunomium „unigenitus Deus, legem fert iis, qui le „accipiunt.

hriſtus ſſumpſit ominis rpus, & nimam. 21. „Dicit ulterius hæreticus, eum, „in noviſſimis diebus factus eſt homo, „aſſumpſiſſe hominem anima, & corpore „ſtantem. Sed venit Dominus ſalvum fac „quod perierat. *Luc.* 15. Perierat autem „corpus, ſed totus homo ex anima cont „peratus, imo ante corpus anima perie

„I

,nam inobedientia electionis ſive voluntatis, ,non corporis peccatum eſt. Unde etiam Chriſtus in Evangelio hominem ſe vocat. *Joan.* 8.

13. „Jam videamus, quae de Sancto Spiritu Eunomius percenſet. *Credimus, inquit, in Paracletum Spiritum veritatis.* Ubi ſubdole non dicit Spiritum Sanctum, ne majeſtatem gloriae ipſius, & quod per omnia Patri & Filio unitum eſt, hoc ipſo nomine confiteri cogeretur, cum tamen Patri, & Filio ex aequo tum Spiritus tum etiam Sancti nuncupatio in ſacra Scriptura accomodetur, ſicuti etiam in eadem nomen Paracleti Patri & Filio commune eſt. 2. *Cor.* 1. 1. *Joan.* 1. Et Spiritus veritatis eſt ſine ſubjectione, utpote, qui a Patre procedit, quem *factum a ſolo Deo per Unigenitum*, Eunomius blaſphemat: nam *Act. ult.* S. Paulus Prophetae *Pſ.* 94. Perſonae Spiritus Sancti adſcribit, nec eum umquam inter creaturas recenſet, imo omnia in omnibus prout vult operari docet: eumque ſpirare, ubi vult, ait Chriſtus Joan. 3. Quomodo ergo Eunomius hunc aſſerit unum eſſe eorum, quae a Filio condita ſunt, *aeternae ſubjectioni* condemnatum?

Divinitas Spiritus Sancti.

14. „His autem adjicit: *Neque ſecundum Spiritus Patrem, neque cum Patre annumeratur; unus enim eſt, & ſolus Pater, qui in omnibus Deus, neque cum Filio exaequatur, unigenitus enim eſt Filius, nullum habens congenitum.* Verum „ſi per

Spiritus Sancti conſubſtantialitas.

„ſi per Patrem relatio ad Filium ſola intel-
„ligitur, nulla autem imperioſa hac voce
„inducitur notio, quomodo conſequens eſt,
„Spiritum eſſe ſubditum ex eo, quod non
„ſit Filii Pater? cum Sacra Scriptura &
„omnia excelſa, & Deo decora ſenſa ani-
„mi & nomina Spiritui Sancto aſſignet, in
„quo inaequalitatem Filii, & Spiritus Euno-
„mius dimetitur? Quod autem dicit, Uni-
„genitum eſſe Filium, quod Spiritui S. non
„convenit, ſciat, unam eſſe in Patre, &
„Filio, & Spiritu Sancto virtutem, bonita-
„tem, eſſentiam, gloriam, excepta diffe-
„rentia, quae eſt ſecundum perſonas.

15. „Inſtat ulterius dicens: *Unus cum*
„*ſit Spiritus Sanctus, & primus, & ſolus om-*
„*nibus filii operibus praecellens omnem operatio-*
„*nem perficit, ſicut Filio placet, qui mittitur*
„*ab ipſo, & ab ipſo accipit, & annuntiat, iis*
„*qui inſtituuntur, & veritatis dux eſt.* Sed
„quam operationem Spiritus Sanctus perfi-
„cit? Si illam, quam etiam Pater & Filius
„operatur, eandem prorſus naturam habet;
„nam diverſi generis a Deo natura in eo lo-
„cum non habet. Quodſi quid aliud praeter
„ſalutem noſtram operatur, vel contraria,
„non eſſet vivificator, nec unius cum Patre
„& Filio voluntatis, uti Scriptura teſtatur.
„Sed qui mittitur, ait, ab ipſo, & ab ipſo
„accipit, & annuntiat eruditis, & veritatis
„dux eſt. Verum non mittitur, & accipit
„Spiritus ex mittentis gratia, ſeu uti homi-
„nes, nec ex imperio, ſed ex communica-
„tion

ione ejusdem naturæ divinæ. Reliqua, quæ hic ex Eunomio refert S. Gregorius, ſi in ſano ſenſu accipiantur, non ſolum a Catholicis non rejiciuntur, ſed etiam dogma Catholicum de divinitate Spiritus Sancti confirmare poſſunt, dummodo latentes in iis fallaciæ præcaveantur, quas S. Gregorius detegit, & explodit.

LIBER III.

„In hac Oratione tertia S. Gregorius pri- „mo rurſus explicat illud, *creavit me.* *Prov.* 8. Dicens, quod hæc vox non de eo, quod divinum eſt, & incorruptibile, accipienda eſt, ſed de eo, quod per Incarnationem contemperatum eſt ex creata natura noſtra. Quod ut refutet Eunomius, & Unigenitum Creaturam aſtruat, ait: Genitum filium eſſe. Sed *gennema*, ſive progeniem dicere non recuſamus, cum ipſa genita eſſentia, & Filii appellatio talem nominum relationem ſibi vendicare poſſit. Unde eſſentiam genitum eſſe dicit; filium vero eſſentiæ genitæ eſſe nomen. Sed in his maligne agit, dum dicit generationem eſſentiæ, ut eſſentiarum inter ſe contrarietatem aſtruat, dum eas in id, quod genitum eſt, & non genitum ad differentiam naturæ dividit. Arguitur etiam aggreſſionis ſuæ in nos imbecillitas: qui enim eſſentiam genitam eſſe dicit, aliud quiddam eſſe generationem præter eſſentiam aperte definit, ita ut quod generationis nomine ſignificatur, non eſſen-

Ingenti nomen ex ponitur.

„tiæ rationi conveniat. Non enim dicit „ſam eſſentiam eſſe generationem, ſed g „tam eſſe eſſentiam, ut per utramque vo „diſtincta notio animis per geniti & eſſe „nomen ingeneretur, & geniti cum inge „differentia in Patris, & Filii different „transferatur.

Filius ejusdem eſſentiæ cum Patre.

2. „Verum ex his evidenter Eunomii i „lignitas deprehenditur, qui dum aſtru „conatur eſſentiæ Unigeniti diverſitaten „paterna eſſentia, ex eo, quod hanc quic „ingenitam, illam vero genitam nomir „ſibi contradicere redarguitur, cum fing „quod nullo modo eſſe poſſit: nam equid „aliud eſt eſſentiæ, aliud generationis „men. Deinde non aliqua nova eſſentia „ſeparata ab ea, quæ Patris eſt, Filio in „ſed quod Pater eſt in ratione naturæ, „etiam eſt ille, qui ex illo exiſtit, cum „tura in diverſitatem non mutetur in l „perſona; ſed eſt omnia, quæcumque eſt „ter, excepto, quod ille eſt Pater.

Filius vere eſt Deus.

3. „Porro cum ipſe Eunomius Domin „filium Dei viventis appellat, invite et „communionem eſſentiæ in divinis prædi „non enim vocatus eſſet Filius, niſi nat „lis nominum notitia veram appellation „oſtenderet. Sicut enim vitium propagin „vineæ cultoris progeniem non nominan „filium vero hominis, qui ex ipſo gen „eſt; ita & Dei Filium Unigenitum e „non Dei Creaturam hac appellatione in

„l

leximus, ſed quod vere vox filii ſignificatu demonſtrat. Igitur quemadmodum cum ex Scriptura audivimus, Unigenitum Deum filium eſſe hominis, ex hac nominis relatione cum vero homine cognationem didicimus, ſic quamvis ſecundum ſermonem adverſariorum gennema ſive germen filius dicatur, nihilominus etiam per hoc, quod ſecundum eſſentiam proprium eſt, & conjunctum cum eo, qui genuit, intelligimus.

Ejusdem cum Patre eſſentia.

4. „Quare cum Filii appellatio non ſimpliciter ex aliquo eſſe ſignificat, ſed proprie naturalem propinquitatem per id ſignificatam perhibet, ut ipſe autumat Eunomius, perſpicuum eſt, quod in Unigenito ſive filii ſive gennematis appellatio numquam ad id, quod eſt diverſi generis, neceſſitudinem habeat, ſed eſſentiæ prorſus eſt illius, qui genuit, Filius, non naturæ alius: quia omne genitum ex aliquo ſubſiſtens ejusdem plane eſt generis, & naturæ cum eo, ex quo genitum eſt.

Eſſentia Dei incomprehenſibilis.

5. „Quodſi quis divinæ eſſentiæ interpretationem poſtulet & enarrationem, indoctos nos & ignaros talis ſapientiæ non inficiabimur, ſolum hoc confitentes, quod „infinitum eſt, ſecundum naturam nullo ver„borum conceptu comprehendi poſſe. Et ſi „Eunomius ad noſtræ inſcitiæ reprehenſio„nem profert: *Vos adoratis, quod neſcitis,* „*Joan.* 4. Nos reſpondemus, vere nos „adorare, quod ſcimus, ſcimus autem glo-

 „riæ

„riæ celſitudinem ejus, qui adoratur, „inexcogitabilem, & quod a Domino Sa „ritanæ dictum eſt, ipſum Eunomium c „Samaritanis perſtringit, qui Deum ſe ad „re putantes, eum corporaliter loco inſi „arbitrabantur, cum tamen ubique ſit.

ilius Dei opriè ius.

6. „Sed dicet fortaſſe aliquis, quod „& gennematis ſive progeniei appellatio „S. Scriptura non ſemper id, quod ſecund „naturam eſt proprium, repræſentet: nam „Judas dicitur filius perditionis, & aliqui „lii lucis, cum tamen Judas filius perdi „nis appellatus non idem ſit cum perditio „& filii Dei & lucis cum Deo & luce. \ „rum in duplici ſenſu filii voce utitur Sc „tura, ita ut quibusdam a natura, quib „dam vero adventitia ſit talis appellati „cum enim filios hominum dicit, relation „quæ eſt ſecundum geniti cum eo, qui „nuit ſignificat, cum vero filios Dei di „propinquitatem, quæ arbitrii libera vol „tate fit, oſtendit. Sic filii Heli ſecund „naturam, filii Belial vero ob pravitat „ſuam dicti ſunt: cum vero in divinis co „trarietas hæc locum non habeat, nullus „lii vocem ex translatione celebrari dicat i „ſtar eorum, qui ex delectu hanc ſibi a „pellationem conciliant.

7. „Ulterius dicunt: Multa Unigen „nomina ex divina Scriptura didicimus, l „pidem, petram, panem, vitem &c. S „horum nullum uſitata ſignificatione pi

„(

eſt de Domino dicere. Quodſi igitur hæc nomina veram naturæ Unigeniti demonſtrationem non continent, conſequens eſt, nec Filii ſignificatum ad naturæ interpretationem aſſumi debere. Sed licet bifariam divinorum nominum ſignificantiam diſtinguere: quædam enim ineffabilis gloriæ indicationem habent, quædam vero providæ diſpenſationis varietatem demonſtrant, ita ut ſi eſſet, quod beneficio afficitur, hæ voces, quæ beneficium indicant, his non eſſent tributæ. Quæ autem, quod Deo convenit, declarant proprie, ſine his, quorum gratia fit diſpenſatio, Unigenito Deo attribuuntur, inter quæ Filius primum eſt ejuſdem naturæ cum Patre; nam neceſſe eſt, alterum horum alterum de unigenito vere affirmare, ſcilicet ſi eſt Filius, Creaturam non dici, ſi vero creatus eſt, a Filii appellatione eſſe remotum.

LIBER IV.

„In hac Oratione S. Gregorius in primis „in Eunomium invehitur, quod actuoſus de divina generatione immoretur in corporali naturæ ratione, in abominando ac fœdo Sermonis apparatu, naturam ſordibus inquinans, libidinesque humanæ generationis publicans, propoſito argumento relicto. Deinde contra eumdem aſſerit, in divinis genitum quidem eſſe confitendum, minime vero genitum gennema ſive progeniem eſſe appellandum, cum hæc vox pro- „prie

Filius gennema male vocatur.

„prie de inanimis, vel per metaphora
„his, qui ad imaginem improbitatis i
„fingunt, a Sacra Scriptura ponatur.
„etiam eadem S. Scriptura in explicand
„neratione divina voce *Verbum* vel
„utitur.

2. „Sed pergit Eunomius, dicens
„nitam eſſe a Patre Filii eſſentiam no
„abſceſſum, ſed ſola ejus, qui genuit
„luntate ſortitam, ut eſſet. Sic igit
„Eunomio filius pars Creaturæ eſſe aſſ
„& a Patris eſſentia alienus, & disju
„quod utique refutat Apoſtolus, qui
„ſolum Filium vocatum eſſe ait, om
„etiam Angelis præſtantiorem; utpot
„ab ipſis adoratur, idem ſemper ipſe,
„nus, adeoque verus Deus eſt. *Hebr.*

]uomodo icatur rimoge- itus.

3. „Verum fortaſſe ex ipſis Apoſt
„verbis dicent interrogantes; quomodo
„*mogenitus Creaturæ* nominatus eſt, ſi
„erat Creatura? Aſt quater ab Apoſtol
„mogeniti nomen dictum eſt, ſed differ
„modo enim dicit primogenitum omnis
„turæ. *Coloſſ.* 1. Rurſus primogenitu
„multis fratribus. *Rom.* 8. Deinde prim
„nitum ex mortuis. 1. *Cor.* 15. In ep
„vero ad Hebræos abſolutum eſt primo
„nomen. *Hebr.* 1. A poſtremo igitur
„piendo: *Cum iterum*, inquit, *inducit pri*
„*nitum in orbem*, adjectio particulæ *i*
„hoc non primo fieri oſtendit. Igitur i
„ſæculorum terribilem ejus apparitionem

„

ermone ſignificat, quando non amplius ſervi forma conſpicitur; ſed in ſolio reg. ſedens, ab Angelis adoratus, judicans bem in juſtitia, non repudiat primogeti nomen, quod ſemel pro nobis ſuſcet. His ſic intellectis nullus amplius dutet, cujus gratia ex mortuis ſit primoenitus, vel Creaturæ, vel in multis fratibus; hæc enim omnia ad eumdem ſcoam ſpectant. Nam primogenitus ex morüs fit, qui primus per ſe acres mortis lores ſolvit, ut omnibus viam faciat ad tum, qui fit ex reſurrectione: in fratris primogenitus factus eſt, qui novo reerationis partu prior genitus eſt in aqua, jus partum columbæ volatus obſtetricas eſt, per quem eos ſibi fratres aſciſcit, primogenitus efficitur eorum, qui poſt ſum ex aqua & Spiritu regenerantur. Et ſummatim dicam, cum tres ſint in nos generationes, una ex corpore, altera cundum regenerationis myſterium, tertia er ſperatam ex mortuis reſurrectionem; his tribus primogenitus dicitur. Denie primogenitus omnis Creaturæ dicitur, uia caro factus eſt nova Creatura, & noa Creatura per reformationem veteris ævaricatricis effecti ſumus, cujus ipſe ax fuit: quod enim non ſecundum ante ternam exiſtentiam filio nomen primogeiti applicatur, Unigeniti appellatio teſtar: nam qui vere Unigenitus eſt, fratres on habet.

4. „Sed

Generatio divina ſine paſſione.

4. „Sed ad eos, qui divinæ gener
„affectum connectunt, redeundum eſt;
„per hoc genitum eſſe Dominum negan
„affectum intelligant, qui Deo non c
„tit. Verum ſi cum generatio aliqua e
„ſit, & ut ait Evangelium, quæ deſup
„& carnis, & ſanguinis affectum non a
„tit, jam adverſarii audeant dicere
„non eſſe generationem deſuper, vel i
„per carnis affectum eſſe, quod tame
„admittunt, ſed affectibus obnoxiam
„rialem, iis vero expertem immate
„dicere debent, quæ impaſſibilitati c
„minime repugnat: ſicut divina virtus
„abſque labore, & materia, ita genera
„que labore, & fluxu.

Filii ſubſtantia præſtantiſſima.

5. „Pergit Eunomius, & non mod
„tris, ſed & Unigeniti ſubſtantiam m
„propriam, & primam confitetur: ſe
„modo ejus etiam ore veritas prædi
„Nam ſi commune eſt in utriſque Pa
„Filio, quod eſſentiæ maxime propri
„& primum, quam cauſam habet, di
„eſſentias a ſe invicem disjunctas, &
„ratas eſſe? & quomodo in ipſis inſp
„differentia, cum principaliſſima eſſenti
„lem imminutionem admittat?

Filius non eſt factura.

6. „Ulterius dicit Eunomius, prop
„primam & ſolam actu Patris ſubſiſte
„eſſentiam ad ſe ipſam admittere gen
„tis, germinis, facturæ, & Creaturæ a
„lationes. Sed Eunomius prius oſte

Eccleſiam fruſtra credere, vere eſſe unigenitum Filium ſecundum naturam per viam generationis ex eo, qui eſt, exiſtentem; haec primum ut falſa arguat, & tunc de conſequentibus diſputator perſuaſorius erit. Cum econtra nobis ad noſtri Sermonis demonſtrationem ſufficiat, quod habeamus a Patribus venientem ad nos traditionem, quae nobis tradidit Patrem & Filium, non vero Creatorem, & opificium in cognitione Dei; nam qui dicit facturae appellationem Filio congruere, dicet etiam facturae filii appellationem naturae convenire.

7. „Sed ad ea, quae ſequuntur, tranſeamus; immediatam Filii ſine ullo medio conjunctam eſſentiae generationem aſſerit, & impaſſibiliter ſervare cum eo, qui genuit, fecit, & creavit relationem. Verum in hoc Eunomius abſurdo dogmate non ſolum deceptus eſt, ſed etiam in libris Theognoſtis quid ſimile invenitur, ubi dicitur, Deum volentem hunc mundum conſtruere primum Filium velut normam opificii prius ſubſtituiſſe. Sic igitur, ſi propter mundum Dominus, & non propter illum omnia, honore majore dignanda eſſent quam Dominus omnia, quorum gratia illum genitum aſſerunt. Sed comiter agit in reliquis dicens, cum nullo eorum, quae per ipſum & poſt hunc facta ſunt, comparari. Aſt hoc idem de reliquis Creaturis dici poteſt; non enim cum terra cœlo eſt comparatio.

Cum nulla Creatura comparatur.

8. „Rur-

Eſſentia Patris, & Filii non differunt.

8. „Rurſus eſſentias Patris & Filii ſ
„ratas a ſe differre autumat Eunomius.
„rum qui eſt in forma Dei non alio, quo
„charactere præter Patrem formatus eſt,
„eſt character ſubſtantiæ Patris, forma
„tem Dei idem eſt cum ſubſtantia. Si
„tur in forma Dei eſt, &, in Patre cum
„paterna gloria ſignatus eſt. *Joan.* 14. (
„circa, qui vidit Filium, vidit Patrem;
„nitatis imago, & gloriæ ſplendor, &
„nia quæcunque ejusmodi, Filii eſſen
„cum Patre non habere diſcrepantiam te
„tur; ergo aperte blaſphemia adverſari
„refellitur.

LIBER V.

Filius adorandus.

1. „In hac Oratione inprimis notat S.
„gorius nihil eorum, quæ per
„tionem facta ſunt, adorándum eſſe ab
„minibus: ſi ergo adverſarii dicant Dei
„lium creatum eſſe, neceſſe eſt, nec D
„Verbum, quod in principio erat, ado
„Vel ſi Eunomius non audeat negare,
„ſunt in Evangeliis miracula, quibu
„adorandum eum inducimur, pari ho
„creatum, & increatum afficiendum eri
„ſic creatus Deus nullam in natura pr
„gativam haberet præ alia Creatura, &
„rum pluralitas introduceretur.

Quomodo factus.

2. „Hoc ſuppoſito dictum illud a P
„Judæis examinemus, quod *Dominum i*
„*& Chriſtum fecit Deus hunc ipſum Je*
„

n vos crucifixiſtis. Act. 2. Dicitur a no-
, non ad unigeniti divinitatem pium
referre verbum, *fecit*, ſed ad ſervi
nam ſecundum tempus adventus in car-
per incarnationem factam: ad cujus dog-
is confirmationem proponemus ea, quæ
agno Baſilio ſunt expoſita, quæ a veſti-
ſequemur.

. „Sed inſurgit contra nos & Baſilium *Accuſationes Eunomii.*
iomius, cujus accuſatio talis eſt, nos
er cruce Chriſti erubeſcere, & Sanctos
iinari, in homine hominem exinani-
i eſſe dicere, atque ante adventum per
iem Domini ſervi formam habere pu-
:, & homini redemptionem attribuere,
sque Chriſtos, & Dominos in dogmate
rere; vel ſi hoc non aſſerimus, ſaltem
n ante paſſionem non dicere Unigenitum
Chriſtum & Dominum. Ut igitur hanc
phemiam fugiamus, oportere autumat
confiteri, factam eſſe Filii eſſentiam,
i ſic etiam Petrus Apoſtolus tale dogma
ria voce confirmet. Hæc accuſationis
capita: nam quæcunque ad maledi-
iam & convitia contra nos ſunt elabo-
, ut ad rem nihil pertinentia tacitus
teribo.

„Repetentes igitur a principio contra *Crucem non erubeſcimus.*
ula crimina ſtabimus. Principium ac-
tionis erat, nos crucis pudere. Verum
Deum per crucem manisfeſtatum ſic
„arbi-

„arbitramur colendum eſſe, ſicut Pater co „litur & honoratur, adverſariis vero paſſi „ſit impedimento, quominus Unigenitu „Deum æqualiter ac Patrem, qui ipſum g „nuit, glorificent: in contrarium vertunt „Sophiſtæ crimina, qui etiam ſcribit, Deu „qui in omnibus eſt, in carne factum eſſ „vel fieri poſſe, & crucem tuliſſe.

Neminem calumniamur.

5. „Ad alterum accuſationis caput tra „ſeamus. Dicit: Sanctos a nobis in inv „diam rapi, & per calumniam peti. Sed „ipſe audivit calumniantium verba, refer „vel per teſtes veram culpam oſtendat; „vero ex eis, quæ ſcripſimus, demonſtret, „citet dicta, & culpam recipiemus; atq „nihil tale proferet unquam. Petrus, inqu „Apoſtolus: Dominum & Chriſtum fe „hunc ipſum Jeſum, quem vos in cruc „egiſtis. Sed ſequitur: dextera Dei exalt „tus. Sed Deus altiſſimus cum ſit, non i „diget, ut ſublimetur: igitur Apoſtolu „quod humanum eſt exaltatum eſſe dic „quia Dominus, & Chriſtus factus eſt.

Filius ante incarnationem non erat homo.

6. „Sed ad accuſationis validius tel „pergamus. Ait, nos hominem in hom „ne exinanitum eſſe affirmare, & eu „qui formam ſervi aſſumpſit, hominibus co „formem eſſe, etiam priusquam hanc fo „mam aſſumpſiſſet. Verum nihil horum „noſtris, & doctoris Baſilii ſcriptis occurr „ſed & hanc culpam in accuſatores tra „ferri oſtendemus. Nos dicimus Unige

„tu

„tum Deum, qui per ſeipſum produxit om„nia: Unum autem eorum, quæ ab ipſo fa„cta ſunt, & humanam naturam eſſe, quam „lapſam in peccatum, & mortem rurſum per „ſemetipſum ad immortalem vitam traduxit „per hominem a ſe aſſumptum. Hic noſter „eſt Sermo. Eunomius vero ait, ipſum crea„tum exiſtentem ad ſibi cognatum veniſſe, „nec humiliorem ſubiiſſe naturam, ſed quod „erat, hoc factum eſſe, excepta proprietate „corporis ad id, quod corporis eſt expers. „Non ergo juxta nos, ſed ſecundum Euno„mium creatus homo in ſeipſum evacuatus „eſt, qui etiam ſalutis noſtræ cauſam Crea„turæ aſſignat.

7. Rurſus ante adventum in carne in ſervi „forma eſſe Dominum nos affirmare, mera „calumnia eſt; nam nihil horum ex iis, quæ „aſſerimus, principium habere poteſt. Qui „enim in Patris gloria verum Filium eſſe de„terminat, quomodo in ſervi forma æternam „Unigeniti gloriam contumelia afficeret?

Non duo Chriſti.

8. „Sequens accuſatio ſimile abſurdum „habet: duos enim Chriſtos & duos Domi„nos dicere nos inſimulavit, ad arbitrium „pro ſuo jure mendacio utens. Sed ex no„ſtris ſcriptis nos convincere contendit. Ve„rum quæ a Magiſtro Baſilio dicta ſunt, rur„ſus inſpiciamus, per quæ iſte contra nos „putat crimina intentare. Non Theologiæ „modum nobis tradit, inquit Baſilius, ſed „œconomiæ ſive diſpenſationis rationes, qui

„dicit, quod Dominum ipſum & Chriſtum fecit Deus hunc filium, quem vos crucifixiſtis; voce demonſtrativa ad id, quod humanum eſt, incumbens. Hi vero duo Chriſti unde ab Eunomio intruſi ſunt? qui ex eo, quod ſuperexaltatus poſt paſſionem Chriſtus dicatur, duos ſuperexaltatos admittere debet, vel negare unum altiſſimum. Nos ergo ſuperexaltatum ex paſſione Dominum, eum Dominum & Chriſtum factum eſſe aſſerimus per unionem cum vero Domino, & Chriſto, ſcientes, quod divina quidem natura ſemper eadem eodem modo ſe habet, caro vero cum divinitate temperata ad id, quod ſupereminet, aſſumitur: carnis tamen & divinitatis proprietatum inconfuſa permanet contemplatio.

LIBER VI.

Purus homo ſalutem noſtram operatus non eſt.

1. „Aliam calumniam Eunomii S. Gregorius hic refutat, qua nos accuſat, nos docere, communem ſive purum hominem univerſi ſalutem operatum eſſe. Verum tantum abeſt, ut ad communem hominem cauſam omnem rationem ſuperantis gratiæ adducamus, ut etiam, ſiquis ad Petrum, Paulum, vel Angelum hanc operationem referret, ei anathema diceremus. Similiter aliam calumniam Eunomii in nos affert Gregorius, dicentis: ecquid ſervi formam habens, formam ſervi accipit? Sed nullus mente præditus tale quid dixerit, nec creatum Creatorem ſicuti vos admittet.

2. „Me-

2. „Meminit hic iterum dicti S. Petri, *Communicatio idiomatum.*
[qu]ia *Dominum & Chriſtum fecit eum*, & il-
[l]ius ad Hebræos, *Chriſtum* a Deo *Apoſto-*
lu[m] & ſummum Pontificem factum eſſe. Hebr. 6.
Et poſtquam prolixa apologia accuſationes
[c]ontra S. Baſilium ab Eunomio jam produ-
[c]tas iterum diluiſſet, oſtendit Unigenitum
[F]ilium, & Verbum, quod erat in principio,
[c]arne aſſumpta Dominum factum, quod
[e]tiam ipſe Eunomius dicere debet: tan-
[d]emque divina & humana nomina propter
[n]aturarum unionem utrique naturæ acco-
[m]odat.

LIBER VII.

„Quoniam autem ait Eunomius nomen *Dominus non ſignificat eſſentiam.*
„hoc *Dominus* de eſſentia Unigeniti,
[n]on de dignitate enuntiari, dicente Apo-
[ſ]tolo: *Dominus autem Spiritus eſt.* 2. *Cor.* 3.
[O]pportunum fuerit, neque hunc errorem
[in]correctum deſpicere. Dictionem *Dominus*
[e]ſſentiæ ſignificativam aſſerit. Sed ſi di-
[c]tum eſſet a Paulo, Dominus eſſentia eſt,
[n]os ejus dictis aſſentiremur; quia vero in-
[ſ]piratus a Deo Sermo Dominum Spiritum
[e]ſſe dicit, Eunomius vero dominationem
[d]icit eſſentiam, *Spiritus* dictionem pro eſ-
[ſ]entia a Scriptura poni probare debet, quod
[n]umquam præſtabit. Et quia citatis verbis
[P]aulus addit: *Ubi autem Spiritus Domini,*
[l]ibertas eſt. Si igitur Dominus eſt eſſentia,
[e]ſſentia autem Spiritus, quænam rurſus eſt
[e]ſſentia eſſentiæ, ſcilicet Spiritus Domini?

„Quare cum Unigenitus in Scriptura Deus „& Dominus vocetur, non poteſt Eunomius „differentiam aliquam in Filio, & in Patre „mente concipere: ſiquidem in ambobus com„mune eſt hoc nomen, imo vero non hoc „ſolum, ſed longa eſt nominum recenſio, „quibus Unigenitus cum Patre indifferenter „nominatur.

Deus genitus dici poteſt.

2. „Sed arguit Eunomius, neminem ge„nitorum quidquam nominare ingenitum, „neque eum, qui eſt in omnibus Deus, „filium vel genitum. Verum bona eſſet ra„tionis conſequentia dicere, quod nihil eo„rum, quæ genita ſunt, eſt ingenitum; „nunc vero inferre, quod neque genitus eſt „Deus, manifeſte ab eo, quod eſt Deus, „Unigenitum Deum abſtrahere eſt, dum ex „eo, quod ipſe non eſt ingenitus, neque „Deum eſſe aſtruitur: quod jam multoties „refutatum eſt.

3. „Pergit autem Eunomius: per diffe„rentiam nominum, quæ eſſentias ſignifi„cant, ſimul demonſtrari eſſentiarum diſcri„men. Quænam igitur ſunt hæ eſſentiarum „appellationes, quibus in Patre, & Filio na„turæ diſſidium demonſtratur, cum & Pater „Deus, & Filius Deus, & omnia Theolo„giæ nomina æqualiter de Patre & Filio di„cantur? Quin etiam nomina juſtus, & reli„qua magis decet divinæ naturæ accomo„dare, quam geniti & ingeniti cognomina„tionem; quia juſtum, & quæcunque ſunt

„ejus-

modi ſoli proprie ſuperanti omnem men-
naturæ congruunt, genitum vero etiam
his, quæ inter inferiores Creaturas
it canis ſunt viliora, nominis habent
mmunionem. Imo hoc nomen Ingeni-
etiam cum eo, quod non exiſtit, ha-
neceſſitudinem; ingenitus enim etiam
tur minotaurus & chimæra, quæ ne-
lem in rerum natura ſunt. Quodſi por-
in his nominibus geniti, & ingeniti eſ-
iæ diſcrimen ponitur, ſicut in igne &
a, uti Eunomius dicit, omnino etiam
uptivam contrarietatem in Patre & Fi-
admittere debet, quod horribilis blaſ-
mia eſt.

LIBER VIII.

Ex eo, quod non eſt, ad id, quod *Deus*
,,eſt, Unigenitum prodiiſſe, horri- *æternus.*
, Deumque negans Eunomii dogma
c refutandum eſt: qui ita argumenta-
Si erat, non eſt genitus, & ſi geni-
eſt, non erat. Sed primum quidem
c in ſeipſo Sermonem conſiderandum
dico ſine reſpectu ad eam, quæ nobis
cum adverſariis, pugnam, & tunc de-
n ad confutationem dictorum venien-
i eſſe. Veræ divinitatis unum indicium
ræ Scripturæ Sermo indicat, quod Moy-
udivit ab eo, qui dixit: *Ego ſum, qui*
Exod. 3. Ergo hoc ſolum numen vere
credendum eſt, quod ſecundum æter-
tem & infinitatem in eſſe deprehendi-

 ,,tur;

„tur; quod autem æternum non eſt, ut a
„num a vera deitate idololatris adorand
„relinquimus.

Filii æternitas. 2. „Cum igitur Evangeliſta in Unige
„undique *quod non eſt* exterminarit, &
„continuam verbi, *erat*, repetitionem, q
„non fit, ſuſpicandi occaſionem expunx
„ipſum vero Unigenitum & Deum, & V
„bum Dei, & Filium Dei, & æqualem l
„ubique nominaverit, ſemper credendum
„ipſum eſſe Deum, & numquam non e
„& quia ſemper eſt in Patre, & in æte
„tate ejus, omnino æternus eſt, & n
„quam ex non ente incepit.

Voluntas Dei eſt opus ſimul. 3. „Sed dicunt: Volumus prius Pat
„voluiſſe, deinde ſic veniſſe ad id, ut
„ter fieret, & per hoc poſterioritatem Ve
„aſtruunt. Verum in ſimplici & omnipot
„natura ſimul omnia, & in eodem inſt
„intelliguntur, & velle bonum, & hal
„quod voluit: quoniam igitur ſuper o
„bonum unigenitus eſt, & Patri bonum
„eſt præter voluntatem, etiam immediata
„Filii cum Patre connexio, neque arc
„ab individua cohæſione voluntas, quæ
„næ naturæ ſemper ineſt.

Filius ſemper erat. 4. „Non erat, inquit Eunomius, a
„propriam generationem. Ergo procul
„bio etiam ait, quod non erat veritas, qu
„do ille non erat, non erat lux, non
„incorruptibilitas, non aliud quidquam

„Fi

um, quæ in Deo intelliguntur. Præterea non erat ſplendor: non erat Character ſive figura. Quare cum Filius non eſſe dicitur, etiam Patris non exiſtentia neceſſaria conſecutione adſtruitur: ſi enim alterum alteri cohæret continenter, ſecundum apoſtolicum teſtimonium, & ſplendor gloriæ, & Character ſubſtantiæ, & ſapientia Dei, qui alterum conjunctorum negat eſſe, unius ablatione reliquum funditus ſuſtulit.

5. „Inſtat Eunomius, Dominum Creaturæ nihil differre ab iis, quæ communia ſunt Creaturæ. Sed quam falſum hoc ſit, manifeſtum eſt: neque enim in principio erat Creatura, neque apud Deum erat, neque Deus erat, neque lux, neque reſurrectio, neque reliqua nomina, quæ Deum decent, neque quid ejusmodi eorum, quæ ad gloriam Unigeniti a Scriptura dicuntur, ut ſublimiores illas voces omittam, nempe: *Ego in Patre, & Pater in me.*

Filius a Creaturis differt.

LIBER IX.

In hac Oratione S. Gregorius Eunomii argumentum ex verbis Philonis petitum: Deus ante alia quæcunque genita: affert, & ſubjungit. „Tunc enim bonum erat, & decens generare Filium, quando voluit; & hoc putat eſſe cauſam, propter quam Pater differt, ut talis filii ſit Pater. Verum ſi bonum & decorum Deo talem habere Filium, cur non ſemper bonum cum ipſo

Pater ab æterno Pater.

 „eſſe

„eſſe creditur? Atqui omnis boni plenitu
„eſt Filius, & ſemper Filius in Patre cernitu
„cui natura eſt in omni bono perfectio. S
„inquit, nulla ſit inquiſitio, cur non pri
„Verum quamdiu nullam cauſam poteris re
„dere, propter quam pium eſt dicere F
„lium poſterius a Patre genitum eſſe, in
„tum tibi edictum erit apud prudentes.

Generatio Patris æterna. 2. „Sed rurſus Eunomius contra nos a
„ſurdum præſtruit, dicens: cum omnis g
„neratio non extendatur in infinitum, n
„ceſſe eſt eos, qui filii generationem adn
„ſerunt, ceſſaſſe generari, cum ex ipſa n
„tura, tum ex divinis legibus. Verum co
„poralium generationum manifeſti ſunt aff
„ctus, quos nullus ad divinam generati
„nem transferret, quæ principium & fine
„utpote æterna, non habet, & infinita e
„& natura teſtis non fide digna ad divin
„naturæ doctrinam applicatur. Quod aute
„ex divinis legibus Eunomius profert, q
„pollicetur & finem & principium divin
„generationis demonſtrare, hoc eſt, die
„operis ſui conſummationis depoſuit,
„eſſet principii fides & documentum; n
„enim primum generationis diem, in q
„ab operibus mundi requievit, in memoria
„mundi creationis dedit. Sed hæc prob
„tio difficultatis nodum plane non tangi
„nec refutatione indiget.

Ingenitus non eſt genitus. 3. „Quod autem ipſe aſtruit, ingenitu
„a nobis Unigenitum Deum dici, æqua
„eſ

ac ſi dicat, quod etiam Patrem geni-
deſiniamus: non tamen quoniam per
lum generationis ipſum eſſe dicimus,
ı non fuiſſe aliquando per hoc approba-
us. Quoniam enim vitæ principem, &
mmet vitam Unigenitum Deum ex Scrip-
didicimus, & lucem, & veritatem,
uidquid eſt nominatu & intellectu dig-
ı, impium dicimus eſſe, cum eo, qui
eſt, contemplari non exiſtentiam ante
ſtitutionem: ſic enim priusquam factus
t Filius, neque lux, neque veritas, ne-
bonitas, ſed his contraria, tenebræ,
dacium, & malum fuiſſent.

ı „Sed forte dicet aliquis, quod, cœ- *Filius*
ı cum non eſſet, nihil erat illi contra- *ſemper ve-*
n, ſic & filio nondum genito, qui eſt *ritas erat.*
tas, non plane cogimur contrarium fuiſſe
ſiteri. Cui reſpondendum eſt, quod cœ-
nihil eſt oppoſitum, niſi forte quis ip-
ı non eſſe oppoſitum dicat: virtuti au-
ı, quod ſecundum vitium eſt, virtus
erſatur, virtus autem Dominus. Quare
um ſi non erat, nihil erat, bonum au-
ı ſi non erat, contrarium erat. Atqui
er, inquit, omnino perfecta eſt virtus,
rita, & lux, ita ut non ſit neceſſarium,
ndo unigenita lux nondum erat, ex
trario intelligi tenebras. Sed meus eſt
mo, quod neque umquam tenebræ
nt; neque enim unquam non fuit lux.
odſi vero alia eſt lux ingenita ab æterno,
ı vero, quæ generatur, neceſſe eſt pe-

„nitus

„nitus æternæ luci numquam locum in
„nire adverſari oppoſitum: ſemper enim lu
„lucente in ea tenebrarum operatio temp
„non habet, in ea autem luce, quæ ſe
„eſt, medias interceſſiſſe tenebras depreh
„detur.

LIBER X.

Deus incomprehenſibilis.

1. „In hac Oratione Eunomius adve
„eos, qui humanam naturam ad
„comprehenſibilium plenam intelligent
„imbecillam eſſe confitentur, acriter de
„tat, hisque verbis noſtrum dogma e
„nuat: neque enim ſi mens alicujus pro
„malevolentiam tenebris offuſa ſit, ut
„ea, quæ ſunt ante pedes, videat, ide
„conſequens eſt, neque ab aliis homini
„eorum inventionem attingi poſſe. Ve
„qui gloriatur, ſe eorum, quæ ſunt, ſci
„tiam adeptum eſſe, quod minimum eſt
„rum, quæ nobis ante oculos appare
„quæ ſit ejus natura, nobis explanet,
„ex eo, quod notum eſt, de eo, quod
„cultum eſt, fidem faciat: quænam
„formicæ natura nobis explicet, deinde
„tentiam illam, quæ omnem intellectum
„perat, phyſice tractet. Quodſi formi
„cognitionem nondum conſecutus eſt, q
„modo eum, qui in ſeipſo omnem comp
„ſtitur Creaturam, comprehenſiva ratione
„complexum eſſe jactitat?

2. „Se

2. „Sed ait : ergo fruſtra Dominus ſeip- *Chriſtus quomodo oſtium.*
m oſtium nominavit, ſi nullus eſt, qui
grediatur ad Patris cognitionem : fruſtra
iam lux, ſi ad eam non illuminet. Ve-
m per hæc Dominus non præſtruit com-
ehenſibilem eſſe Dei eſſentiam, ſed oſtium
citur circumſtantiæ, & domus refugii,
æ ingredientes admittit, & qui ſunt in-
s ſervat, & ad virtutum paſcua educit.
ıx vero dicitur, quia ignorantiæ caligi-
m diſpellit, non vero hæc nomina eſſen-
m Dei explicant, quem *nemo unquam*
lit, ſed nec videre poteſt. 1. *Tim.* 6.

3. „Verum ulterius probare vult Euno- *Chriſtus vita æterna.*
us, aliud quidquam præter Filium eſſe
tam æternam; hæc autem, niſi in Uni-
ito ſpectetur, vana fides demonſtrabi-
r, inanis prædicatio, ſuperfluum baptiſ-
a, Martyrum cruciatus incaſſum tolerati,
tiles Apoſtolorum ſudores. Cur enim
riſtum annuntiarunt, in quo æternæ vi-
non eſt poteſtas, cum ipſe dicat : *Ego*
s vita? Sane non communis etiam bel-
is, ſed æterna : quæ æque in Patre, &
lio eſt.

4. „Urget Eunomius : Unigenitus Deus *Filius in ſinu Patris.*
Patris ſinibus eſt : ergo proprie non eſt.
d ſi quidquid eſt in aliquo, funditus e
um natura ſublatum eſt, adeoque cor
cerebrum in nobis plane in nobis non
, imo & Pater non eſt, qui juxta Evan-
lium eſt in Filio. Dum vero dicunt :
„quan-

„quando non erat Filius, quid conti
„Patris ſinus? Reſponſio patet, ſcili
„quod numquam non erat Filius.

Filius Patri non ſubjectus.

5. „Præterea a Patre Filii eſſentiam
„perio regi, ſive Patris dominio ſubjici
„tumat Eunomius. Sed S. Paulus Chriſ
„& ipſe Chriſtus ſe Dominum eſſe prot
„tur. *Joan.* 15. Non vero ſervum. Sed
„taſſe dicet refractarius, eumdem & ſer
„& Dominum eſſe, præpotenti quidem
„jectum, reliquis vero dominantem.
„cum ſimplex ſit ſecundum naturam Di
„nus, quomodo in ſubjecto contrari
„duplicitas eſſe poſſit, ſervitute cum do
„natione contemperata? Nec juvat dic
„natura quidem ſervum eſſe, nomine
„Dominum. Sed qui Unigenitum Deum
„vum natura aſſerit, hunc ſibi conſerv
„aſtruit, & vel fidem negabit, vel ſerv
„adorabit, imo Patrem ipſum, cujus o
„ſunt, quæ habet Filius, in ſervitutem
„diget.

LIBER XI.

Filius bonus.

1. „Eunomium ulterius perſequitur Gr
„gorius dicentem: ſolum appel
„tione boni dignum Patrem eſſe, & illi
„hanc appellationem deberi, ut Filio eti
„adſtipulante, illi ſoli bonitas competat. S
„ſi Patri ſoli bonitatem autumat conveni
„ab hac excludit, quidquid in rerum nat
„intelligitur excepto Patre, ita ut cum o

„nil

nibus etiam Unigenitus Deus a bono excludatur, ex adverſo reſpondens habet nomen, ad quod Unigeniti notionem extrudere Chriſti oppugnator nititur, alius Manes, vel Bardeſanes Eccleſiæ factus. Sane quid magis improbum, quam negare eſſe bonum, qui pro noſtra morte ſe pretium dedit? humanius egit Marcion, qui Deo Evangelii bonitatem attribuit, vos autem Unigenitum Deum a boni natura ſecernitis, ut etiam ipſum Marcionem dogmatis pravitate præcedatis. Certe Filius Deus eſt, & unus Deus cum Patre? ergo æque ac ipſe bonus eſt.

2. Sed ait: cum dicitur, nullus bonus niſi unus Deus, *unus* dictio Filium boni communione ſecernit. Verum in Patre, & Filio, quod unum eſt, non in ſolitudine, & ſingularitate conſpicitur: *Ego* enim, inquit, *& Pater unum ſumus*. Si igitur unus quidem bonus, unitas autem quædam in Filio intelligitur: ergo Dominus, qui uni bonitatem attribuit, & ſibi ipſi per unius cognominationem aſſignavit, utpote qui a Patris unitate ſecundum naturam non ſit divulſus. *Quomodo unus Deus bonus.*

3. „Sed dicit progrediens: Unigenitum tanto eſſe divina natura inferiorem, quanto ab illo ad humilius Angelorum naturam deſcendit. Verum ſic in Angeli ordinem redigit eum, qui eſt Angelorum Dominus. *Hebr.* 1. Sic & Moyſes, cum eum Ange-„lum *Filius non eſt angelus.*

„lum prius nominaſſet, ipſum eſſe eum, (
„eſt, verbis ſequentibus edocet, & per
„pellationem ejus, qui eſt, eam, quæ eſt
„cundum eſſentiam filii cum Patre, natu
„lem proprietatem. Quodſi etiam Eſai
„velit objicere, qui dixit, nomen ejus
„cari *magni conſilii Angelum*, neque ſic
„ſtrum everterit Sermonem; quia Incar
„tionis myſterium per vaticinium ſignifi
„tur, uti ex ſequentibus patet. *Iſa.* 9.

Euchariſtia, Confeſſio. 4. „Quoniam igitur Eunomius aug
„nomina aſpernatur, per quæ divinioris
„nerationis virtus participantibus per fid
„gratiam tribuit, deſpicit autem myſtico
„ſymbolorum & rituum communionem, q
„modo non videtis fidei perſecutorem?
„enim venerandorum nominum Sanctæ Tr
„nitatis confeſſio eſt inutilis, inutiles eti
„ſunt Eccleſiæ ritus: in his autem riti
„eſt ſigillum, deprecatio, Baptisma, p
„catorum confeſſio, ad mandata prompti
„do, morum emendatio, temperanter,
„ſobrie vivere, cupiditatibus non aſſueſce
„a virtute non deficere. Si igitur nil hor
„ad vitam bene inſtituendam conferre a
„tumat, neque myſtica ſymbola eſſe opti
„remedia ad conſervanda animi bona, n
„que depulſiones illectamentorum, quæ ca
„dentibus a maligno inſidioſo ſtruuntur
„quid amplius illi, qui in Helleniſmo p
„manent, ad calumniam noſtræ doctri
„proferunt?

LIBE

LIBER XII.

Valentiſſimam demonſtrationem Euno- *Quomodo*
„mius putat ſe habere verbum Do- *illud,*
i ad Mariam, quod poſt reſurrectionem *aſcendo ad*
eam dixit: *Noli me tangere, nondum* *Patrem,*
n aſcendi ad Patrem meum. Sed vade ad *intelligatur.*
res meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem
m, & Patrem veſtrum, Deum meum, &
m veſtrum. Joan. 20. Verum quod di-
itati Unigeniti verba ad Mariam facta non
gruant, patet manifeſte, quia ille diſci-
os fratres non ut Deus habet, ac palpari,
loco circumſcribi non poteſt. Qui ergo
omnia, cum ad æqualitatem humanæ
vitatis ſeipſum humiliaſſet, ille eſt, qui
quæ dicta ſunt, loquitur.

. „Aliam demonſtrationem retexit Eu- *Filius lux*
nius dicens: Filius quidem vera lux di- *vera &*
ır, Pater vero lux inacceſſa. Definitio- *inacceſſa.*
igitur adjectæ ſecundum majus diffe-
tiam paternæ lucis denotant; aliud enim
verum, aliud inacceſſum. Verum hæc
cum illa non diſſidet, & qui alterna-
it in utroque tales appellationes, non
rrabit; nam & verum eſt falſo inac-
ſum, & contra inacceſſum in pura ve-
ate comprehenditur. Ergo idem eſt ve-
n, & inacceſſum, quoniam ex æquo, quod
utroque ſignificatur, malo eſt inacceſ-
n. Deinde cum Apoſtolus dicit, *qui*
itat lucem inacceſſam. 1. *Tim.* 6. Oſten-
„dit

„dit in Filio Patrem eſſe ; Filius enim e
„lux vera, inacceſſa autem falſo eſt verita
„Lux igitur inacceſſa eſt Filius, in quo P
„ter habitat, vel certe in quo eſt Pater.

Genitum & ingenitum quomodo opponantur.

3. „Nugatur denique Eunomius dicen
„ſi, cum genitum, & ingenitum contra
„modo ſe habeant, ex æquo lux genita
„ingenitam lucem ſubiret, hæc quidem lu
„fiet, altera vero tenebræ. Verum ne
„noſtrum ita decipiatur, ut, cum genitu
„cum ingenito modo contrario ſe habeat ſ
„cundum ſignificatum, alterum altero inf
„riorem exiſtimet : omne enim oppoſitu
„non in contentionis remiſſione differentia
„ſed in abſoluta ſecundum ſignificatum co
„trarietate differentiam habet, uti genitu
„eſſe, vel non genitum eſſe ; quorum uni
„ſublatio oppoſiti eſt poſitio. Unde genitu
„eſſe non remiſſionem ejus, quod non geni
„tum eſt, animadvertimus, ſed oppoſitio
„nem, & contrariam differentiam medio c
„rentem, quod nullo modo cum altero com
„mercium habet, neque in pauco neque i
„majore. Quare ſi etiam in luce eamde
„differentiam, quam, quæ eſt in genito a
„ingenitum, inſpicit Eunomius, noſtrum n
„petam Sermonem, quod ſicut illic alte
„contradictionis pars incommunicabilis cu
„oppoſito manet, haud aliter, ſiquidem u
„parti oppoſitorum lux congruat, reliquu
„conjugatum tenebris procul dubio demo
„ſtrabitur, oppoſitiva neceſſitate proportion
„habita cum præcedentibus, & lucis ratio
„nem ad oppoſitum diſcrepare faciente.

LIBE

LIBER XIII.

In hac ſatis prolixa Oratione S. Gregorius ea fere repetit, quæ in præce[illegible]entibus jam diſputaverat: proinde ea ſo[illegible]m hic referentur, quæ ſpecialem adhuc [illegible]tentionem merentur. ,,Ajunt igitur Euno[illegible]iani: Deus ſecundum naturam ſimplex [illegible] & concretionis expers: ſi ergo ei in[illegible]geniti nomen ineſt, ipſius naturæ nomen [illegible]it, quod ingenitum eſt, nihilque eſt aliud [illegible]atura niſi ingeneratio. Ad quos dicimus; [illegible]uod aliud eſt incompoſiti, & aliud inge[illegible]iti ſignificatum, illud ſimplicitatem ſub[illegible]ti, hoc non ex cauſa eſſe repræſentat, [illegible]uorum neutrum pro alio dicitur. Ergo [illegible]llam ſimplicitas cum ingenito ſecundum [illegible]gnificatum habebit communionem, ut per [illegible], quod eſt incompoſitum, ingeneratio [illegible]tura Dei exiſtimetur, ne duorum abſur[illegible]orum alterum contra ſeipſos eliciant, vel [illegible]egantes Unigeniti deitatem, vel etiam in [illegible]llo ingeniti rationem celebrent.

2. ,,Ex dictis porro inferunt, Filium im[illegible]perfectum poteſtate, deſtitutum vitæ per[illegible]fectione, potenti ſubjectum, nihil a ſe ipſo [illegible],,facientem, præterquam ſiquid ſancitur do[illegible],,minantis imperio, in nullo eſſe honore Deum ,,decente, & digno credere, ſed Deum qui,,dem nominare, omni tamen magnifica no,,tione vacuum nomen circumferre. Verum ,,hæ omnes blaſphemiæ in præcedentibus ,,jam refutatæ ſunt, & in falſo ſuppoſito la-

„borant, quod ingeneratio ſit eſſentia l
„quæ ratione humana comprehendi po
„& quæ cum ſoli Patri competat, Fil
„ab eſſentia Divina excludat.

Dei varia nomina. 3. „Quamvis autem de divina na
„perexiguam, & obſcuram valde per r
„cinationes perceptionem habeamus, ve
„tamen noſtræ facultatis exiguitate con
„per ea nomina, quæ de ipſa pie dicun
„ſufficientem cognitionem colligimus.
„rum vero nominum alia ſunt eorum, (
„inſunt Deo, alia, quæ ab eo abſunt,
„cum juſtum ipſum, & incorruptibilem
„cimus, juſto quidem ineſſe juſtitiam,
„corruptibili vero non ineſſe interitum
„monſtramus. Licet rurſus mutatis ſig
„cationibus, vicevérſa Deo nomina co
„renter accomodare, & uti in Deo con
„riis, dicendo injuſtum non eſſe; null
„enim in iis ſecundum ſignificatum differ
„tiam intelligimus.

Ingeni- ... non eſſentia ... 4. „Eadem igitur ratione ingenitum (
„Deum aſſerimus, ſed ingenerationem l
„eſſentiam eſſe, ad hoc a nobis contra
„ctio occurrit: hoc enim nomen dicimus (
„monſtrativum eſſe, Deum ingenerabili
„ſubſtare, non ingenerationem eſſe Deu
„Nec juvat, quod ante hominum conſti
„tionem erat ingenitus, quia hoc plane (
„hil ad intentum probat: nam primam ca
„ſam ex nulla ſupereminente cauſa hab
„eſſe comprehendimus: ergo Deum, q

„mo

modo ingenito ſe habet, ad nominis formam notitiam hanc adducentes ingenitum nominavimus. Quod igitur per generationem non eſt, ex nominis ſignificatione declaramus, ipſa autem eſſentia, quæ eſt ingenita ſecundum propriam naturam, quænam eſt, nihil ex cognominatione ad conſpiciendum directi ſumus; non enim erat conſentaneum, ut ad noſtram cognitionem accederent, quæ illa complecti non poſſumus.

Deum verbis à nobis inventis nominamus.

5. „Baſilium jam calumniatur Eunomius, quem accuſat, quod Dei providentiam circumcidat; quia non confitetur, ab illo nomina rebus indita eſſe. Sed fuſe eum refutat Gregorius, oſtendens, nos Verborum inventionem ad raciocinandi facultatem a Deo naturæ humanæ inditam revocare: ubi etiam explicat, quomodo Deus in S. Scriptura locutus eſſe dicatur.

Filius non nominetenus Deus.

6. „Ulterius inquit Eunomius. Etſi Deus Unigenitus nominatur, & ſapientia, & virtus, & lux, & veritas, & judex, & rex, & in omnibus Deus, & magnus Deus, & princeps pacis, & pater futuri ſæculi, nominetenus ſolum ipſi eſt honor: non enim eſt particeps dignitatis, quam oſtendit nominum vis, cum etiam viliora ſupereminentibus appellationibus honorentur, quamvis æqualitas appellationis dignitatem non ſequatur. Sed in his futilibus, & ſententia carentibus immorans videor aliquid clam adverſariis gratificari.

Nomina rebus ab hominibus indita.

7. „In ſequentibus S. Gregorius S. Baſi-
„lium docentem nomina incomprehenſibili
„Dei a ratiocinandi facultate humanæ natu-
„ræ a Deo indita ſeu ἐπινοίᾳ eſſe impoſi
„contra calumnias Eunomii iterum fuſe vi
„dicat, & addit eum putaſſe, Deum pri
„parentibus velut aliquem Grammatiſtam ve
„borum, & nominum doctrinam tradidiſſ
„ſine quo. Ili & eorum poſteri Orationis e
„perti fuiſſent. Nos autem dicimus, in
„lectualem animi facultatem talem a D
„factam eſſe, ut ad vitandam cogniti
„rerum confuſionem notas quaſdam, q
„per voces fiunt, cuique rei inderet, q
„& Adam fecit. Nec obſtat, quod in P
„mis dicitur Deus omnes ſtellas no
„vocare; nam per hoc ſolum indicatur, q
„nihil accuratam Dei effugiat cognitio
„Eodem modo S. Baſilium ex jam dictis d
„fendit S. Gregorius contra Eunomium,
„cuſantem eum, quod incorruptibilem, & i

Attributorum Dei diſtinctio.

„genitum Deum univerſorum dicat ſecund
„diverſos mentis conceptus his nominib
„utentes: licet enim divina natura una
„& ſimplex, humana tamen anima b
„jacens, cum non poſſit, quod quæritur, d
„perſpicere multis notitiis, ineffabilem na
„ram multis modis expetit. Nam facilis e
„comprehenſio, ſi unus quidam nobis ad
„vinam cognitionem aditus ſecretus eſſ
„nunc autem per apparentem in unive
„orbe ſapientiam eum ſapientem eſſe, p
„mirabilium mirificentiam potentem eſſe d
„cepimus, & ſic de cæteris, non ſubjecti

„h

„his notitiis diſcindentes, ſed quod ſecun-„dum eſt, unum credentes, id vero, quod „intellectum eſt, aliquid proprii habere cum „his notionibus exiſtimantes. Non enim in-„ter ſe nomina pugnant, ut ſi unum adeſt, „non in eodem intelligatur aliud, ſed eſt talis „eorum de natura divina ſignificatio, ut non „habeant adverſus ſe contrarietatem. Nec horum nominum pluralitas ſimplicitati Dei officit; nam ſi humana mens ob multas diſciplinas, quæ de ipſa dicuntur, nihil in ſua ſimplicitate læditur, quomodo quis Deum putaverit, ſi ſapiens, juſtus, & reliqua dicatur, multis partibus conſtare.

Diſtinctio attributorum per intellectum.

8. „Sed ejus vehementiorem contra nos accuſationem examinemus. Si, inquit, ſecundum id, quod vitæ fine caret, ſolum eſt incorruptibilis, & ſecundum quod principii eſt expers, ſolum eſt ingenitus, quatenus non eſt incorruptibilis, corruptibilis erit, & qua non eſt ingenitus, erit genitus, adeoque ſecundum id, quod principii eſt expers, ingenitus ſimul, & corruptibilis, & ſecundum quod finem non habet, incorruptibilis ſimul, & genitus, & ſic eſſentia Dei contrariis immixta erit. Verum nos dicimus incorruptibilem, & ingenitum Deum ſecundum differentes intellectus applicationes, & conceptus his nominibus utentes, per quos unum ſine altero cognoſcimus, non vero unum ab altero excludimus, vel unum alteri opponimus, vel ab eſſentia ſeparamus, nec per hæc nomina

„eſſentiæ ipſius intelligentes facti ſum
„ſed divinæ naturæ operationes edocti cu
„Apoſtolo dicimus, quod ſolum eſt nome
„Dei congruens, ipſum credere eſſe, qui
„eſt ſupra omne nomen.

De S. S. Trinitate, de differentia eſſentiæ, & hypoſtaſeos. *Nota.* Tractatus de S. S. Trinitate, & quod Spiritus Sanctus ſit Deus ad Euſtathium, & differentia eſſentiæ, & hypoſtaſeos ad Petri fratrem recte S. Gregorio demuntur, & in Epiſtolis S. Baſilii ep. 189 & 38 cujus ſty redolent, relata ſunt.

S. GREGORII NYSSENI EPISTOLA AD ABLAVIUM DE EO, QUOD NON PUTANDUM SIT, TRES DICI DEOS OPORTERE.

Laurentio Siſano Interprete.

Quæſtio de tribus diis. 1. „Vos quidem, qui juxta internum h
„minem omni robore vigetis, æqu
„erat cum adverſariis veritatis decertar
„ſed quoniam poſtulas a nobis ſenibus cl
„peo fidei refundi tela eorum, ſuſcipim
„onus injunctum. Eſt autem parva quæſt
„hæc, quam propoſuiſti nobis: neceſſe e
„enim ſecundum eum, qui ſe prima fron
„offert, intellectum, in alterutrum incide
„errorum, & vel tres dicere deos, quod n
„fas eſt, vel non comprobare, quod Filio,
„Sp

itui Sancto Deitas adſit, quod im-
ı eſt.

„Porro quod abs te dicitur, tale eſt, *Natura de pluribus an recte dicatur.*
us, & Jacobus, & Joannes, cum in
ſint humana natura, tres homines di-
:ur: ſi igitur illic hoc conſuetudo conce-
quo pacto in myſticis decretis adver-
ır fidei confeſſioi, unam deitatem Pa-
, & Filii, & Spiritus Sancti dicentes,
autem deos dicere vetantes? Sed ad
dicimus primum, abuſum eſſe quem-
ı conſuetudinis, ut eos qui natura di-
non ſunt, per ipſum naturæ nomen
aliter nominemus, & dicamus, multi
ıines; cui ſimile eſt, ſiquis dicat: mul-
naturæ humanæ. Cum enim appella-
; aliquem, non ex natura eum nomi-
ıus, ne unusquisque ſe appellari putet,
propriam ei impoſitam vocem, & no-
ı proferentes ita eum a multitudine ſe-
ımus; & hypoſtaſeos quidem ratio per
quæ in unoquoque conſiderantur, pro-
tates diſpertitionem admittit, natura
› una eſt, quæ nec adjectione augetur,
ſubtractione minuitur. Unde melius
t corrigere conſuetudinem, & non am-
s naturæ nomen ad multitudinem ex-
lere, quam conſuetudini ſervientes er-
m, qui hic latet, etiam ad divinum
ma transferre. Sed quoniam conſue-
nis correctio difficilis eſt,, quomodo
n alicui perſuaderi poſſit, ut non mul-
dicat homines, quantum attinet ad

 „hanc

„hanc infernam naturam, ſi obtinenti
„ſuetudini non adverſemur, nequaqua
„men peccaverimus, cum nullum exiſta
„trimentum ex pravo nominum uſu: i
„vino vero decreto non æque tutus p
„ſcuus nominum uſus eſt; non enim pa
„hic, quod perparvum eſt.

...men
i non
na-
...e.

3. „Igitur unus nobis confitendus eſt
„*Exod.* 20. Etiamſi vox deitatis pe
„Sanctam Trinitatem: ſed exactius nobi
„cutiendum eſt, ipſius nomen Deitat
„declarationem propoſitæ quæſtionis.
„igitur Deitatis aliquid denotandi vim l
„eorum, quæ circa divinam naturam
„intelliguntur, ipſius vero naturæ in
„nabilis, & inexplicabilis non contine
„nificationem, ſed tantum efficaciam i
„ctricem ſeu θεαςικὴν denotat, qua
„omnia inſpicit, cogitationes videns, d
„que ad ea, quæ ſpectari non poſſunt,
„templatrice virtute penetrans, ex qu
„ſpectione θεότητα id eſt Deitas denon
„tur; τον θεωρον ἡμων inſpectorem noſ
„θεὸν id eſt Deum, & a conſuetudine
„a S. Scriptura appellari arbitramur. Et
„id, quod omnia videt, & ſpectat, dic
„nulla jam probabili ratione aliqua Perſ
„rum in Trinitate a tali appellatione ſep
„bitur propter inſitam voci ſignificatio
„nam quod videant, & intueantur, S
„tura ſuo teſtimonio ex æquo tribuit,
„Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

4.

4. „At nondum, inquiet aliquis, ad id, *Perſonæ divinæ non ſeparatim agunt.*
uod quæritur, Orationis ſpectat ſtructura: am ſi efficaciam, & non naturam ſignifi-
et nomen Deitatis, magis oporteret dice-
, tres deos eos, qui in eadem efficacia
erſari videntur, quemadmodum dicimus
es Philoſophos, cum plures fuerint ſocii
jusdem vitæ inſtituti. Verum inter homi-
es quidem, etiamſi plures ejusdem ſint
fficii, ſigillatim quisque tamen ſejunctus
git id, quod ſibi ſumpſerit efficiendum,
ihil communicans in ſua actione cum iis,
ui ejusdem ſunt inſtituti; unde proprie
multi nominantur. At in divina natura
on ita didicimus, quod Pater faciat ali-
uid per ſe ſolus, quod Filius non una
um eo capeſſat, aut Filius rurſus pecu-
ariter aliquid operetur absque Spiritu San-
to: ſed omnis actio ad Creaturam a Deo
erveniens, quæ ſecundum varias notio-
es nomen accepit, a Patre proficiſcitur,
t per Filium progreditur, & in Spititu
ancto perficitur. Iccirco in multitudinem
perantium nomen efficaciæ non ſcinditur;
uia, quidquid fit, quod vel ad noſtri pro-
identiam, vel rerum adminiſtrationem per-
inet, per tres quidem fit, non tamen tria
unt, quæ fiunt. Sic vitam nobis contigiſſe
Patre, & Filio, & Spiritu Sancto ex S.
criptura novimus: at non quoniam tres
erſonas proponimus, tres etiam vitas ſe-
aratim unam ab unoquoque eorum largi-
am nobis eſſe arbitramur, ſed eadem vita,
a Patre præſtatur, & a Filio expeditur,

„&

„& a Spiritus S. pendet voluntate. Quen
„modum ergo non dicimus tres vivifica
„eos, qui unam vitam præſtant, neque
„bonos, qui in eadem bonitate conſide
„tur; nec reliqua omnia pluraliter enun
„mus; eodem modo neque tres deos nc
„nare poſſumus eos, qui divinam inſpe
„cem virtutem, & actionem tum in no
„tum in omni Creatura conjunctim per
„exercent.

eitas umerari on de- et.

5. „Si igitur omnis res bona, & o
„bonum nomen ab ea, quæ principii exp
„eſt, poteſtate ac conſilio pendens in vir
„Spiritus per Unigenitum Deum ſine dif
„ctione, & ſpatio temporis ad perfection
„& conſummationem deducitur, nec
„mora in divini propoſiti, & deſtinatio
„motu a Patre per Filium ad Spiritum
„tercedit, aut intelligitur, & unum bo
„rum tum nominum, tum intellectuum f
„etiam deitas eſt, haud recte in multitudin
„hoc nomen diffunditur, quippe ea, quæ ci
„efficientiam eſt, unitate pluralem nume
„tionem prohibente.

bjectio vitur.

6. „Pugnare autem cum adverſariis
„centibus, non oportere efficaciam intelli
„re per Deitatem, non admodum mihi n
„ceſſarium eſſe videtur, quantum ad pr
„ſentis Sermonis attinet probationem. N
„nos indefinitam, & incomprehenſibilem
„vinam naturam eſſe credentes, ſuper om
„nomen dicimus eſſe divinum numen,

„D

Deitas unum de nominibus eſt: non poteſt igitur, & nomen eſſe, & ſuper omne nomen eſſe exiſtimari. Verumtamen ſi adverſariis hoc placet, quod non efficientiæ ſed naturæ ſignificatio ſit, dicemus, quod conſuetudo perperam naturæ nomen ad multitudinis ſignificationem trahat, nec incremento nec deminutione accedente ad naturam, ſi in pluribus vel paucioribus ſpectatur; ea namque ſola numerantur, quæ ſecundum propriam circumſcriptionem conſiderantur. Circumſcriptio autem in ſuperficie corporis, in magnitudine, in loco, in differentia figuræ, & coloris comprehenditur; quod autem non circumſcribitur, non numeratur, & quod non numeratur, in multitudine conſiderari non poteſt. Nam & aurum, etſi in multas formas ſcindatur, unum & eſſe, & dici affirmamus, nummos vero multos nominamus nullam auri naturæ redundantiam in multitudine nummorum reperientes: unde multum quoque aurum dicitur, cum in majori pondere vel in vaſis, vel in nummis ſpectatur; multa autem aura propter multitudinem materiæ non nominantur, niſi quis aureos multos, uti ſtateras, in quibus non materia, ſed moneta, & nummi multitudinis ſignificationem admittunt. Eodem igitur modo multi quidem ſingulares in natura hominis oſtenduntur, uti Petrus, Jacobus, unus vero in his homo eſt.

7. „Quodſi

S. Scriptura utitur ſubinde conſueto uſu verborum.

7. „Quodſi Scriptura nomen dilatat in
„pluralem ſignificationem, cum dicit: fil
„hominum, & ſimilia, judicandum eſt,
„quod conſuetudine obtinentis linguæ pro
„prietatis, quam dialecton vocamus, uti
„tur, id ſolum ſpectans, ut accipientibu
„utilis ſit Oratio, nihil disquirens circa
„ctionem, in quibus locis nullum damn
„circa ſententiam ex verbis conflatur. S
„longum fuerit ex Scriptura colligere c
„ſtructiones ſoloeciſmi ſpeciem habent
„ubi autem periculum eſt, ne detriment
„pariat veritatis aliqua pars, non item ind
„rens uſus in verbis Scripturæ reperi
„Unde vocem Deus cum cautione per ſ
„gularem figuram enuntiat, hoc cavens,
„diverſæ naturæ plurali ſignificatione d
„rum in divina eſſentia ſubintroducant
„quamobrem inquit, Dominus Deus Do
„nus unus eſt, quin etiam Unigenitum De
„voce Deitatis pronuntiat, & non diſſo
„id, quod unum in dualem ſignificationi
„ut duos deos Patrem, & Filium, nomi
„ſed Deus quidem Pater, Deus item Fili
„unus vero in eadem prædicatione Deus
„cum neque naturæ, neque efficatiæ di
„rentia in Deitate conſideretur. Nam ſi
„verſa eſſet in Sancta Trinitate natura,
„multitudinem deorum numerus dilataret
„quia vero omnem circa eſſentiam dive
„tatem rejicit divina, ſimplex, & vari
„neſcia natura, ut una ſit, multitudini
„ſe ſignificationem non admittit, ſed om
„ſingulariter nominantur, Deus bonus, S
„ctu

us, ſervator, judex, juſtus, & ſiquid
iud Deo conveniens nomen intelligitur,
1od ſive ad naturam ſive ad efficaciam
eſtare quis dicat, non contendemus.

8. „Quodſi quis calumnietur Orationem,
aſi ex eo, quod non admittat differen-
im circa naturam, confuſionem hypoſta-
on facientem, reſpondebimus; quod nos,
ii divinam naturam differentiæ expertem
e confitemur, eam, quæ circa cauſam,
cauſatum conſideratur, differentiam non
gamus, per quod ſolum diſcerni alterum
altero deprehendimus. Nimirum eoquod
edimus, aliud quidem cauſam eſſe, aliud
ro ex cauſa, & ejus, quod ex cauſa eſt
rſus aliam differentiam conſideramus:
m aliud quidem continenter, & ſine me-
 ex primo eſt, aliud vero per id, quod
mediate, & ex continenti eſt, ut & uni-
niti proprietas absque ambiguitate in Fi-
maneat, & ex Patre Spiritum eſſe non
bitetur, Filio, qui medius intercedit, &
l Unigeniti proprietatem ſervante, &
iritum a naturali ad Patrem habitu non
ente. Cauſam autem, & id, quod ex
iſa eſt, dicentes, non naturam per hæc
mina ſignificamus; neque enim aliquis
ndem cauſæ, & naturæ rationem red-
erit, ſed eam, quæ ſecundum aliqua
r eſſe, differentiam indicamus. Dicen-
enim alium quidem cauſatum, & a
ſa ortum, alium vero ſine cauſa eſſe,
 naturam verbo cauſæ ſeparamus; ſed
„ſolum-

Confuſio perſonarum ex unitate naturæ non ſequitur.

„ſolummodo neque Filium ita ſe h
„quaſi genitus non ſit, neque Patr
„nativitatem, & generationem eſſe
„mus. Prius autem neceſſe eſt nos c
„quod aliquid ſit, & tunc quomodo i
„creditum eſt, ſit, ſcrutari. Alia ig
„tio eſt ejus, quod quid eſt, alia ite
„quod quomodo eſt. Quocirca ſiquis
„aliquid ita eſſe quaſi non genitum
„modo ſit, ponit; quid autem ſit, h
„ſimul non indicat. Ejusmodi igitu
„rentiam in Sancta Trinitate edent
„aliud quidem cauſam, aliud ex ca
„credamus, non jam amplius accuſ
„ſumus, quod per communionem
„rationem hypoſtaſeon confundamus.
„niam igitur hypoſtaſes quidem Sanc
„nitatis cauſæ ratio diſcernit, ali
„dem absque cauſa, aliud vero e
„eſſe poſtulans, divina autem nat
„variationis, & diviſionis per omne
„ſiderationem expers eſſe deprehe
„idcirco proprie una Deitas, & un
„eſt, & alia omnia Deo convenien
„mina ſingulariter efferuntur.

S.

S. GREGORII NYSSENI
TRACTATUS DE FIDE AD SIMPLICIUM.

Laurentio Siſano Interprete.

„Deus per Prophetam præcipit, ne ullum Deum novum Deum eſſe exiſtimemus, neque Deum adoremus alienum *Deus novus non datur.* Pſal. 65. manifeſtum eſt autem, quod novum dicitur id, quod a ſempiterno non eſt, ac rurſus ex contrario ſempiternum dicitur, quod novum non eſt. Igitur qui non ex ſempiterno Unigenitum Deum ex Patre eſſe credit, novum eum eſſe non negat; quod enim non ſempiternum, novum eſt, novum autem Deus non eſt: ergo qui dicit, quod aliquando Filius non fuit, is negat ejus deitatem. Rurſus alienum Deum Scriptura vetat adorare; alienus autem collata cum noſtro proprio Deo, diſtinctione conſideratur. Quis igitur proprius eſt noſter Deus? palam eſt, quod verus Deus: quis item alienus? prorſus is, qui a natura Dei veri alienus eſt. Si igitur proprius noſter Deus Deus verus, ſi Unigenitus Deus ex natura veri Dei non ſit juxta hæreticos, alienus Deus eſt, & noſter Deus non eſt, cui oves non obediunt. Quid ergo facient, qui dicunt, quod creatus ſit? adorabuntne eum an non? ſi non adorant; Judæos ſequuntur, negantes ad„oratio-

„orationem Chriſti; ſin autem adorant, Ido-
„lotatræ ſunt; adorant enim eum, qui alie-
„nus ſit à Deo vero, quod utrumque æque
„impium eſt.

Explicatur illud Dominus creavit me.

2. „Adverſus eos autem, qui dicunt il-
„lud ex proverbio: *Dominus creavit me. Prov.*
„8. Et per hoc putant aliquod firmum af-
„ferre argumentum ad probandum, quod
„creatus ſit omnium conditor; hæc conv-
„nit dicere, quod multa propter nos factu
„ſit Unigenitus Deus: etenim cum verbum ſi
„caro factus eſt, & cum Deus ſit, homo fa-
„ctus eſt, & cum incorporalis eſſet, corp
„factus eſt, atque his etiam amplius, &
„peccatum, & maledictio, & panis, & ovi
„& via, & ejusmodi multa factus eſt, cum
„natura nihil horum ſit, ſed propter nos
„per diſpenſationem talis evaſerit. Quem-
„admodum igitur, cum verbum ſit, propter
„nos caro factus eſt, & Deus cum ſit, ho-
„mo factus eſt, ita Creator cum ſit, prop-
„ter nos Creatura factus eſt, cum caro ni
„creata ſit: quemadmodum enim per Pro-
„phetam dixit: *Iſ.* 49. *Sic dicit Dominus,*
„*qui formavit me ex ventre ſervum ſuum.* Ita
„etiam dixit illud per Salomonem: *Domi-*
„*nus creavit me principium viarum ſuarum in*
„*opera ſua. Eccl.* 24. Omnis enim Creatura
„ſervit; ut inquit Apoſtolus: proinde, &
„is, qui in ventre virginis formatus eſt, ſe-
„cundum verbum Prophetæ ſervus eſt, non
„Dominus, hoc eſt, is qui ſecundum car-
„nem homo eſt, in quo Deus manifeſtatus
„eſt,

:, & is, qui illic Creatus eſt, in princi-
um viarum ejus, non Deus eſt, ſed ho-
, in quo nobis Deus manifeſtatus eſt,
corrupta, & labefactata via ſalutis hu-
inæ iterum renovaretur. Itaque quoniam
s duas de Chriſto ſtatuimus; & ſenti-
is, unum quidem divinum, alterum ve-
humanum, in natura quidem divinum;
adminiſtratione ac diſpenſatione id, quod
:undum hominem eſt, conſequenter ſem-
ternum Deitati atteſtamur, creatum vero
manæ naturæ aſſignamus: quemadmo-
m ergo ſecundum Prophetam in ventre
matus eſt ſervus, ita etiam ſecundum
lomonem per hanc ſervilem Creaturam
carne manifeſtatus eſt.

3. „Porro cum dicunt: Si erat, non eſt
ntus, & ſi natus eſt, non erat: doceau-
r, quod non oporteat, carnalis nativita-
proprietates accommodare divinæ natu-
; nam corpora quidem, quæ non erant,
nuntur, Deus autem efficit, ut ea, quæ
n ſunt, exiſtant, non ipſe ex eo, quod
n eſt, exiſtit. Iccirco Paulus quoque
m ſplendorem gloriæ nominat; ut do-
amur, quod ſicut lumen de lucerna, &
natura lumen edentis eſt, & una cum
a eſt, ita hic quoque Apoſtolus jubet in-
lligere, quod & ex Patre ſit Filius, &
sque Filio numquam ſit Pater: nam fieri
n poteſt, ut gloria ſit abſque ſplendore,
uti fieri non poteſt, ut abſque ſplendore
erna ſit. Sicut igitur de ſplendore dici

Filius ab æterno genitur.

 „non

„non poteſt: ſi erat, non editus eſt,
„editus eſt, non erat, ita abſurdum
„hæc de Filio dicere, quippe cum l
„ſit ſplendor. Cæterum qui minus, &
„jus de Filio, & Patre dicunt, diſc
„Paulo, ne metiantur ea, quæ nemo
„metiri: nam Apoſtolus Filium dicit
„giem eſſe Patris ſubſtantiæ; planum eſ
„tur, quod, quanta fuerit ſubſtantia P
„tanta ſit etiam effigies ſubſtantiæ: fieri
„non poteſt, ut minor ſit effigies quan
„ſtantia, quæ per eam conſideratur.
„etiam magnus Joannes eadem docet,
„dicit: *In principio erat Verbum, & Ve*
„*erat apud Deum.* Ex eo namque quo
„xit, quod in principio erat, & non
„principium, oſtendit, quod numquam
„que Verbo principium erat; ex eo v
„quod oſtendit, quia Verbum etiam
„apud Deum, ſignificavit, quod nihil
„Filio in comparatione Patris. Cum
„namque Deo totum ſimul conſideratur
„bum; quoniam ſiquid Verbo deeſſet in
„magnitudine, ut non poſſet apud totum
„Deum, prorſus neceſſe eſſet, ut exiſti
„remus, abſque Verbo eam eſſe Dei
„tem, qua Verbo ſuperior ac major
„Atqui cum tota Dei Majeſtate Verbi n
„ſtas ſimul conſideratur; ergo in divinis
„ſtrinis locum non habet, ut vel majus
„minus eſſe dicamus.

nitus *ingeni-* 4. „Porro qui dicunt, quod geni
„non genito diſſimile ſit, ex ſimilitud

iplo Abelis, & Adami diſcant haud *tus non*
idicare; nam nihil prohibuit Ada- *obſtant*
ſe hominem, quod genitus non erat, *unitati*
nativitas Abelem aliud ac diverſum *naturæ.*
n ab humana reddidit natura, ſed
: quam ille homo fuit, etſi hic qui-
itus erat, ille vero absque nativi-
titerit. Igitur in divinis quoque
ibus nullam naturæ differentiam eſ-
iitum, vel non genitum eſſe; ſed ſi-
Adamo, & Abele una humanitas
ura humana, eodem modo in Pa-
que, & Filio deitas, ſeu natura
ına eſt.

ltque idem de Spiritu quoque San- *Spiritus*
ectantes ei dicunt, quod de Domi- *S. non eſt*
mpe quod & ille creatus ſit. At *creatus.*
ı ſicut de Filio, ita de Spiritu quo-
ıcto credit, quod creatus non ſit;
ia omnis Creatura ex participatione
boni bona ſit, Spiritus Sanctus au-
ıefactore nihil opus habet, quippe
tura bonus ſit, ſicut Scriptura te-
Tum quia Creatura deducitur ac
r a Spiritu Dei; Spiritus vero be-
ı deductionis, & directionis largi-
m natura ſubdita eſt, Spiritus vero
natura conſolationem, & exhor-
n accipit, Spiritus vero conſolatur,
rtatur. Natura ſervit, Spiritus vero
natura ſapientiam docetur, Spiri-
ſapientiæ beneficium largitur, na-
neficiorum, & donorum partem ca-

 pit,

„pit, Spiritus vero ad arbitrium ſuum lar-
„gitur: *Omnia namque hæc operatur unus, &*
„*idem Spiritus diſtribuens cuique ſingillatim pro-*
„*ut vult.* 1. Cor. 12. Ac ſexcenta alia
„Scripturarum loca licet invenire, quibus
„demonſtratur, quod omnia ſublimia Deum-
„que decentia nomina, quæcunque Patri,
„& Filio accomodantur, ea circa Spiritum
„quoque Sanctum conſiderentur, incorru-
„tibilitas, & integritas, beatitudo, bonum,
„ſapiens, potens, juſtum, Sanctitas. Om-
„ne demum pretioſum, & honorabile no-
„men tam de Spiritu Sancto, quam de Pa-
„tre, & Filio dicitur, exceptis iis, per quæ
„hypoſtaſes perſpicue, clare, & absque con-
„fuſione ab invicem ſeparantur. Dico au-
„tem quod neque Pater, neque Filius dici-
„tur Spiritus Sanctus, cætera vero quibus-
„cunque nominibus Pater, & Filius appel-
„lantur, ea Spiritui quoque Sancto a Scrip-
„tura adaptantur. Per hoc igitur deprehen-
„dimus, quod Spiritus Sanctus eſt ſuper na-
„turam; quocirca ubi Pater, & ubi Filius
„intelligitur, ibi Spiritus quoque Sanctus in-
„telligitur; nam ſuper naturam Pater, &
„Filius eſt, quod Spiritui quoque Sancto
„conſequentia Sermonis atteſtatur. Qui igi-
„tur ſupra naturam Spiritum Sanctum po-
„nit, conſequenter & rectum, & ſanum ac-
„cepit Sermonem, & opinionem; unam enim
„confitebitur naturam non creatam, quæ &
„in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto con-
„ſideratur.

6. „Quo

uoniam autem ad demonſtrandum, *Objectio*
t, quod Spiritus Sanctus creatus *ſolvitur.*
ophetæ vocem nobis proferunt,
habet: *Qui firmat tonitruum, &*
ritum, & annuntiat in hominibus
ſuum. Hoc convenit intelligere,
um Spiritum in firmitudine toni-
pheta creari dicit, & non Spi-
nctum: tonitruum enim myſticus
Evangelium nominat. Quibus igi-
a ac ſtabilis de Evangelio fit fi-
per fidem tranſeunt ab eo, quod
unt, ad hoc ut Spiritus fiant,
odum dicit Dominus: *Quod na-*
c carne, caro eſt, & quod natum
ritu, Spiritus eſt. Joan. 3. Deus
t, qui per id, quod Evangeli-
truum firmum credentibus facit,
efficit eum, qui credit; qui au-
Spiritu natus eſt, & per tale
n Spiritus factus eſt, annuntiat
, quemadmodum dicit Apoſtolus,
lus poſſit dicere Dominum Jeſum
niſi per Spiritum Sanctum.

S. GREGORII NYSSENI ORATIO CATECHETICA, QU DICITUR MAGNA, DIVISA IN XL. CAPITA.

Gentiano Herveto Interprete.

Monitum.

Sermo hic pro iis, qui Catechumenos i ſtruunt, conſcriptus eſt, & præter He vetum etiam a Morello, & Zino in la num verſus. Citatur a Theodorito, S. Gi gorio M. & S. Damaſceno velut opus pla eximium, ſi paucos nævos excipias, quos Lectione Origenis contraxit, quos tamen hæreticis inſertos arguit Germanus CPoli nus apud Photium. *cod.* 233.

ANALYSIS.

PRÆFATIO.

„Quæ ad Catecheſin pertinet Oratio, „quidem neceſſaria eis, qui præſi „veræ religioni, ut eorum, qui ſalutem „ſequuntur, acceſſione multiplicetur Ecc „ſiæ; non idem tamen doctrinæ modus co „venit omnibus verbi auditoribus. Non en „eodem modo medeberis & Græco, „multos eſſe deos opinatur, & Judæo, „non Credit Dei Unigenito; neque per qu

„co

rrigetur Sabellius, per eadem etiam Ano-
ıæus vel Judæus, ſed quando erit diſpu-
ıdum cum aliquo ex iis, qui Græcis
vent, recte erit, ſi dicendi hoc ſuma-
r initium. Utrum Deum eſſe exiſtimet?
cum Atheis Deum non eſſe cenſeat? At-
e ſi Deum non eſſe dicat, ex iis, quæ
pienter in mundo adminiſtrantur, indu-
tur, ut per ea fateatur eſſe quamdam
m univerſitate ſuperiorem? Sin autem
eum eſſe non dubitet, ſed deorum putet
e multitudinem, hac adverſus eum ute-
ur conſequentia: Deumne perfectum eſſe
tet, an cui deſit aliquid? ſi Deo tribuat
rfectionem, exigam, ut ipſe ſit perfectus
omnibus, quæ in divinitate conſideran-
r, ne Deus ex manco & perfecto commix-
s dicatur. Hoc autem dato non erit
plius difficile, cogitationem diſperſam in
orum multitudinem deducere ad divini-
tis unius confeſſionem; nam ſi diminutio-
m non admittit ratio omnimodæ perfe-
onis, nec præſtantius, nec deterius, &
itas, juſtitia, ſapientia, & potentia de
bjecto eodem modo dicitur, incorruptio-
e, æternitas, omnisque mens pia eodem
odo creditur, omni quovis modo ſublata
fferentia; ſimul neceſſario tollitur deo-
m multitudo, cum ea, quæ eſt per omnia,
t ita dicam, idenditas fidem ad unum
ducat.

CAPUT I.

Perſona Filii probatur.

„Sed quoniam pietatis ratio ſcit, etiam
„quam hypoſtaſeon ſeu perſonarum
„nere differentiam in unitate naturæ,
„ad Judaismum noſtra deducatur Ora
„convenit aliqua diſtinctione ejus rei e
„rem corrigere. Cum enim a noſtro dogm
„alieni fateantur, Deum non carere ratio
„ſi dicant, ſe rationem, & Verbum in
„ligere ad ſimilitudinem eorum, quæ
„in nobis, ſic ad ſublimiorem deducentur
„niorem. Quoniam enim in ſuprema nat
„quidquid de ea dicitur, ſimul extollit
„& ſi dicatur Dei Verbum ratio aut Ser
„is non in impetu ejus, quod dicitur, c
„ſiſtere exiſtimabitur ad noſtri ſimilitudin
„ad hoc tranſiens, ut non ſit, ſed natu
„quæ ſemper ſtat, æternum etiam hab
„Sermonem, & qui conſiſtit: ex quo fat
„neceſſe eſt, in vita Verbi eſſe hypoſta
„ac ſubſtantiam. Cum autem credit
„Verbi ſimplicem eſſe naturam ſine com
„ſitione, neceſſe eſt, ipſam per ſe vit
„Verbum eſſe putare, non autem vitæ p
„ticipationem. Si ergo vivit Verbum, o
„nino habet vim libere eligendi, quam
„beram electionem eſſe potentem ſequit
„ne impotentia illi aſtruatur. Cum om
„autem poſſit Verbi electio, eam ad ni
„mali habere propenſionem, ſed quidq
„eſt boni, hoc etiam velle, & omne b
„propoſitum deducere ad operationem:
„num autem eſt mundus, & omnia, q

eo ſunt: ſunt enim omnia opera Verbi
entis, conſiſtentis, libere eligentis, po-
tis, boni, & ſiquid eſt præſtantioris
ificationis. Porro hoc Verbum eſt aliud
eo, cujus eſt Verbum, utpote ex iis,
e dicuntur, relata ad aliquid, cum opor-
t cum Verbo etiam Verbi Patrem ſub-
liri. Quare Dei Verbum eo quidem,
d per ſe conſiſtit, diſtinctum eſt ab illo,
quo habet, quod conſiſtit, ex eo autem,
d in ſeipſo illa oſtendit, quæ cernun-
in Deo, idem eſt ſecundum naturam;
enim bonitas, ſive potentia, ſive ſa-
ntia, ſive eſſe ſempiternum, ſive in
non cadere vitium, mortem, ſive eſſe
nino perfectum, ſive aliud ſignum, quo
prehenditur, Pater, ſit, per eadem ſig-
invenies Verbum quoque, quod ex illo
ſiſtit.

CAPUT II.

S. Spiritus cognitio quomodo acquiratur.

uomodo autem ex iis, quæ ſunt in no-
„bis, analogice Verbum cognovimus in
ema natura, eodem modo etiam ad-
emur ad notitiam Spiritus. Nam in
is quidem Spiritus eſt aeris attractio,
e quidem, dum Verbum emittitur, fit
declarans vim Verbi: in divina au-
natura eſſe quidem Dei Spiritum cre-
ur, neque tamen ad noſtri Spiritus ſi-
itudinem extrinſecus ad Deum affluere,
in eo fieri Spiritum exiſtimandum eſt,
quomodo Verbum non eſſe rem ali-
„quam,

„quam, quæ non conſiſtat, putavimus; it
„cum Dei Spiritum didicerimus, qui Ve
„bum conſequitur, & ejus declarat ope
„tionem, non intelligimus flatum anhe
„tus, deprimeretur enim ad nimiam hu
„litatem magnitudo divinæ potentiæ,
„eſſentialem potentiam, quæ ipſam in ſe
„conſideratur in propria hypoſtaſi. Ne
„poteſt ſeparari a Deo, in quo eſt, a
„Verbo Dei, quod conſequitur, neque ad h
„ut non ſit, effunditur, ſed ad Dei Ve
„ſimilitudinem, eſt in hypoſtaſi, eligen
„prædita, per ſe mobili, operante, & ſ
„per bonum eligente, & ad omne prop
„tum cum voluntate concurrentem habe
„potentiam.

CAPUT III.

Deus Trinus & unus.

„Poſtquam igitur intellexeris diſcrimen
„his, naturæ rurſus unitas non adm
„tit diviſionem, adeo ut neque monarch
„dominatus ſcindatur in diverſas diffe
„unitates, neque congruat cum dogmate
„daico: nam Judæi quidem dogma to
„& Verbum admittendo, & credendo S
„ritum: eorum autem, qui ſtant a Græc
„aboletur error multorum deorum, ea, q
„eſt ſecundum naturam, unitate arcente m
„torum phantaſiam: rurſus autem ex J
„daica opinione maneat naturæ unitas,
„eo autem, quod Græci opinantur, ſola
„ſcretio in hypoſtaſibus.

CAPU

CAPUT IV.

Porro eſſe Verbum Dei, & Spiritum Dei „poteſtates, quæ conſiſtunt eſſentiali- ter, & ſunt efficientes eorum, quæ facta ſunt, & ea, quæ ſunt, continent, contra Judæos ex divinis inſpiratis Scripturis evi- denter oſtenditur ex Pſalmo 32. qui inquit: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Quo Verbo, quo Spiritu? neque enim dictio eſt Ver- bum, & Spiritus anhelitus ad noſtræ na- turæ ſimilitudinem; quæ ſunt operatione carentes, & minime conſiſtentes; quia cum verbis tranſeunt Spiritus. Conſtat ergo myſterium veritatis, quod dictat, eſſe di- cendum Verbum in eſſentia, & Spiritum in hypoſtaſi.

Verbum & Spiritus ex S. Scriptura probantur.

CAPUT V.

Dei Verbi hominis facti diſpenſationem „Judæus, & Græcus reprobat, ut quæ minime probabilis, & quam de Deo dicere minime conveniat. Ex alio ergo principio adducemus eos, ut hoc credant, nempe: Verbo, & ſapientia omnia ſunt fa- cta ab eo, qui condidit univerſitatem; atque etiam humana natura, quæ ex magni conditoris charitate creata eſt, ut divinorum bonorum particeps fiat, & apta ad eorum participationem. Unde neceſſe erat, ut in humana natura aliquid immi- ſceretur, quod cum Deo haberet cognatio- „nem,

Incarnationis convenientia.

„nem, ut ita illius deſiderio teneretur; at-
„que ideo ornatus fuit, & vita, & ratione,
„& ſapientia, & omnibus bonis, quæ Deum
„decent. Quoniam autem ex his bonis eſt
„etiam æternitas, oportebat omnino noſtræ
„naturæ conſtructionem etiam in ſe habere
„immortalitatem, ut deſiderio teneretur di-
„vinæ æternitatis. Quod autem nunc vita
„humana ſit in iis, quæ ſunt aliena, non
„eſt Deus auctor, & cauſa malorum præ-
„ſentium, conſtructa ſemel natura, quæ Do-
„mino non paret, atque libera, & ſoluta,
„ſed malum conſilium, quod elegit pro me-
„liori id, quod eſt deterius.

CAPUT VI.

Lapſus hominis.

„Quæris autem etiam fortaſſe cauſam pec-
„cati, quod conſulto admittitur. Re-
„ſpondetur. Quia homo confirmatus per
„divinam benedictionem ſublimi erat aucto-
„ritate, & dignitate, ut in terra, & in om-
„nibus, quæ in ea ſunt, regnum obtineret;
„erat autem & formoſus factus ad imagi-
„nem exemplaris pulchritudinis; hæc vero
„adverſario erant irritamentum invidiæ. Is
„autem aperta, & potentiæ robore non po-
„terat efficere, quod habebat in animo; po-
„tentior enim erat vis Dei, benedictionis
„ejus viribus: propterea machinatur, quo
„eum abducat a potentia, quæ eum corro-
„borabat, ut ipſe facile pateret inſidiis. Cum
„ergo libero arbitrio vitium immiſcuiſſet,
„effecit, ut quodammodo extingueretur be-
„nedi-

nedictio, qua deficiente ſubit contrarium, adverſatur autem vitæ quidem mors, viribus autem imbecillitas, benedictioni vero execratio, fiduciæ autem pudor, & omnibus bonis ea, quæ intelliguntur ex contrario. Propterea nunc homo eſt in malis præſentibus, cum illud principium talis finis argumentum dediſſet, & occaſionem.

CAPUT VII.

Nemo vero interroget, cur Deus, cum *Cur Deus eum permiſerit.* ,,providiſſet calamitatem, quæ erat ad hominem ventura ex malo conſilio, ad creandum hominem acceſſerit, cui fortè erat conducibilius, ortum non eſſe, quàm eſſe in malis. Ita arguunt Manichæi, ut oſtendant, eſſe malum creatorem humanæ naturæ. Verùm ſi ſublimius aſpiceret eorum cogitatio, & ab ea, quæ in voluptatibus verſatur affectione mente procul collocata conſiderarent rerum, quæ ſunt, naturam, non exiſtimarent malum aliud eſſe, quam vitium & improbitatem; vitium autem in boni privatione ſuam habet ſubſtantiam; cum per ſe non ſit, quod autem non eſt, non conſiſtit, cujus opifex non eſt is, qui eſt opifex eorum, quæ conſiſtunt. Malorum ergo cauſa non eſt Deus, qui eſt creator eorum, quæ ſunt, non eorum, quæ non ſunt; qui virtutem imperavit, non ejus privationem, bonæ electionis præmio adjecto bonorum iis, qui ex

t mors, ac depoſitio in monumento fidem
lebetent; & Deum non deceant. Ego
utem neminem, qui ſapit, contradictu-
um exiſtimo, quin ſola ex omnibus ſe-
undum naturam ſit turpis ea, quæ eſt ex
itio, affectio; quæ eſt autem remota a vi-
o, ſit aliena ab omni turpitudine: cui
item nihil contrarii eſt immixtum, in eo,
uod eſt bonum, & honeſtum, compre-
enditur. Deum autem decet, quidquid
onſideratur in eo, quod eſt bonum, &
oneſtum: aut ergo oſtendant vitium eſſe
eneratíonem humanam, & reliqua allata;
ai ſi ea vitio carere concedant, nihil,
uod vitio caret, turpe eſſe fateantur ne-
eſſe eſt. Quodſi id bonum, & honeſtum
ſe omnino oſtenditur, quantopere non eſt
iſerabilis eorum ſtultitia, qui id, quod
t bonum, & honeſtum, in Deo minime
onvenire docent?

CAPUT X.

Divinitas non circumſcribitur carne.

Et res, inquit, parva eſt, & quæ circum-
„ſcribi poteſt; humana natura; Deus
item eſt infinitus, quomodo ergo immen-
um atomo comprehendi queat? Quis au-
em hoc dicit, quod carne tamquam vaſe
omprehenſa ſit infinitas divinitatis? neque
nim in noſtra vita intra carnis terminos
ncluditur intelligens natura, ſed libere
xtenditur ad univerſa. Si autem anima
ominis; quæ naturæ neceſſitate eſt con-
„tem-

„temperata corpori, ubique verſatur li
„quid neceſſe eſt dicere, divinitatem
„ceri intra naturam carnis? & quid v
„quominus divinæ naturæ cogitata qu
„unione, & appropinquatione ad hon
„conſervetur, quæ Deum decet, cogitatio
„in appropinquatione, credendo Deun
„remotum ab omni circumſcriptione, e
„ſi ſit in homine.

CAPUT XI.

Quomodo divinitas cum humanitate contemperetur, ignoramus.

„Sin autem quæris, quomodo cum h
„nitate contemperetur divinitas,
„prius quærendum eſt, cujusmodi ſit
„junctio animæ cum carne; quodſi hi
„dus ignoratur, nec exiſtimes omnit
„lud a te oportere comprehendi. Sed
„modo credimus animam eſſe aliquid c
„ſum a corpore, ita divinam naturan
„ferre a mortali confitemur, & genitum
„dem eſſe Deum in natura hominis pe
„quæ narrantur, miracula minime du
„mus, quomodo autem, ut quod ſit n
„quam quod conſiderare poſſimus, ſcr
„recuſamus.

CAPUT XII.

Chriſtum Deum miracula probant.

„Quod autem Deus nobis in carne a
„ruerit, ſatis probari ducimus ex
„raculis, quæ facta ſunt in operationi
„per quæ divina virtus exprimitur. De
„vivificare homines, ea, quæ ſunt, ſua

si

ſervare prudentia, cibum, & potum largiri, viventibus, indigentibus benefacere, ægram naturam ſanitati reſtituere, dominatum in omnem Creaturam, terram, mare, & aerem obtinere, eſſe potentiorem morte, & interitu. Si ergo omnia, per quæ Deus intelligitur, cernuntur in iis, quæ de ipſo narrantur, quid eſt, quod fidem impediat?

CAPUT XIII.

At ortus, inquit, & mors eſt proprium ,,naturæ carnis. Concedo: ſed & id, quod fuit ante ejus ortum, & id, quod fuit poſt mortem, effugit naturæ noſtræ communitatem; nam neque generatio ejus cepit ab affectione voluptatis, neque mortem ſecuta eſt corruptio. Non credis miraculo? lætor de tua incredulitate: per hoc enim, quod ſupra fidem putas eſſe, quod dicitur, fateris miracula eſſe ſupra naturam. Hoc ipſum ergo ſit tibi argumentum divinitatis ejus, qui apparuit, quod non ſit ſecundum naturam; omnino enim neceſſe eſt, ut qui credit eum, qui eſt hujuſmodi, non eſſe hominem ex iis, qui oſtenduntur in natura, deducatur ad credendum, quod ſit Deus. Nam qui natum eum eſſe narravit, adjecit etiam: ex Virgine; & qui mortis meminit, atteſtatur etiam, quod poſt mortem reſurrexerit. Si ergo ex iis, quæ audis, das eſſe natum, & mortuum, ex iiſdem omnino da- *Objectio*

„bis, generationem ejus, & mortem eſſ
„extra affectionem; verum enim vero hæ
„naturam exſuperant, ergo necis intra na
„turam continetur, qui ſupra naturam oſte
„ditur generatus.

CAPUT XIV.

„Quænam eſt ergo, inquit, cauſa, qu
„Deus ſe ad tantam demiſerit humil
„tatem, ut miſceatur in vili, & abjecto hu
„manæ naturæ involucro, adeo, ut excel
„ſæ ejus operationes ſimul reddantur abj
„ctæ, & viles cum admiſtione ejus, quo
„eſt abjectum, & humile?

CAPUT XV.

Benevolentia Dei eſt cauſa Incarnationis.

„Cum naturæ divinæ ſignum proprium ſi
„benevolentia in homines, habes cau
„ſam, cur Deus venerit ad homines: opu
„enim habebat medico natura noſtra, qu
„morbo laborabat. Opus habebat eo, qu
„erigeret, homo, qui ceciderat: opus ha
„bebat eo, qui vivificaret, qui a vita exci
„derat: opus habebat eo, qui ad bonum
„reduceret, qui defluxerat a boni partici
„patione: egebat lucis præſentia, qui erat in
„cluſus in tenebris: quærebat redemptorem
„captivus, adjutorem vinctus, liberatorem
„ſervitute preſſus. Hæccine ſunt indigna
„quæ Deum moveant, ut deſcendat ad vi
„ſitandam humanam naturam? At poterat,
„inquit, & homo beneficio affici, & Deus
„mane-

[m]anere in impatibilitate. Reſpondeo: Deus [e]ſt vera virtus, nulla autem natura tam[q]uam adverſa ſtatuitur virtuti, ſed vitium; [D]eus autem non gignitur in vitio, ſed in [n]atura hominis, & neque rationis, & in[te]lligentiæ eſſe participem, neque ſcientiæ [c]apacem, neque quidquam aliud hu[ju]ſmodi, quod eſt proprium humanæ eſ[ſen]tiæ, repugnat rationi virtutis.

CAPUT XVI.

[A]t ipſa, inquit, noſtri corporis mutatio „eſt affectio, Deus autem eſt impati[bi]lis; ergo nequit venire ad communionem [af]fectionis. Verum alia affectio dicitur, [qu]æ tangit liberum arbitrium, & ad vitium [a] virtute avertit, alia vero per abuſionem, [qu]æ eſt motus ſecundum naturam, uti [ge]neratio, augmentum & alia: primam [De]us non attigit, quia eſt ad vitium, ſed [ſe]cundam, ſine omni tamen affectione vo[lu]ptatis. Item morte quidem anima ſepa[ra]ta fuit a corpore, & non prohibuit ne[ce]ſſariam naturæ conſequentiam: omnia au[te]m ad ſe invicem rurſus reduxit per re[ſu]rrectionem, adeo ut eis eſſet confinium [u]triusque, nempe mortis & vitæ, ut qui [i]n ſe quidem ſtatuerit morte diviſam, ipſe [e]tiam fuerit principium unionis eorum, [qu]æ ſunt diviſa.

Deus impatibilis quomodo dicitur pati.

CAPUT XVII.

Deus ... ſola ... luntate ... ſal- ... verit.

„Verum dicet aliquis, ſi tanta eſt in „virtus, ut in ejus fuerit poteſtat „mortem deſtruere, & vitam ingredi, „non facit ſola voluntate, quod lubet „longa circuitione ſalutem noſtram ef „Ad hæc autem ſatis eſſet dicere, („qui ægrotant, non præſcribant legem „dicis, quomodo ſint curandi: ſed quc „multitudo bonitatis Dei occultam „utilitatem, nec clare in hac vita cer

CAPUT XVIII.

„Porro divini adventus non parvum e „gumentum, quod ex rebus ipſis „tur teſtimonium: quis enim neſcit, „modo univerſus orbis repletus eſſet f „dæmonum per inſanum cultum ſimul „rum? Ex quo autem apparuit gratia „quæ per humanam advenit naturam, „nia ad nihilum redacta ſunt; eorum a „loco in univerſo orbe excitata ſunt in „ſti nomine ædes ſacræ, templa & al „illudque venerandum, & incruentun „crificium, ſublimisque illa philoſophia „factis potius quam Sermone exercetur „tæ corporalis deſpectio, quam oſtend „martyres, tormenta non ſubituri, niſi „tum de Dei adventu habuiſſent argu „tum. Hoc ipſum autem etiam apuc „dæos licet dicere eſſe ſignum, quod „ille, qui ab eis non creditur; nam

„ſ

am fidei in Chriſtum prætulerunt falſam
erſtitionem, neque, quæ apparuit, gra-
m acceperunt, quæ ex eorum religione
eclara erant, relicta ſunt in ſolis nudis-
narrationibus, cum templum ne ex ip-
quidem agnoſcatur veſtigiis, ampla au-
n, & magnifica illa civitas relicta ſit in
leribus, & ruinis, nec eorum, quæ erant
n Judæis legitima, quidquam manſerit,
& ad ipſum, qui Hieroſolymis erat eis
us venerandus, juſſu imperatorum pro-
itus fuerit adytus.

CAPUT XIX.

d quoniam neque Græcis neque Judæis
„ex dictis ſumuntur indicia Dei adven-
, quodnam erit nobis principium, quo
pium noſtrum probemus? non aliud cer-
quam ſummatim recenſere, quæ de
pie ſentiuntur.

CAPUT XX.

onſtat ergo apud omnes, oportere cre- *Deus bonus, juſtus &c.*
„dere, Deum non ſolum eſſe poten-
, ſed & juſtum, bonum & ſapientem,
quidquid ad id, quod melius eſt, fert
itationem, & nullum ex his ſublimibus
ninibus disjunctum ſigillatim eſt virtus.
que bonum vere eſt bonum, quod non
collocatum cum juſtitia, ſapientia, &
entia: in ſuſcepti autem a Deo homi-
diſpenſatione nulla deeſt ex iis, quæ

 „pie

„pie de Deo animis inſident exiſtimationi-
„bus; quodnam enim apertius bonitatis fue-
„rit teſtimonium, quam ejus curam geſſiſſe
„qui defecerat ad contrarium? Sed nil
„profuiſſet bonitas, ſi non effeciſſet ſapien-
„tia, ut in opus exiret ſapientia, & in ho-
„mines charitas: in iis enim, qui male ſe
„habent, ſunt quidem multi, qui vellent
„eos in malis non eſſe, illi autem ſoli eos
„juvant, quibus opem fert artificioſa vis,
„& potentia ad medendum. Quæ autem fa-
„cta ſunt, oſtendunt, & artificium Dei di-
„ſpenſationis in ratione ſuſcepti hominis, in
„qua duo etiam conſideranda ſapientia, in-
„quam, & juſtitia.

CAPUT XXI.

Juſtitia Dei.

„Quoniam fieri non poteſt, ut natura no-
„ſtra, quod attinet ad mutabilem, &
„alterabilem incitationem ad motum, in ſe
„maneat immobilis, ſed ad aliquid omnino
„liberum procedat arbitrium boni deſiderio
„naturaliter ipſum trahente ad motum. Bo-
„num autem aliud quidem verum eſt bo-
„num ſecundum naturam, aliud autem non
„ejuſmodi, ſed habet quamdam boni ſpe-
„ciem, eorum autem judex eſt intelligen-
„tia intra nos collocata: qua in re verſa-
„mur in periculo vel aſſequendi verum bo-
„num, vel dilabendi ad contrarium.

CAPUT

CAPUT XXII.

Cum ergo homo voluntarie fraude conſul- *Lapſus hominis*
„toris diaboli ad bono contrarium de-
latus fuiſſet, Deus tamquam bonus move-
tur miſericordia ejus, qui ceciderat, &
tamquam ſapiens non ignorat modum re-
vocationis: ſapientiae autem eſt, etiam ejus,
quod juſtum eſt, judicium.

CAPUT XXIII.

Cum ergo nos ipſos noſtra ſponte vendi- *Redemtionis*
„derimus, oportebat ab eo, qui prop-
ter bonitatem nos in libertatem erat re-
ſtituturus, non aliquem tyrannicum, ſed
juſtum excogitari modum revocationis: is
autem eſt, dare quodcunque velit pretium
redemptionis pro eo, quem poſſidet. Quo-
nam autem pretio commutaret eum, quem
poſſidebat, niſi quod eſſet maximum, ma-
jora accipiendo pro minoribus, ut magis
aleret ſuam ſuperbiae affectionem? At-
qui in prioribus ſaeculis intelligebat, nihil
fuiſſe tale, quale videbat in eo, qui tunc
apparebat, nempe conceptionem ſine viri
conjunctione, & tot miracula Evangelica
ab eo patrata. Hanc ergo vim cernens in
illo inimicus vidit in permutatione plus eſſe
emolumenti, quam in eo, quod poſſidebat,
ideo maluit fieri pretium redemptionis eo-
rum, qui in carcere mortis erant incluſi.
Sed fieri non poterat, ut Dei nudam aſpi-
ceret ſpeciem, idcirco carne divinitas ob-

„umbrata eſt, ut id, quod apparuit, ma
„eſſet concupiſcendum, quam formidabi
„Ita cum juſtitia conjuncta eſt bonitas,
„ſapientia: voluiſſe enim dare ſalutem
„teſtimonium bonitatis. Quod autem ta
„quam ex contractu fecit redemption
„ab ejus, qui tenebatur, dominatu, oſte
„juſtitiam: quod autem id, quod capi
„poterat, ſubtiliter excogitans effecit, ut
„pi poſſet ab inimico, id aperte arguit ſu
„mam ſapientiam.

CAPUV XXIV.

...tentia ...ei in In-...rna-...ne.

„Quæritur vero, ubinam in Incarnati
„cernatur potentia divinitatis, &
„corruptio divinæ potentiæ? Ac prim
„quidem, quod omnipotens natura pot
„rit deſcendere ad humilitatem humanita
„id poteſtatem magis oſtendit, quam mag
„quæ naturam ſuperant, miracula: nam qu
„magnum a virtute divina effectum eſt,
„quodammodo ſecundum naturam Dei
„luntate, & virtute deductum ad eſſentia
„ad id autem, quod eſt humile, deſcen
„eſt quædam redundans copia poteſtati
„quæ minime impeditur in iis, quæ ſu
„præter naturam. Quomodo enim in flamm
„mirandum eſt, ſi contra naturam ſu
„tendat deorſum; ita divinam potentia
„neque cœlorum magnitudo, neque unive
„ornatus tantum oſtendit, quantum quod
„demiſerit ad imbecillitatem noſtræ natur

CAPUT

CAPUT XXV.

Quod autem in noſtra extiterit natura di- „vinitas, nequaquam dictu novum & alienum videbitur, quis enim in univerſitate non credat eſſe Deum eam induentem, & continentem, & ei inſidentem? Ab eo enim quod eſt, pendent omnia, & in eo habent eſſentiam, cur ergo nos pudet, quod myſterium in diſpenſatione doceat Deum extitiſſe inter homines, qui ne nunc quidem creditur eſſe extra hominem, etiamſi modus idem non ſit? Atque nunc quidem eſt in nobis, qui naturam continet in eſſentia, tunc autem cum noſtra natura immiſta (*unita*) fuit divinitus, & in ea noſtræ naturæ cum divina commiſtione (*unione*) noſtra effecta eſt divina, ſcilicet a morte exempta, & ab adverſarii tyrannide erepta.

Potentia in Incarnatione major, quam in miraculis.

CAPUT XXVI.

Sed forte exiſtimet aliquis, fraude hanc „viam a Deo pro nobis fuiſſe excogitatam, quod non nuda divinitate, ſed tecta ab humana natura Deus ab inimico ignoratus, in eum, qui dominatum habebat, ſe inſinuaverit. Verum hoc ipſum fuit ſummæ juſtitiæ & ſapientiæ: nam par pari pro meritis referre, per quod viciſſim decipitur deceptor, oſtendit juſtitiam; ſapientiæ autem eſt, in modo reddendi ſimilia ab eo, quod eſt melius, non diſcedere. Ipſe ergo hic decipitur objecta hominis ſpecie, qui

Dolus non eſt in Incarnatione.

„eſca

„eſca voluptatis hominem prius deceperat.
„Eorum autem, quæ fiunt, ſcopus habet mu-
„tationem ad id, quod eſt melius; per h
„enim, quod miſtus eſt humanitati, cum
„fuerit in omnibus naturæ proprietatibus,
„nempe generatione, educatione, & usque
„ad mortis pervaſerit experientiam, homi-
„nem liberavit a vitio.

CAPUT XXVII.

Cur Deus Angeli naturam non aſſumpſerit.

„Cum vero omnibus hominibus unus ſit
„vitam adytus, undenam oportet
„eum, qui ad nos ingreditur, in vita col-
„locari? ex cœlo, fortaſſe ait, qui genus hu-
„manæ originis deſpuit tamquam abjectum.
„Sed in cœlo non erant homines, nec mo
„bus vitii; qui autem cum homine commi
„ſcebatur, volebat prodeſſe homini. Ite
„quænam fieret naturæ noſtræ correctio,
„cum terreſtre ægrotaret animal, aliquod e
„cœleſtibus divinum ſuſcepiſſet adventum
„Et ſane cum a divina natura ex æquo d
„ſtat omnis creatura, ſi terreſtem creatura
„exiſtimabunt indignam, quæ cum Deo co
„nectatur, neque ulla invenietur digna
„Quodſi ex æquo omnia ſunt indigna, ſu
„pereſt unum, quod Deo conveniat, nimi
„rum egenti benefacere. Ubi eſt ergo mo
„bus, illuc medicatricem venire poteſtate
„confitentes, quidnam credimus alienum a
„eo, quod, ut decet, de Deo eſt exiſtimar
„dum.

CAPU

CAPUT XXVIII.

Sed noſtram ludibrio habent naturam; & „naſcendi modum, qui Deum non deceat. Sed jam dictum eſt, ſolum vitium eſſe natura turpe, & ad opificem eſt reditura naturæ accuſatio, ſi quidquam ejus vituperetur tanquam turpe & indecorum: ad unum enim ſcopum eſt directa univerſa membrorum compoſitio, quorum ſcopus eſt, ut homo in vita maneat, unde alia curam gerunt præſentis, alia futuri, ut quæ per ſe mortalium inducant ſucceſſionem. *Deo non indecens humana natura.*

CAPUT XXIX.

Sed dicunt, ſi quod factum eſt, honeſtum „erat, & Deum decebat, cur diſtulit beneficium? & cum eſſet vitium in principio, ejus ad ulteriora progreſſum non amputavit? Ad quod brevis eſt noſtra reſponſio, nempe quod per ſapientiam, & ejus, quod noſtræ naturæ conducit, curam & providentiam beneficii nobis collati facta fuit dilatio. Nam poſtquam humanæ naturæ vitii morbus ſemel incubuit, expectavit medicus univerſalis, ut nullum eſſet reliquum genus vitii immiſti naturæ; quod ubi ad ſummum pervenit, nec erat ullum genus ſceleris, quod admittere non auſi eſſent homines, ut per omnem ægritudinem pervaderet medicina, ea de cauſa non incipientem, ſed jam perfectum morbum curat. *Cur dilata Incarnatio.*

CAPUT

CAPUT XXX.

Deus omnes ad fidem vocat.

„Siquis autem exiſtimat, ſe poſſe refelle-
„quod dicimus: quia etiam poſt adhibi-
„tam medicinam peccandi nondum finem f
„cit humana vita. Sed talis ſciat, quod v
„tium lethifero etiam vulnere confectum i
„ſuis adhuc reliquiis vitæ exhibeat moleſtiam
„Sed rurſus criminantur: quod fides non p
„omnes pervadat homines. Verum ſi a
„quidem vocarentur, cæteri vero vocatio
„eſſent expertes, opportuna eſſet repreh
„ſio; ſi autem pariter ad omnes proce
„vocatio, quomodo Deum accuſant; q
„verbum prædicationis non in omnes do
„natum obtinuerit? Nam qui in univerſi
„tem liberam habebat poteſtatem, di
„etiam aliquid in noſtra poteſtate, quod
„liberi arbitrii electio, quæ ſui juris eſt
„libertate mentis & cogitationis ſita. Ita
„in eos, qui ad fidem adducti non ſunt, c
„minatio multo juſtius transferri poteſt, n
„in eum, qui vocavit ad conſenſionem.

CAPUT XXXI.

Liberum arbitrium.

„Dicent, Deum poſſe, ſi velit, eos etia
„qui reſiſtunt, neceſſario compelle
„attrahere ad ſuſcipiendam prædicatione
„Verum ubi ergo in his eſt liberum ar
„trium? ubi virtus, ubi laus eorum? qu
„liberum arbitrium ſi deponat intelligens n
„tura, ſimul etiam perdit gratiam intellige
„tiæ, abolita eſt virtus, honore privata
„vi

„vita, ablata eſt laus eorum, qui ſe recte „gerunt, peccare unicuique impune licet. „In Dei ergo bonitatem culpa non eſt con„ferenda, quod non in omnibus fuerit fi„des, ſed in affectionem eorum, qui prædi„cationem Verbi audiunt, & non ſuſcipiunt.

CAPUT XXXII.

Cur Chriſtus in cruce mortuus.

Verum dicunt: non oportebat ſuperemi„nentem naturam mortis ſubire expe„rientiam, ſed abſque ſua inſigni virtute poſſet facillime, quod videbatur, efficere; nec oportebat ignominiæ mortis crucis affici dedecore. Sed mortis quidem neceſſitatem efficit naſcendi conditio & humanitatis proprietas: vel forte magis conſentanee aliquis dixerit, non eveniſſe mortem, quia natus eſt, ſed mortis cauſa fuiſſe ab eo acceptam naſcendi conditionem, ut nos a morte ad vitam revocaret. Quia igitur oportebat, ut totius naturæ noſtræ a mortuis reſurrectio fieret, morti tantum appropinquavit, quantum eſt attigiſſe mortalitatem, & initium reſurrectionis ſuo corpore dediſſe naturæ, ut qui poteſtate totum hominem ſimul ſuſcitaverit. Crux autem nos docet, quod cum quadrifaria ejus figura ſit diviſa, qui in ea fuit extenſus tempore mortis ſuſceptæ diſpenſationis, univerſum in longum, altum, latum, & profundum ſibi colligat. Quod autem crux nihil alienum ſit ab ea, quæ Deum decet, exiſtimatione, patet ex eo, quod in morte non manſerit, & quæ cor-

„pori

„pori fuerint plagæ impoſitæ, nihil in
„menti attulerint, quominus reſurgere

CAPUT XXXIII.

Baptiſmus ducit ad vitam immortalem.

„Cum ergo mortale hoc tranſeat ad v
„conſequens erat, prima gener
„ad vitam mortalem deducente, aliam
„niri generationem, quæ ad vitam de
„ret immortalem, quod myſterium re
„rationis per preces ad Deum, gratia
„leſtis invocationem, aquam, & fidem i
„tur. Sed ſi quærunt, quomodo hæ
„principium vitæ iis, qui initiantur ſ
„viciſſim interrogemus, quomodo ex ſ
„fit homo? Sicut ergo dicent, quod
„virtute ille fit homo; quæ ſi non adſi
„men eſt inefficax: ſi ergo illic non ſubj
„facit hominem, ſed vis divina, inſip
„& ingrati animi erit, exiſtimare Dei
„hac parte eſſe imbecillem ad imple
„ſuam voluntatem. Quid commune, i
„habet vita cum aqua? Quid autem, i
„cemus, commune habet humor & i
„Dei? Sed nihil illic admirabile, ſi v
„Deo humor tranſit in animal præſta
„mum. Verum nec hoc mirandum, ſi d
„virtutis præſentia transformat ad inc
„tionem id, quod natum fuerat in natu
„quam cadit interitus.

CAPUT XXXIV.

Deus adeſt Baptiſmo.

„Sed quærunt, ut ſibi oſtendatur,
„Deus adſit invocatus in iis, quæ
„ſanctificationibus. Reſpondetur, qui

ocantibus ſe ſemper affuturum pollicitus eſt;
enim in altero genere procreationis eo-
m, qui generant, etiamſi ab eis Deus
ecibus non invocetur, divina virtute ef-
ngunt id, quod generant, quanto magis
ſpirituali modo generationis, cum &
eus iis, quæ recte facta ſunt, ſe adfuturum
t pollicitus, & ſuam operi virtutem indi-
erit, ut credimus, & cum a nobis ſimul per
eces aſſumatur auxilium, magis erit per-
ctum id, in quod confertur ſtudium.

CAPUT XXXV.

Trina immerſio in Baptiſmo.

Deſcenſus autem in aquam, & quod in
„eam homo ter demiſſus ſit, alterum
ntinet myſterium; quoniam enim ducis &
ctoris vitæ noſtræ mors fuit ſub terra, &
cundum communem naturam, quæ ſit a
bis mortis imitatio, in propinquo aquæ
primitur elemento: & ſicut ille cæleſtis
mo, poſtquam ſub terra fuiſſet poſitus,
rtio die reverſus eſt ad vitam, ita etiam
i ſecundum naturam corporis eſt illi con-
nctus pro terra aquæ ei infuſæ ſubiens ele-
entum in tribus ambitibus imitatus eſt
iduanam gratiam reſurrectionis. Aqua
go ter infuſa ex ea rurſus aſcendentes ſa-
tarem imitamur ſepulturam & reſurrectio-
m, quæ facta eſt in tempore triduano;
i autem non fuerint initiati myſterio hu-
s purgationis, igne purgantur neceſſario.

CAPUT

CAPUT XXXVI.

Baptiſmus omnes ſordes purgat.

„Nam & communis ratio, & ſcripturarum „oſtendit doctrina, divinum chorum „non poſſe ingredi, qui omnes ex vitio con„tractas ſordes non eluerit: divinæ autem „operationis eſt propria ſalus eorum, qui in„digent. Ipſa autem fit efficax, & ad effe„ctum deducitur per eam, quæ in aqua fit, „expurgationem: qui eſt autem expurgatus, „erit particeps puritatis, quod autem vere „purum eſt, eſt divinitas. Quantum ergo ex „aqua & fide bonum oritur, ut cum ipſo Deo „homo familiaritatem habeat & conjunctio„nem?

CAPUT XXXVII.

SS. Euchariſtiæ veritas.

„Sed quoniam homo compoſitus eſt ex cor„pore & anima, neceſſe eſt, ut qui ſer„vantur, per utrumque attingant eum, qui „ducit ad vitam. Ergo anima quidem per fi„dem ſalutis habet occaſionem propter unio„nem cum vita, corpus vero alio modo ve„nit ad participationem ejus, quod dat ſalu„tem, quod nihil aliud eſt, quam illud cor„pus, quod & morte oſtenſum fuit eſſe no„ſtræ vitæ initium. Quomodo enim parum „fermenti ſibi aſſimilat totam conſperſionem, „ita corpus a Deo morte affectum, cum fue„rit intra nos, noſtrum totum ad ſe transmutat „in ſuam naturam. Sed fieri non poteſt, ut „ſit aliquid aliter intra corpus, niſi per eſum „& potionem miſceatur viſceribus; neceſſe „eſt

›, eo modo, quo natura poteſt, ſpi-
ivificam ſuſcipere virtutem. Cum
ſolum illud corpus, quod Deum u-
hanc gratiam acceperit, aliter fieri
:eſt, ut noſtrum corpus ſit in immor-
, niſi per communionem cum im-
factam ſit particeps incorruptionis.
ergo conſiderare, quomodo fieri po-
ıt unum illud corpus, quod tam mul-
ium millibus in univerſo orbe ſemper
itur, totum ſit in unoquoque, & ipſum
tum maneat. Sed fortaſſe non pro-
ımus a probabili ratione. Nam ſi
ırporis ſubſiſtentia cibo & potu con-
t autem cibus ille panis, potusque
ino exhilarata, Dei autem Verbum
ı eſt natura contemperatum, &, cum
noſtro corpore, non aliquam aliam
e naturæ innovavit conſtitutionem,
corpori dedit permanſionem, cibo &
ıntinens ſubſtantiam: cibus autem
nis. Quomodo ergo in nobis, qui
vidit, humanum corpus quodammo-
t, quod cum ille in eo fuerit, hoc
illic quoque, quod Deum ſuſcepit
cum panis alimentum accepiſſet,
ı ratione idem erat, quod ille, ali-
:ranſeunte in naturam corporis. Cor-
:em Dei Verbi inhabitatione ad divi-
anſmutatum eſt dignitatem. Recte *Tranſub-*
ınc quoque Dei Verbo ſanctificatum *ſtantiatio.*
in Dei Verbi corpus credo tranſmu-
:enim panis erat poteſtate illud cor-
ıit autem ſanctificatus habitatione

 „Verbi

„Verbi habitantis in carne. Igitur unde
„illo corpore transmutatus panis tranſi
„divinam virtutem, per idem nunc fit ſi
„liter; nam & illic verbi gratia ſanctum i
„corpus, cui ex pane erat ſubſtantia,
„quodammodo ipſum quoque erat panis
„hic ſimiliter panis ſanctificatur per Ver
„Dei & orationem, non eo quidem, c
„cibo mediante in Verbi corpus evadat,
„quod ſtatim per Verbum in corpus tr
„mutetur, ſicut dictum eſt a Verbo: *H*
„*corpus meum. Matth.* 26. Quomodo au
„per durum alimentum ſoliditatem cor
„fulcimus, ita humori per humidum a
„ſionem adjungimus, qui in nobis per
„rationem fit ſanguis, maxime ſi per vi
„acceperit virtutem transmutandi in cali
„Quoniam ergo hanc quoque partem ac
„caro illa Dei ſuſceptrix, per ſuæ grati
„ſpenſationem ſe per carnem inſerit omı
„credentibus commiſtus corporibus eo
„quibus ſubſtantia eſt ex pane & vino
„unione cum eo, quod eſt immortale, fit e
„homo particeps incorruptionis; hæc a
„dat virtute benedictionis in illud tran
„mentata eorum, quæ apparent, natur

CAPUT XXXVIII.

„Iis, quæ dicta ſunt, exiſtimo, nihil d
„quam dicere de fide, quantum cor
„vox Evangelii, nempe ut qui ſpirituali
„nitur regeneratione, ſciat, a quonam
„natur, & quale fiat animal; ſolum

„hoc genus generationis habet in poteſtate, „ut id fiat, quod delegerit.

CAPUT XXXIX.

Fides SS. Trinitatis in Baptiſmo.

„Partus igitur ſpiritualis pendet ex poteſta- „te ejus, qui naſcitur. Unde cogitatio- „ne prius diſcernat; quis ſibi pater futurus „ſit conducibilior. Cum vero cuivis ſit per- „ſpicuum, quod id, quod ſtat, non ſtante „eſt præſtantius, & eo, quod deficit id, quod „eſt perfectum; neceſſe fuerit, ut qui ſapit, „increatæ naturæ ſanctam credat eſſe Trini- „tatem, & ita per ſpiritualem generationem „eam efficiat auctorem ſuæ vitæ. Qui enim „ſpiritum quoque creatum eſſe, & Unigeni- „tum Deum affirmat, is vana ſalutis ſpe du- „citur, quippe qui ſeipſum ad creatam na- „turam abducit, eſtque generationis, quæ „eſt inferne, non ejus, quæ eſt deſuper: „dicit autem Evangelium *Joan.* 3. deſuper „eſſe generationem eorum, qui ſalvi fiunt.

CAPUT XL.

Vita mutatio.

„Præterea quæ per regenerationem noſtræ „fit vitæ tranſmutatio, non erit tranſ- „mutatio, ſi in eo, in quo ſumus, perma- „nemus: hæc autem mutatio regenerationis „gratia perficitur, ſi malis notis ex anima „noſtra deletis fit tranſitus ad id, quod eſt „melius. Sin autem lavacrum quidem adhi- „bitum ſit corpori, anima autem perturbatio- „num maculas non eluerit, ſpiritus ei, qui

ım inter ſe pugnantium appoſitione illu-
rior ſit, difficultatum humanæ vitæ men-
o facta eſt. Deinde explicatio eſt intro-
ıcta vitæ illius, quæ Philoſophiæ con-
ntanea eſt, quam nemo aſſequitur, qui in
ımanis negotiis omnino verſatur: unde
lterius quæritur, quæ a nobis res ſit ve-
: appetenda, qua re explicata viam inda-
ıre viſum eſt, quo hoc bonum aſſequere-
ıur, quæ eſt ipſa Virginitas. Cum autem
ı more hominum illud poſitum ſit, ut iis
ſtudiis dent, quorum laude viros illuſtres
ititiſſe viderint, neceſſario, qui cœlibatus
loria floruerunt, eos pie commemoravi-
ıus; ubi etiam religioſiſſimi Epiſcopi &
atris noſtri meminimus.

CAPUT I.

Omni laude præſtantior Virginitas.

Auguſta illa Virginitatis facies vel ex no-
„mine, quo compellatur, inſignem
ıudem habet; nam incorruptum, quæ vox
ı virginitate de multorum conſuetudine di-
itur, ejus integritatem ſignificat, ex quo
ıtelligere eſt doni hujus præſtantiam. Ac-
edit Apoſtolus, ſanctam & inculpatam eam
ppellans, quæ hoc munere ornata ſit, quæ
oces proprie ac primo ad incorrupti Dei
loriam uſurpantur. Ecquænam major eſſe
oteſt laus Virginitatis?

Virginitas omni laude major.

anta eſt terrenarum rerum a cœleſtibus;
jus Orationis veritatem exploratam ii ha-
re poſſunt, qui res ipſas animo luſtrave-
it. Nam nuptiæ omni ex parte quam
atiſſimæ deſcribantur, generis nobilitas,
ritiarum ſatis, apta ætas, pulchritudi-
s flos, charitas ſumma, gloria, poten-
ı, ſplendor: attamen tu velim videas
gritudinem quamdam, quæ ſenſim homi-
m conficit. Prætereo invidiam, quæ con-
tari ſolet in eos, qui gloriæ affecuti ſunt
lendorem; neque commemoro, quam
eile hominum inſidiis res ſecundæ alterius
it expoſitæ, & odio. Sed faciamus, ut
ı. his omnibus vacua ſit hominum vita,
iotidiana mortis expectatio nullis certis
gnis cognita hanc vitæ jucunditatem per-
tuo turbat, & rerum, quæ ſperantur, me-
ı lætitias omnes pervertit: ſponſus ama-
lem faciem cum cernit, continuo metus
m invadit, ne a ſe disjungatur. Sed
mpus pariendi inſtat, laborat puella e do-
re, & mors prægnantis propter incertum
rtus exitum timetur. Sed laborum in
riendo periculum fugit, natus eſt ei ſci-
s puer: verum timetur, ne fortuitus ali-
uis caſus aut morbum, aut periculum ei
liquod importet. Et hæc quidem utrisque
ommunia, illa vero, quæ uxoris ſunt pro-
ria quis commemoret? ſi exiguo tempore
ı viro eſt relicta, ſolitudinem ferre non po-
eſt, & metus efficit, ut in nulla ſit rerum
xpectatione meliorum. Quid autem ſi de
mproviſo obitu viri viduitas oritur, tunc

 „cor-

„corporis contractio & cupiditas mortis ſe
„quitur, quæ ſæpe ad ipſam usque morte
„perdurat. Sin autem tempore mitigetur c
„lamitas, alia ærumna exoritur; ſi enim l
„beros habet, orbi ſunt & commiſeratio
„digni, ſi omnino caret, gravius eſt ſolati
„malum. Reliqua viduitatis incommoda omi
„to. Sin autem communes vitæ difficultat
„cognoſcere cupis, audi, quæ commem
„rent mulieres hoc vitæ genus expert
„quam beatiſſimas eſſe virginalis vitæ ra
„nem deligentes: ab omnibus enim his
„lis vacua eſt virginitas, non viduitat
„luget, unaque ſemper eſt cum incorru
„ſponſo. Præterea res adverſas æquius f
„qui ſibi vivit, cujusque cogitatio alienar
„rerum curis non abſtrahitur, ſicuti is,
„uxoris & liberorum cura detinetur. I
„enim liberorum multitudine gaudet, c
„non ſatis habeat, unde alat; ille vero l
„rede caret facultatum ſuarum, & uter
„cruciatur. Iſthuic mortuus eſt ſuaviſſi
„puer, illi ſuperat prodigus; uterque co
„miſeratione dignus. Prætereo, quibus
„ſectibus ſuſpiciones & rixæ terminent
„liberorum cædes, nefarios coitus, & reli
„in fabulis narrata, & a nuptiis exorta. V
„ad judicia, pertracta de his leges, ex q
„bus cum perſpicias multa & varia, quæ
„nuptiis ſcelera committuntur, quorum p
„næ legibus ipſis definiuntur, accurate int
„ligis, quæ ſunt nuptiarum propria: n
„enim delicta, quæ non committuntur, l
„ges puniunt.

CAPU

CAPUT IV.

*ınque in hac vita eveniunt abſur-
ˈtium a nuptiis habent. Qualis item de-
ıat eſſe is, qui hujus ſe vitæ ſo-
cietate abduxerit.*

iori ratione mihi omnis vitæ improbi- *Nuptiæ multorum malorum occaſio.*
ıtas nullum in hominum vita imperium
ˈe videtur, niſi quis nuptiarum neceſ-
m ſibi imponat. Nam qui ab omni
conſuetudine repudiatis nuptiis ſe re-
t, nihil eorum rerum eſt aſſecutus,
ıibus in hac vita concitatur invidia:
ntiones fugit, ex quibus odium conſla-
& quia in virtute omnes ſibi theſau-
›nſtituit, ad res caducas animum ſuum
per avaritiam non patietur. Affectus
ſuperbiæ a nuptiarum cauſa initium
; quia uxoratus quærit, ut a poſte-
iquam de ſe commemorationem libe-
ıis relinquendo magnus omnino exi-
:ur. Eodem modo reliquæ animi
ıdines ab hac ſane cauſa proficiſcun-
una autem eſt, horum malorum de-
io, ut ne ullis rebus, quæ animum
tant, ſeſe quis adjungat, ſed quan-
fieri poteſt, ſe ab omni vitæ conſue-
e avocet, quæ ad vitioſam diſcipli-
carnique deditam adducat, vel potius
convenientia, conjunctioneque naturæ
noveat, qua ſuo quisque corpori aſtri-
ıngetur, ut ne vita, quæ e carne eſt,
„ſit

„ſit carnis obnoxia calamitatibus. Hoc
„tem eſt ſoli animæ vivere, ut quis, quan
„in ſe eſt, inſtitutum imitetur illarum
„teſtatum, quæ corporis expertes ſunt;
„enim neque nubunt neque nubuntur,
„hoc eſt illis propoſitum munus, ſtudi
„& officium, ut incorruptæ integritatis
„tem contemplentur, & quantum imit
„ne aſſequi poſſunt, ad ipſius pulchritu
„divinæ exemplar contuendo, ſuam ipſi
„mam ornent.

CAPUT V.

Animi integritatem, ejusque ab o bus affectibus vacuitatem corporis mundit anteire oportet.

Virgini- as a pra- is affecti- ius vacua. „Virginitatis igitur Studium ars quæ „divinioris vitæ eſt, quæ docet, q „admodum, qui his corporis vinculis a „cti tenentur, earum rerum quæ co „carent, naturæ ſimiles efficiantur. „enim hujus omne ſtudium illud eſt, „voluptatum impetu animi deprimatur „tudo; quo enim modo animus noſter „nis voluptate mancipatus poteſt lu „quod mente cernitur, aſpicere, cu „lutulentas res aciem intendat? Und „veram pulchritudinem contemplandan „venta eſt virginitas, quæ nullam in „neceſſitatem, ſordidis carnis debitis v „di, ne aſſuetudine rerum, quæ n

„

ıdam lege permiſſæ videntur, immorta-
ı illam voluptatem averſetur, quam cor
ım pura ejus, qui nos regit, animi in-
ritate adhibita, capere ſolet.

CAPUT VI.

b eam cauſam magnus in Prophetis mihi *Elias & Joannes virgines.*
„videtur Elias, & qui in ejus Spiritu
ıit, Joannes, qui ambo ab adoleſcentia
e ſtatim ab humanæ vitæ ſocietate re-
ıverunt. Cum enim tum potionis, & cibi
ſpicientia, tum vita, quam in ſolitudine
ırunt, ſe quaſi a naturæ alienarunt in-
ıto, ab externis perturbationibus remoti
ſumma vitæ tranquillitate ſeſe conſtitue-
ıt: inde venerunt ad tantam divinorum
ıerum altitudinem, quantam de utroque
riptura commemorat. Iſta autem exinde
contigerunt; quia, dum puram in Deo cupi-
ıtem poſuerunt, neque liberorum amori-
ı, neque conjugum curis, neque cæteris
ls rebus humanis intenti, ne quotidiani
ıdem victus curam ad ſe pertinere cen-
runt. Neque profecto ad eam magnitudi-
ı pervenıſſent, ſi nuptiæ eos corporis
ectamentis delinitos molliviſſent. Ex
ı id documenti percipimus, ut propo-
ı Sanctorum exemplo iis rebus, quæ ad
am pertinent, animum non adjiciat is, qui
cum Deo junctum eſſe ſtudet: fieri enim
ı poteſt, ut cujus animus multarum re-
ı curis diſtrahitur, is in Dei contem-
ıtionem, cupiditatemque plane totus in-
ıbat.

CAPUT

CAPUT VII.

Qui multis rerum curis detinetur, j non poteſt, ut animo ſit perfecto.

Multæ curæ perfectioni noxiæ.

„Hominum mens, ſi paſſim diffunditu „quo ſenſuum illecebris rapitur, „petuo diſſipatur, nec vim habet ad ca „qui ad verum bonum pertinet: ſed ſi „dique ſe collegerit, & tota ad nat „ſui muneris functionem impellatur, „impedimento erit, quominus ad ſupe „feratur. Nam neque animus, qui ſe „movetur, conſiſtere poteſt, neque ſ „hibetur, quo minus ad res inanes ſu „tu utatur, dubium eſt, quin cum u „a rebus abſurdis repellatur, ad veri „recta contendat. Quare iis rebus, q „hac vita expetuntur, ne implicemu „quarum numero ſunt nuptiæ, quæ ſt „rum inanium ſemen potius ſunt, atque „cipium.

CAPUT VIII.

Matrimonium non eſt in reb damnatis.

Matrimonium licitum.

„Nemo vero ex dictis opinetur, no „trimonii improbare inſtitutionem „enim ignoramus, neque illud a bened „ne Dei fuiſſe alienum. Sed quoniam „ipſum ſatis defendit communis hom „natura ad liberorum procreationem, ſ

„

:aneum eſſet, admonitiones de matrimo- conſcribere, cum voluptas ipſa acerri- m ejus patrocinium ſuſcipiat; niſi for- e his ſermonibus opus eſſet propter eos, Eccleſiæ præcepta corrumpunt, res a creatas deteſtantes, quaſi impuræ ſint, id malum trahant. 1. *Tim.* 4. Quia non illigunt, quod virtus omnis in medio- ate conſiſtat: unde qui matrimonium eſtabile eſſe ſtatuit, ſe ipſe conſcindit; tus enim matrimonii eſt homo, quæ igi- quis in matrimonium convitia conjicit, eum illa ipſa recidunt. Nos vero de rimonio, ita ſentimus: oportere nos re- divinarum ſtudium matrimonii officio ferre; neque tamen eum deſpicere, illo moderate uti poteſt, qualis Pa- rcha Iſaac fuit, qui exhauſta jam ado- entia ob Dei in ſemine benedictionem eccam in matrimonium duxit. Siquis ır contracto matrimonio ita utatur, ut is ſpiritualibus præpoſitis ad ejuſmodi remiſſa cupiditate uſus ſit, hic tem- ins eſt: qui vero ita infirmus eſt, ut ıræ onus ſuſtinere nequeat, melius aget, b iis procul ſe abducat, quam in cer- en viribus impar deſcendat. Periculum n eſt, ne voluptatum uſu deceptus re- corporearum voluptatem omni tempore iget; quaſi voluptatis potius amator n Dei ſit, & rerum, quæ permiſſæ ſunt, ıſatione adhibita animi actionibus ady- pateſiat.

CAPUT

. . . carna-lium vo-luptatum pericu-loſa.

,,ſuetudinis habitum n

,,perientia didicimus; nam n
,,dem amatores cognovimus,
,,ætate ſe omnis temperanti
,,dioſos oſtenderunt, impuræ
,,tium quoddam fecerunt, q
,,permiſſum videtur eſſe volu
,,tium: poſtea vero quam ho
,,ſunt, a rebus divinis ad h
,,& cupiditatem traduxerunt,
,,petere omnino deſierint. Q
,,qui minus firmi ſunt, con
,,mur, ut ad virginitatem
,,que ad hujus vitæ conſuet
,,dentes, contra ſe tentatio
,,& propter hos carnis affectu
,,repugnantibus ſe implicent
,,Dei præceptum explere negl
,,nemur, ut toto corde,
,,Deum diligamus. Quo enim
,,mo Deum quis diliget, cum
,,modo in Deum, modo in r
,,pellat? cælebs enim, quæ

n pariat, cujus amore mente prædi-
otius eſt detinendus, quam a rebus
magnis alienandus demiſſione quadam
, quæ in rebus humilibus cernitur.

CAPUT X.

Quid revera expetendum ſit.

inta enim jactura fiat, cùm quis veri *Verum*
,honeſti poſſeſſione cadit, quæ Ora- *honeſtum*
vis hoc explicat? omnia enim, quæ- *quid.*
ie homines tamquam pulchra admi-
r, comparatione facta cum eo, quod
pulchrum, & bonum eſt, excedit;
ropterea tamen hujus cognitionis nos
deponere debemus, ſed quo majus
, quod quæritur, eo altius animo et
ac magis nos excitari oportet, ut ne
fius boni ſocietate alieni efficiamur,
opter magnam ejus celſitudinem, ejus
ab cognitionem amittamus. Itaque
er hanc ipſam imbecillitatem ex re-
ſenſu cognitis mentis vim ad ſa tra-
e oportet, quod ſub oculos non ca-
atque in hac quidem contemplatione
ta verſemur.

CAPUT XI.

nadmodum quis in conſideratione veri honeſti verſari debet.

is malarum opinionum cauſam accu- *Quomodo*
rate perſpicere velit, non aliam eam *inveniatur.*
ire arbitror, niſi quod non accurate
noſtri

„noſtri animi ſenſus in hoc exercemus, ut „honeſtum, & pulchrum ab eo internoſcen„mus, quod neque honeſtum, neque pulchrum „eſt. Quamobrem multi partim in carni„, „partim in pecuniæ, gloriæ, vel gulæ amo„rem delapſi ſunt. Verum qui ſimplicem „honeſti indagarunt naturam, quæ materiæ „expers eſt, neque in diligendis maxi„ „optabilibus aberrarunt, neque errore „cepti ſunt, ut perſpecta voluptatis bre„ „tate ad ejus deſpicientiam devenerint. H„ „igitur nobis ad honeſtum via eſt, ut c„ „ab omni rerum abjectarum cupiditate „appetitionis noſtræ vim liberaverimus, „referamus illam, quo ſenſus pervenire „poteſt, ita ut neque cœli pulchritudin„ „neque luminum radios, & reliqua pul„ „ſpeciem habentia ſuſpiciat; ſed ad pul„ „illius cupiditatem ducatur, cujus glori„ „& cœli, & firmamentum enarrant. „qua ratione fiet, ut rerum humilium „dio detentus, res ſublimes, & divinas „ſequatur? ſi nimirum ſe ſimilem effic„ „columbæ volanti, qua Spiritus Sancti „mos eſt in divinis litteris appellare; „felle caret, & fœtori inimica eſt. Qui „go noverit humana deſerere, hic profe„ „& amore, & cupiditate ad illud ſolum h„ „neſtum, & pulchrum trahetur, quod „aliunde exiſtere poteſt, ſed quod ex ſe „& per ſe, & in ſe ſemper honeſtum „Atque vera quidem virginitas, & incorr„ „tæ caſtitatis ſtudium eo plane refert„ „ut illius ope Deum quis intueri poſſit.

CAPUT

CAPUT XII.

Neque à principio, neque à natura innatæ ſunt homini affectiones, ſed ex conſilio ſibi eveniunt.

Homo animal rationis particeps à principio non illud ſibi ingenitum habet, ut affectibus eſſet mortique expoſitus, utpote ad imaginem Dei factus; ſed poſt primam ejus fabricationem affectionum vis in eum introducta eſt hoc modo. Imago erat homo illius poteſtatis, cujus imperio omnia reguntur; unde in ejus libero conſilio, & voluntate poſitum fuit, ſe illius ſimilitudinem tenere. Quare calamitatem hanc, quâ hominum genus jam oppreſſum tenetur, ſponte ipſe fraude deceptus contraxit, & ità omnis mali auctor fuit, non à Deo facti inventor. Itaque homo in peccati ſordes præcipitatus incorrupti Dei imaginem perdidit, quæ rurſus invenitur, cum mentem animumque noſtrum ad divinum bonum convertemus. Itaque quoniam noſtræ à paradiſo vitæ ſeparationis poſtremum eſt conjugium, hoc ipſum primum quaſi poſtremum aliquod diverſorium oportet relinquere eos, qui ad Chriſtum redeunt; deinde à miſeria excolendæ terræ ſegregari. Item ut carnis noſtræ involucra removeamus, & veſtes pelliceas hoc eſt carnis prudentiam exuamus, & omnia occulta dedecoris abdicemus, & honeſta duntaxat

Hominis libertas.

„expers eſt, neque in dilige
„optabilibus aberrarunt, neq
„cepti ſunt, ut perſpecta vol
„tate ad ejus deſpicientiam de
„igitur nobis ad honeſtum via
„ab omni rerum abjectarum
„appetitionis noſtræ vim liber
„referamus illam, quo ſenſus
„poteſt, ita ut neque cœli pu
„neque luminum radios, & r
„ſpeciem habentia ſuſpiciat; ſ
„illius cupiditatem ducatur, c
„& cœli, & firmamentum en
„qua ratione fiet, ut rerum h
„dio detentus, res ſublimes,
„ſequatur? ſi nimirum ſe ſi
„columbæ volanti, qua Spirit
„mos eſt in divinis litteris ap
„felle caret, & fœtori inimica
„go noverit humana deſerere,
„& amore, & cupiditate ad ill
„neſtum, & pulchrum trahetu

CAPUT XII.

ꝛrincipio, neque a natura innata ꝛmini affectiones, ſed ex conſilio ſibi eveniunt.

animal rationis particeps a princi- *Hominis* ꝛ non illud ſibi ingenitum habet, *libertas.* ibus eſſet mortique expoſitus, ut- imaginem Dei factus; ſed poſt pri- ıs fabricationem affectionum vis in 'oducta eſt hoc modo. Imago erat liūs poteſtatis, cujus imperio om- ntur; unde in ejus libero conſilio, ıtate poſitum fuit, ſe illius ſimili- tenere. Quare calamitatem hanc, ıinum genus jam oppreſſum tene- nte ipſe fraude deceptus contraxit; nnis mali auctor fuit, non a Deo ꝛntor. Itaque homo in peccati ſor- cipitatus incorrupti Dei imaginem , quæ rurſus invenitur, cum men- imumque noſtrum ad divinum bo- ıvertemus. Itaque quoniam noſtræ iſo vitæ ſeparationis poſtremum eſt ım, hoc ipſum primum quaſi po- aliquod diverſorium oportet re- tos; qui ad Chriſtum redeunt; a miſeria excolendæ terræ ſegre- em ut carnis noſtræ involucra re- ıus, & veſtes pelliceas hoc eſt car- entiam exuamus, & omnia occulta is abdicemus, & honeſta duntaxat

„pertinet, quæcunque recta animi & ſunt,
„& habentur: nam virginitatis præſidio ani-
„mus cum vero ſponſo conjunctus non a cor-
„poreis modo ſordibus ſe removebit, ſed &
„omnia pari ſecuritate ibit, illud tantum per-
„timeſcendo, ne aliquo modo ad rei pravæ
„ſocietatem affectionem aliquam adulteri-
„nam capiat. Sic animus cum Deo con-
„junctus, non ſolum per fornicationem ſe
„cum altero non conglutinabit, ſed & cum
„nullis rebus ſaluti repugnantibus ſocieta-
„tem inibit, quaſi una ſit omnibus in rebus
„impuritatum communitas; quippe ſi vel
„unus aliquis affectus in eum invadet, tota
„animi quies ſimul concutitur. Commemo-
„rant enim iis, qui hæc indagarunt, vir-
„tutes inter ſe minime disjunctas eſſe, ne-
„que fieri poſſe, ut qui unam accurate per-
„currerit, ceteras non attingat; ſed cui una
„ex virtutibus ineſt, reliquas neceſſario eum
„conſequi dicunt.

CAPUT XV.

Prout aliquid eſt a virtute remotum, ita in periculo verſatur.

Virginitas alia omnia vitia excludere debet.

„Innumerabiles ſunt in noſtra vita peccati
„viæ, & multi ſunt, qui adulterando in-
„ſidias ſtruunt, ut honorabile hoc vere con-
„nubium, & immaculatum thorum detur-
„pent. Nam adulter ira, adulter avaritia,
„adulter invidentia, & omnia denique, quæ

b Apoſtolo tamquam ſalutari doctrinæ re-
ugnantia colliguntur: ſane fœmina, quæ
r iis, qui ſibi inſidiantur, uni conſentit,
on a pœna illam liberat pudicitia, quam
aliis præſefert. Pari ratione nos vere di-
ere poſſumus, in animo irarum, vel invidia-
um pleno, vel aliquo peccato irretito fieri
on poſſe, ut in eo bonus ſponſus inha-
itet. Quid ergo ex his documenti accipi-
ius? hoc ſane, quod pudicam Virginem
b omnibus animi affectibus ſe omnino ab-
ucere oportet, ac ſponſo, qui eam adorna-
it, integram ſe atque adeo puram con-
rvare, ut aut ſordes, aut rugas, aut
iquid ejusmodi minus contrahat.

CAPUT XVI.

l bonum non eſt aptus is, qui aliqua ex parte in virtutis officio peccat.

Multorum nos conſuetudinem moderari oportet, qui contra fœdiſſimas vo- *Una virtus cum aliis colenda.*
iptates pugnaciſſime ſe defendunt, eas ve-
, quæ in honoribus, & imperii appeti-
onibus exiſtunt, voluptates conſectantur,
miles ſervo, qui ab una in aliam ſervitu-
m ſe tradit. Rurſus ſunt plerique, qui
voluptatis affectu facile ſuperantur, &
ifficulter ab eo liberantur, quod tunc ac-
idit, cum non ratio virtuti conſentanea,
d animi affectio vitæ curſum dirigit: qui
ero & animi vitæ, & ſalutis curam ha-
et, in moderata quadam animi æquitate

„verſabitur. Aperte Dominicæ doctrinæ hæ
„præceptum eſt, quæ diſcipulos docet v
„ut agnos inter lupos verſantes, ut no
„ſolum columbæ ſint, ſed etiam aliquid ſe
„pentis in moribus habeant, & neque i
„ſimplicitate laudem hominum conſectentu
„nec calliditatem impermixtam contrario vi
„tutem credant, ſed ex adverſariis rebu
„unum temperatum morum genus conficiant
„hinc dementia, illinc malitioſa ſapient
„reciſa.

CAPUT XVII.

Omnes animi poteſtates virtutem ſpe- ctare debent.

> …mnes
> …irtutes
> …ser-
> …ndæ.

„Qui igitur virginitatis ſtudio ad Deu
„accedunt, cum ad unum aliquod ſ
„ctum officium reſpiciant, non modo n
„contrarias caveant, ſed quod bonum eſ
„undique ſibi colligant, ut omnibus qu
„rendis vitam in tuto collocent: neque eni
„miles, qui armis partem aliquam corp
„ris munierit, reliquum corpus armis n
„dum periculo objiciet. Proinde pro aliq
„quidem fundamento vitæ honeſtæ ſit p
„poſitum ſtudium virginitatis, & ſuper h
„fundamentum cuncta virtutis opera extru
„tur; niſi enim huic præclaro officio v
„omnis reſpondeat, aut ſi reliqua ani
„perturpatione inquinentur, illud aure
„ornamentum eſt, quod in roſtro Suis,
„margarita, quæ ſit porcorum pedibus co
„culcata.

CAPI

CAPUT XVIII.

rtus etiam perfecta nihil prodeſt qui in omnibus virtutem non colit.

ro jam ſingillatim explicabimus, quo *Perfecta*
ιĉto quis inſitis ſibi rebus uſus vitam *virtus*
ae componat. Itaque dicimus, opor- *quae.*
m appetitum in animo puro dedica-
eo dedicare, & nullis vitæ ſordibus
ıatum ſervare; iram vero & odium
anes oſtii cuſtodes ad ſolam peccati
antiam in vigilia manere. Pro telo
ım & fortitudinem afferat, oportet,
tıs impiorum affectibus animus con-
ır; ſpe autem & tolerantia quaſi ba-
ıniti, ſi quando quis tentationibus
atur, in peccatis vero doloris reme-
ıarare: tunc vero recta horum regula
erit, quæ docet, quid in omnibus
ato alienum ſit, & cuique proprium.
tatem autem in plus habendi poſitam
ad eam, quæ a Deo eſt, appetitionis
ididerit, beatiſſimus erit; ſapientiam
ırudentiamque omnium, quæ expe-
conſultrices adhibebit, ne in erro-
ıducatur. Si autem dictis his virtu-
ıd id, quod non decet, uſus fuerit,
ı eſt, & monſtri ſimilis, & animi
ım uſum pervertit. Quin etiam ad-
la eſt in his convenientiæ & decori
quam in animis noſtris vera tempe-
inſerere ſolet, quæ eſt omnium ani-
tuum bene conſtituta, & cum ſapien-

 „tia

„tia prudentiaque conjuncta moderatio. Qu
„re qui ſummum hoc virginale inſtitutum
„ſequi vult, eum puram in omni vita int
„gritatem & caſtitatem præſeferre oportet

CAPUT XIX.

Mentio Mariæ Aaronis ſororis, quaj ejus, quæ hujus perfecti officii rationem inierit.

Exemplum Mariæ ſororis Aaron.

„Prophetiſſa Maria, quæ exſiccato ma
„transmiſſoque mulierum choro ſtip
„canoro tympano præcinit, hoc tympano
„cite ſignificare videtur Virginitatem, q
„primum a Maria exculta eſt, per quam cre
„derim Dei genitricem Mariam præſignata
„nam ſicut tympanum omni aquæ hum
„purgatum magnum ſonum emittit, ita V
„ginitas, cum nullum hujus vitæ humor
„in ſe colligat, clara & illuſtris exiſtit. U
„& colligimus, Prophetiſſam Mariam vir
„nem fuiſſe; maxime quia de ejus matri
„nio & liberorum procreatione nulla ſit m
„tio. At vero ſi a quibus in benedictio
„parte liberorum procreatio petebatur,
„etiam honeſta fuit virginitatis gratia, q
„modo nos, qui ſecundum carnem divinas
„dictiones non exaudimus, erga illam a
„ctos eſſe decet ?

CAPU

CAPUT XX.

non poteſt, ut corporis voluptatibus
ul quis ſerviat, & temperantiam Deo
gratam aſſequatur.

m binæ nobis propoſitæ ſint nuptiæ, *Corporis voluptates ſpiritualibus nuptiis repugnant.*
„quarum unæ carnis opere conficiun-
alteræ vero in ſpiritu conſiſtunt, ſtu-
), quod in unis ponitur, ab alteris nos
ſſario ſeparat; appetitio enim noſtra na-
n non habet, ut corporeis ſimul volup-
us ſerviat, & ſpirituales nuptias am-
Nam ſimilibus ſtudiis utriusque rei
oſitum aſſequi non licet; unius enim
nentia corporis affectuum interitus &
cientia nobis conciliantur: e corporea
m coitione omnia his contraria appa-
cælebs quippe, quæ divina ſunt, cu-
nuptiis vero junctus in mundanis ſtu-
ponit. Cum econtra qui ſpirituale ma-
onium contrahere cupit, mentis reno-
one juvenem ſe & divitem cœleſtibus
uris oſtendet, generis vero nobilitatem
re contendet, quæ & labore & ſtudio
uis recte factis comparatur, fortitudi-
autem non carnem ſaginando, ſed vim
us imbecillitate corporis perficiendo
idet: quæ vero harum nuptiarum ſpon-
munera adhibentur, non ſunt pecuniis
orata, ſed ex animi divitiis dono data,
Paulus in fructibus ſpiritus enumerat.
terea vitæ ſociam veram ſapientiam ſibi
nget, cujus amore qui ducitur, hic in
omni

„omni cupiditate propoſitum ſibi divi
„ſcopum habet, qui vera ſapientia eſt, a
„animus is, qui cum incorrupto ſponſo
„jungit, veræ ſapientiæ, quæ Deus eſt, a
„re tenetur.

CAPUT XXI.

Qui accuratam hanc vivendi ratio tenere inſtituit, ab omni corporis volupta genere ſe abdicare debet.

„ligenter exploret? & utrum eorum
„ad Chriſtum tendant, anve ab eo ſ
„na, dijudicet. Multis autem modis
„clara hæc dijudicatio: quidquid ex
„turbatione aliqua, aut agitur, aut
„tur, aut dicitur, id cum Chriſto
„congruit, ſed adverſarii notam, &
„nem gerit, qui animi margaritæ
„no perturbationes admiſcet, ut pre
„pidis ſplendorem deformet ac deleat.
„vero ab omni turbida affectione
„ac purum eſt, id ad tranquillitatis
„rem, & principem ſpectat, qui Chri
„ex quo tamquam ex puro incorr
„fonte, qui ſuas animi notiones,
„ctiones haurit, & derivat, talem cu
„cipio atque origine ſimilitudinem
„feret, qualem obtinet cum ipſo font
„in rivulos decurrit, quæque in a
„reſplendet aqua. Etenim una, &
„eſt, quæ in Chriſto, & quæ in m
„noſtris conſpicitur, puritas: ſed illa i
„naſcitur, hæc inde manat, & in
„rivatur.

Perfectio Chriſtiana.

25. „In hoc igitur meo quidem
„Chriſtianæ vitæ perfectio ſita eſt,

„ſi

ninum, quibus Chriſti nomen ſignificatur,
participes eorum vim, & animo, & Ora-
tione, & vivendi inſtitutis exprimamus;
ut abſolutam illam a Paulo commendatam
Sanctitatem ſuſcipientes nos integro, &
corpore, & animo, & Spiritu nulla ma-
i permiſtione contaminatos conſervemus.
Quod ſiquis ad perfectam virtutem aſſequen-
dam difficillimam eſſe viam objiciat, cum
ex omni Creatura ſolus immutabilis ſit
Chriſtus, inconſtans autem natura huma-
na, & ad mutationes proclivis, ideoque
fieri non poſſe, ut ad eam perveniamus,
bique firmi, & immutabiles conſiſtamus;
huic reſpondebimus, Athletam nullum co-
onari, qui non legitime certaverit. Certa-
men porro non eſt legitimum, ſi nullus,
quocum pugnes, adſit adverſarius; quam-
obrem ſi adverſarius non eſt, corona non
rit, victoria enim, niſi aliquid victum ſit,
ſſe non poteſt. Cum illo igitur, quod in
natura noſtra mutabile eſt, tamquam cum
adverſario ea ratione compoſiti decerte-
mus, ut ipſum non dejicientes, ſed cadere
non permittentes victores ſimus. Neque
vero ad malum tantummodo propenſio-
nem habet homo, nam ſi ad eam partem
duntaxat natura proclivis eſſet, ad bonum
eſe non poſſet convertere; nunc autem
pulcherrimum motionis opus eſt ipſum in
bonis incrementum; cum impetu illo, quo
ad melius trahimur, is qui recte movetur,
aſſidue transfertur ad ea, quæ diviniora
ſunt. Id ergo, quod formidandum videba-

 ,,tur,

„tur., nempe naturam noſtram mutabilem „eſſe nobis tamquam alas, quibus ad ma- „jora volemus, præbere demonſtravimus; „damno enim id nobis futurum fuiſſet, ſi „mutationem ad melius ſuſcipere non poſſe- „mus. Nequis igitur vim in natura mutatio- „nibus aptam cernens doleat, aut conque- „ratur, ſed ſeſe continenter in melius pro- „movens, & de gloria in gloriam tranſfe- „rens quotidianis incrementis ita vertatur, „ut in dies melior, & perfectior fiat; nec „umquam ſe ad perfectionis metam perve- „niſſe ſibi perſuadeat. Ea enim vera per- „fectio eſt, ut qui augetur in melius „numquam conſiſtat; neque terminis ul[lis] „perfectionem exiſtimet eſſe concluſam.

S. GREGORII NYSSENI
DE PROPOSITO SECUNDUM DEUM, ET EXERCITATIONE JUXTA VERITATEM, ET AD RELIGIOSOS, QUI PROPOSUERANT QUÆSTIONEM DE PIETATIS SCOPO, ET DE RATIONE, QUA INTER SE CONVERSARENTUR, ET UNA CONCERTARENT.

Ex Interpretatione Federici Morelli.

Veritas ſectanda.

1. „Siquis ſincera mentis acie ſuum ip[ſius] „animum intuitus fuerit, in ejus na- „tura tum Dei erga nos charitatem, t[um] „opificii illius voluntatem pure conſpicie[t], „&

appetitus impetum ad id, quod præcla-
m, & optimum eſt, inſitum comperiet.
erum error quidam harum rerum aſpe-
ıbilium incautum animum decipiens ad
farium vitium illum trahit, & mortem
is amatoribus gignit. Propterea verita-
i notitiam Salvatoris noſtri gratia nobis
egita eſt, qua ad Numen divinum, &
utem deducimur.

2. „Par eſt igitur, ut is, qui corpus, & *Fides ſalutis initium.*
imum pie ad Deum adducere cogitat,
tæ ducem inſtituat piam fidem, quam
ınctorum voces per omnem Scripturam
ımant; ei enim, apud quem pietatis fi-
s, & inculpata vita exiſtit, etiam Chri-
potentia adeſt. Ubi vero Chriſti virtus
t, ibi vitii fuga eſt, & Spiritus Sanctus
lei participes adjuvans, & una habitans
ınum in unoquoque conſtruit ad animæ
ıdium in fidei operibus.

3. „Quia vero hominis virtutis vis per *Deinde ſpes.*
non ſufficit ad animos gratiæ expertes
vitæ formam abſolutam extollendos;
hc edocemur, non eſſe cogitandum, in
ımano ſtudio totam ſitam eſſe coronam,
rum ad Dei voluntatem referendam eſſe
em de fine obtinendo, quæ Dei volun-
s eſt, ut anima per gratiam purgetur,
pura Deo offeratur, & quæ Chriſti ſpon-
fieri deſiderat, pulchritudini Chriſti ſi-
ilis fiat.

 4. „Præ-

Laus hominum non affectanda.

4. „Præterea etiam in mandatis h
„mus, ut neque ab hominibus laudes
„cupemur, neque ignominiarum ab ipſi
„coeptarum nos pudeat; etenim eos,
„per oſtentationem virtutem aliquam e
„cent, Scriptura Sacra mercede in cælis
„vat, utpote qui hic laudationem h
„num accipiunt. Nec obſtat, quod
„Dominus: *Sic luceat lux veſtra coram*
„*minibus, ut videant opera veſtra bona. Mat*
„Nam hic Sermo præcipit, ut is, qu
„mandatis obtemperat, quidquid facit, i
„lum intuendo faciat, & huic ſoli pl
„ſtudeat, nullam ab hominibus gloriam
„nando: per vitam autem, & opera
„noſcatur, ut ſpectatores Patrem, q
„cœlis eſt, glorificent, apud quem e
„merces operum virtutis eſt propoſita.

Interna peccata vitanda.

5. „Odium etiam ex occultis erratis
„& *qui odit fratrem ſuum, homicidi*
„1. *Joan.* 3. Quod autem diſcrimen ſ
„ter mala intus abdita, & ea, qua
„tent, docet Apoſtolus. Rom. 1. Ubi
„lignitatem, ſuperbiam, & alia occult
„tia cœdi, avaritiæ, & ejusmodi i
„omnibus adjunxit. Ita autem ſanatu
„ciles ſunt in animis abſconditæ labes, u
„fas ſit, humano ſtudio ſolo eas de
„niſi quis Spiritus potentiam opitulatu
„aſſumpſerit; idcirco David ait: *Ab oc*
„*meis munda me. Pſ.* 18.

6. „

6. „Ulterius. Apoſtolus excellentiorem *Charitas* obis viam oſtendit. 1. *Cor.* 12. Scilicet *exer-* haritatem; tametſi enim alia quis obti- *cenda.* eat dona, quæ Spiritus præbet, linguas ico gentium, & prophetiam, & ſcientiam, & ſanationum munera, in timore; caſus onſiſtit, ſi charitatem non habeat, quæ abilit in virtutis ſtatu. Quare charitatis rnamentum tamquam fundamentum the- uri gratiæ animo comparans adverſus om- em affectum certa, quousque ad pieta- s metam ventum fuerit. Unde & Apo- olus armare nos membra jubet armis cœ- eſtibus. *Eph.* 6. Lorica juſtitiæ, & reli- uis.

7. „Reliquum jam eſt, ut dicamus, quo- *Quomodo* odo pie vivere volentes religioſos conver- *religioſi* ari inter ſe oporteat; & quomodo certa- *inter ſe* en currere, donec ad ſupernam civita- *verſari* em pervenerint. Quocirca opus eſt, *debeant.* tiam cum vita animam propriam abne- are, quæ abnegatio eſt, voluntatem ſuam usquam quærere, ſed Dei voluntatem, aque velut bona gubernatrice uti, quæ ommunitatis cœtum cum concordia ad ortum divinæ voluntatis dirigit.

8. „Deinde oportet nihil niſi id, quod *Vita com-* ommune eſt, poſſidere, præterquam ve- *munis, &* imentum, quod corpus tegat; ſic nam- *humilis* que expeditius erit, quod a præpoſitis in- *obedien-* unctum erit, cum ſpe alacriter perficere, *tia.* t ſervum Chriſti. Ad hæc eos, qui huic

 „ſpi-

„ſpirituali choro præficiuntur, magnitudi-
„nem ſuæ curæ conſiderantes, & malitiæ,
„quæ fidei inſidiatur, ſollicitos eſſe conve-
„nit; & non ratione poteſtatis magnos Spi-
„ritus gerere, vitamque ſuam cum humili-
„tatis exemplo aliis exhibere, dum eos re-
„putant depoſitum eſſe Dei, qui fidei ſua
„commiſſi ſunt. Sic igitur præpoſitos opor-
„tet fratrum curam habere ut probi tene-
„rorum educatores puerorum, qui ipſis a pa-
„rentibus traditi ſunt: enim vero hi puero-
„rum habitus conſiderantes huic verbera,
„illi monita, alteri laudem, vel aliud hu-
„juſmodi adhibent. Si ita invicem affecti
„fueritis, tum ſubjecti, tum magiſtri, illi
„cum gaudio obtemperantes, hi vero cum
„voluptate fratres ad perfectum ſtatum pro-
„vehentes, & ſi honoribus invicem præve-
„niatis, Angelorum in terris vitam agetis;
„inducat vero quiſque in mentem, ſe non
„fratre ſolum, ſed quovis homine inferiorem
„eſſe, & ſic revera diſcipulus Chriſti erit.

Amor Dei & fraterna charitas.

9. „Imitamini etiam Dominum, & in
„uno corpore, & anima una ad ſupernam
„vocationem currite diligentes Deum, &
„vos invicem; nam amor, & timor Domini
„primum legis complementum eſt. Nam qui
„Deum non amat ex toto corde, quinam
„ſincere charitatis in fratres curam habebit,
„quippe malignus ſine charitate pravis co-
„gitationibus præcipitat, dum nunc facit,
„ut gravia videantur Scripturæ mandata, &
„oneroſum miniſterium fratribus exhibitum,
„modo

lo ad faſtum extollit ab ipſo in conſer-
officio. Econtra ſi charitas a Deo ad-
rit, neceſſum eſt, & reliqua huic ad-
rere, & lenitatem, & candorem, per-
rantiam, & ſedulitatem in precibus,
nemque in genere virtutem. Itaque vi-
re, oportet, & undique inimicum ob-
are, ut antequam animam attingat,
ntiatur hoſtis. Cæterum, quæ virtu-
primo ante alias exercendæ ſint, quæ
ndo, & quæ deinceps, dici non po-
, cum inter ſe connexæ ſint; nam ſim-
itas obedientiæ trahit ſecum obedien-
i fidei, hæc ſpei, hæc juſtitiæ, hæc
nilitatis, & clementiam aſſumit, &
ritatem.

10. Porro Orationi diligenter inſiſten- *Orationi*
n eſt; ſiquidem hæc chori virtutum an- *incum-*
ta quædam eſt, & per Spiritualem af- *bendum.*
um Deo eum conjungit, qui in prece
ſeverat, cui proinde anima amore Dei
rans ſe tradat: nam ſedulitas in Oratio-
magna nobis bona largitur, ſi intenta,
recta conſcientia fiat, non cogitatione
nte circumvagans, neque coacta, ſed
ni amorem complens. Suggeret etiam
Dominus petentibus, quomodo pre-
dum ſit. Præpoſitos etiam decet omni
lio, & admonitione precantis cupidita-
in ſuo propoſito alere: puræ enim,
ſinceræ precationis fructus eſt ſimplici-
, charitas, humilitas, tolerantia, qui-
ſi deſtituatur, inanem ſumit laborem.
„Quodſi

„Deum dimiſeris, reputato, quod a Sole ſe-
„junctus es, & in tenebris vitam degas,
„ſive orationibus ut indignus interdictus ſis,
„per pœnitentiam primum ſtatum revocato.

Excommunicati miſera conditio.

2. „Per Petrum Epiſcopis dedit claves cœle-
„ſtium honorum; ſolutus agnoſce, quod ſolu-
„tus es, & ligatus, vinculis inviſibilibus con-
„ſtrictus es. Si oculi tibi eſſent, quibus cer-
„neres animi ſubſtantiam, oſtenderem tibi,
„qui a communione abactus es, ſpeciem con-
„demnati graviſſimis vinculis cervice depreſ-
„ſi nullum membrorum liberum habentis.
„Atque utinam cum vita ſupplicium termi-
„naretur! nunc vero ſi derepente mors ac-
„ceſſerit, ſcito tibi occluſa eſſe, quæ illic
„ſunt. Diligentes ſunt illius regni janitores,
„vident animam ſeparationis notas feren-
„tem, & non concedunt, ut ordines juſto-
„rum cernant, & angelicam lætitiam; mi-
„ſera vero tunc ſuæ ſe temeritatis vehemen-
„ter accuſans, lugensque, & plorans in lo-
„cum quemdam triſtem abjecta permanebit,
„luctu numquam finituro ac inſolabili in
„æternum pœnas luens.

Excommunicationis antiquitas.

3. „Incurva ergo nunc cervicem, præ-
„cepta tamquam jugum ſubi: quod durum
„eſt, confringitur, quod cedit, flectitur, &
„rectum efficitur. Cum increparis, dic ani-
„mo religioſo illud Davidicum: *Bonum mihi*
„*eſt, quod humiliaveris me, ut diſcam juſtifi-*
„*cationes tuas.* Ne ſegregationem arbitreris
„eſſe ab Epiſcoporum audacia profectam;

„pater-

„tum divinum Numen eſt, prorſus
„his aliqua ratio ſubeſt, quæ ſapien
„providentiæ Dei inſignia ferat. Qu
„de eo cogitare oportet? quomod
„de iis, qui hunc vitæ exitum hab
„ſentire? an illa quoque anima judi
„debit? Tribunali cum aliis ſiſtetu
„bibit actæ vitæ judicium? accip
„merito retributionem, vel igni p
„vel in rore benedictionis refrigerata
„haud ſcio, quomodo hæc de huj
„anima cogitare oporteat; nomen e
„tributionis aliquid ante præbitum e
„nificat: at ei, qui omnino non vixi
„teria præbendi prærepta eſt. Ubi
„retributio non eſt, neque bonum neq
„lum, quod ſperetur vel metuatur,
„ſitum eſt. Quod ſiquis hujusmodi
„nem amplectatur, quaſi prorſus i
„futurus ſit, qui hoc modo prodierit
„tam; beatior videbitur, qui vitæ pa
„omnino non eſt, quam qui vivit.
„dem ille procul dubio bonorum p
„erit; illius autem vitæ major vel
„coinquinatio vitioſitatis admiſcebitu
„ſi penitus a malis vacuus erit, m
„ad hoc laboribus opus erit: unde r
„carentia etiam ipſa ratione eſſe p
„tior oſtendetur, & virtus nullius pre
„parebit.

ur non- tili in- ntes ma- re abri- antur.

3. „Hæc cum animo agitares, h
„es me, ut hujus rei rationem ſcri
„ego vero convenire quidem opinor

commentationi apoſtolicam vocem,
in arduis uſus eſt: *O altitudo*, inquiens,
iarum, *ſapientiæ*, *& cognitionis Dei*,
inſcrutabilia ſunt judicia ejus! Sed quia
is Apoſtolus ait, proprium ſpiritualis
omnia ſcrutari, recte me facturum
cenſeo, ſi quoad ejus fieri poterit, in-
gationem hujus non negligam. Noſſe
r primum oportet, quod, quidquid ſe-
um Deum in rerum natura tum perci-
tum videtur, ex ipſo Deo eſſentiam
at; unum autem ex iis, quæ facta
natura humana eſt, & homo, quem
Deus ad imaginem ſuam. Porro cau-
hujus creationis quidam hanc reddi-
nt, ut in omni Creatura per intelle-
em naturam glorificaretur ea virtus, &
tas, quæ præſidet rebus univerſis:
veroſimile eſt eum, qui id, quod fu-
n eſt, æque ac præteritum cognovit,
eſſum vitæ infantis ad perfectionem
ibere, ne quod vi præſcia malum ani-
erſum eſt, in eo, qui ita victurus
t, perficiatur, atque ei, qui ea vo-
te, & arbitrio victurus fuiſſet, vitiiſ,
quitiæ materia vita fiat.

„Sed cur, inquies, hunc quidem *Cur mali*
ida benevolentia ſubducit ex vita, *ſerventur.*
quam per malum voluntas perficiatur,
vero relinquit talem fieri, ut melius
ſſet, penitus natum non eſſe? Ad
item ejusmodi quamdam æquioribus
„ratio-

„rationem reddemus, quod ſæpenumero vi-
„ta eorum, qui bene vixerint, etiam iis,
„qui ex ipſis nati ſunt, cauſa melioris con-
„ditionis eſt: atque ſexcenta horum ex di-
„vina Scriptura teſtimonia ſunt, quibus aper-
„te docemur, ejus curæ, & beneficii, quo
„digni a Deo conſequuntur, etiam ex ipſis
„progenitos una participes eſſe. Haud con-
„temnenda autem ſors eſt, etiam alicui im-
„pedimento fuiſſe ad malitiam, qui ju-
„illam omnino victurus fuiſſet: aſſentiri
„tur convenit; hæc intentione, & pro-
„conſilio fieri meliore.

Cur Deus malos toleret.

5. „Novi autem quandam etiam ali-
„rationem, quam a ſapientia Apoſtoli didi-
„per quam nonnullis, qui nequitia excell-
„rent, ad arbitrium ſuum vivere permiſſ-
„fuit; ait enim, Deum cuique id, quo di-
„nus eſt, tribuentem, alicubi nequitiæ qu-
„que intentione, & conſilio meliore lo-
„dare, idcirco enim paſſum eſſe naſci, &
„adeo talem naſci Ægyptium illum tyra-
„num, ut illius plaga Iſrael erudiretur, &
„inſtitueretur. Nam cum æqualiter div-
„potentia per omnia cognoſcatur, & ad be-
„nefaciendum dignis ſufficiens ſit, & ad pu-
„nitionem nequitiæ facultas ei non deſit,
„quoniam oportebat Iſraelem deduci ex
„Ægypto, nequa illi Ægyptiorum malorum
„quoad vitæ errorem contagio accideret, ade-
„adverſarius ille Dei propter omnem nequi-
„tiam nominatus, & nobilitatus Pharao in
„vita eorum, quibus bene fiebat, & exer-

„tus

tus eſt, & floruit, ut duplici efficientia Dei in utrisque diſtributa juſtam utriusque cognitionem Iſrael acciperet, dum id quidem, quod melius erat, in ſeipſo diſceret, triſtius autem in iis, qui ob malitiam flagellabantur, videret, cum excellentia ſapientiæ ſuæ Deus etiam malum ad adjuvandum bonum accomodare ſciat.

6. „Sed dicet aliquis, quod non omnes in hac vita ſuæ nequitiæ pœnas dent: nam nec qui ſecundum virtutem vivunt, in hac vita virtutis fructus capiunt. Quam ergo in his utilitatem, qui in nequitia impune vixerunt, eſſe dicemus? Ad hoc adducam tibi in medium rationem etiam humanis ratiocinationibus ſublimiorem: ait enim magnus David. *Pſ.* 57. Partem quamdam lætitiæ virtute præditis eſſe, ſi e regione ſuorum bonorum oppoſita damnatorum pernitie utraque inter ſe comparent. Lætabitur enim, inquit, juſtus, cum viderit ultionem impii, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris, non quod inſultet doloribus mœrentium, ſed quod tunc maxime cognoſcat id, quod ex virtute dignis accedit, dum nimirum puritas juſti in vita actionis in perditione peccatorum demonſtratur. *Juſti de vindicta malorum lætantur.*

S. GREGORII NYSSENI SERMO DE SANCTA CHRISTI NATIVITATE.

Franciſco Zino Interprete.

Feſtum Nativitatis Chriſti devote celebrandum.

1. „Cantate tuba in novilunio, inquit D„vid, in inſigni die ſolemnitatis n„ſtræ. *Pſ.* 80. Ergo quandoquidem ad„inſignis ille noſtræ ſolemnitatis dies, bu„cinatores diei ſacri facti, nos quoque l„gem impleamus; legalis autem tuba Se„mo eſt, ſonum edens ad eorum, qu„dicuntur, declarationem. Dicamus eti„nos Canticum Pſalmi. 117. Cum Davi„quaſi in choro canentes: *Benedictus, qui v*„*nit in nomine Domini.* Quomodo veni„nimirum per virgineam integritatem, „puritatem ad vitam penetrans humana„Hic Deus noſter, hic Dominus appar„nobis. Adeſte igitur ad ſpiritualem ch„ream animos noſtros excitantes antiſtite„noſtro choro Davidem præficiamus, & un„cum illo ſuavem illam vocem edamus: „*Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exult*„*mus, & lætemur in ea*, in qua minui tene„bræ incipiunt, noctisque modi augeſcent„radio ad defectum rediguntur. Non fo„tuita quædam hujusmodi circa diem hunc„feſtum ordinatio fuit, quod in adventu„Domini dies creſcit, & nox deminuitur; „ego enim talia mihi dicentem videor au„dire Creatorem. Cum hæc vides o ho„mo, intellige id, quod tibi per arcanum

„ſignifi-

atur: vides noctem proferri deſiſtere,
contrarium reſolvi: animadverte,
improba peccati nox extremam ne-
magnitudinem aſſecuta hodie ulte-
rogredi próhibita eſt, & ad abolitio-
edigitur. Vides lucis radium diutius
, & ſolem eſſe ſolito ſublimiorem:
dverte veræ lucis adventum, quæ
Evangelicis omnem terrarum orbem
at, atque illuſtrat.

,Quod autem non ab initio Dominus
ierit, ſed in extremis temporibus,
forſitan aliquis cauſam animo con-
t; quod nimirum is, qui vitioſitatis
læ cauſa vitæ humanæ ſe immixtu-
it, neceſſario expectavit, donec omne
um opera inimici radicibus actis ger-
et, & ita radici ſecurim admovit,
ſapiens medicus occultos etiam mor-
ravit. Unde neque temporibus Noe,
tempore Sodomorum Dominus ap-
, & ne tunc quidem cum Ægyptio-
equitia vigeret, tempeſtivum erat,
e ſe immiſceret; ſed oportebat Iſrae-
n quoque iniquitatem manifeſtari,
rum regnum, & Nabuchodonoſoris
iam, Judæorum rabiem adverſus
etas, cædem infantium ab Herode
am manifeſtari. Poſteaquam igitur
nequitiæ vis ex mala radice edita
nc, cum tempora ignorantiæ. *Act.* 17.
quaſi conniventibus oculis diſſimu-
, & toleraſſet, noviſſimis tempori-

Cur incarnatio diu dilata.

 „bus

„bus advenit: cum non eſſet, qui i „geret, & exquireret Deum, cum ac „mum nequitiæ caligo creviſſet; tunc „ruit gratia, tunc veræ lucis radius „tus eſt.

r non ... inis ne- ... tia ab- ... a.

3. „Sed dicet forſitan adverſarius, „eum, qui expectavit tempora ad n „ſtationem nequitiæ, ut auctam radicit „leret, totam eam ſuſtuliſſe deceba „nullæ ejus reliquiæ remanerent; cum „tra cædes, furta, & alia ſine metu cc „tantur. Verum is, qui imperium „evertit, vim quidem, quæ in capi „pentis erat, contrivit, reliquus ve „pentis tractus cum vita humana ſat „hunc eſt in motibus nequitiæ; donec „tæ hujus conſummatione hi motus al „tur, juſtis ad ſupernas partes tra „peccatis vero obnoxiis igni gehenn „ditis,

ophetiæ ... Nati- ... ate ... riſti.

4. „Sed revertamur ad præſen „dium, quod Angeli paſtoribus annu „cœli Magis exponunt, Spiritus Pro „prædicat, ut etiam Magi gratiæ huju „concs extiterint ſtella obſervata, „orituram ex Jacob Balaam præd „*Num.* 14. Audis item Eſaiam clam „*Puer natus eſt nobis*, & *filius datus* „*bis. Iſa.* 7. Sed quomodo? *Ecce*, i „*virgo concipiet*, & *pariet Filium*, & „*bunt nomen ejus Emmanuelem*, *quod e* „*biſcum Deus*. O miraculum ingens

„go mater ſit, & Virgo permanet; decebat
„enim eum, qui propter integritatem uni-
„verſitatis in humana vita verſatus eſt, ini-
„tium facere ab ea, quæ nativitati ejus in-
„ſerviret, integritate. Hoc etiam longe ante
„per eam, quæ ei per lumen facta eſt, Dei
„apparitionem magnus Moyſes animadver-
„tiſſe videtur, cum ignis accenderetur ex
„rubo, & rubus non conflagraret: forte
„etiam, eum, qui inter templum, & altare
„trucidatus eſt, Zachariam, non intempeſti-
„vum fuerit in teſtimonium incorruptæ ma-
„tris adhibere, cujus uxor Eliſabeth ſenex,
„& ſterilis peperit divina virtute filium. Et
„hic ipſe Zacharias virginitatis myſterium
„in incorrupto partu noſcens, expertem con-
„jugii matrem in templo a choro virginum
„non ſegregavit: & quia Zacharias regem
„naturæ hominem factum Judæis prædica-
„bat, ne huic regi ſubditi fierent, eum jux-
„ta altare interfecerunt.

5. „Sed jam ad civitatem Bethleem ve- *Angelorum cantus.*
„niamus: nam ſi nos vere paſtores ſumus,
„& pro gregibus noſtris vigilamus, ad nos
„pertinet angelorum vox, quæ annuntiat
„hoc gaudium magnum. Ergo reſpiciamus
„ad cœleſtem exercitum, audiamus divi-
„nam angelorum cantionem: *Gloria in ex-*
„*celſis Deo. Luc.* 1. Et in terra pax, quæ
„prius maledicta erat, ſed nunc *veritas ex*
„*ea orta eſt, & juſtitia de cœlo proſpexit.*
„*Pſ.* 84. Atque hæc fiunt pro ea, quæ eſt
„erga homines bona voluntate: Deus enim

 „huma-

„humanæ contemperatur naturæ, ut un
„cum ſublimitate Dei genus humanum ci-
„gatur.

Nativitatis circumſtantiæ.

6. „His auditis tranſeamus in Beth-
„leem, & videamus novum ſpectaculum,
„quomodo propter partum virgo lætetur,
„quæ a matre ſua ſterili per Orationem ob-
„tenta, & Maria appellata, in templo ob-
„lata, & Joſepho tamquam cuſtodi ſu
„virginitatis deſponſata fuit, & deniq
„prout narrat Evangelium. *Luc.* 1. D
„Filium concepit, & virgo in Bethleem p
„nuit, & quidem tempore tributorum d
„ſcriptionis, ut nos a malis tributis, qui
„humanum genus a morte vexabatur, &
„obnoxium erat, liberaret. Porro ſpelun
„cam cum videris in qua naſcitur Domin
„lucis expertem cogita hominum vitam, in
„qua verſatur is, qui apparet iis, qui in
„tenebris, & umbra mortis ſedent: faſci
„autem conſtringitur, qui catenis peccato-
„rum noſtrorum conſtringitur. Porro præ-
„ſepe rationis, & ſermonis expertium ani-
„malium domicilium eſt, in quo Sermo n-
„ſcitur, ut bos agnoſceret poſſeſſorem, &
„aſinus præſepe Domini ſui; bos ſubditus
„legi, aſinus oneribus portandis deſtinatum
„animal, quod peccato ſimulacrorum cultu
„oneratum eſt. At brutis quidem conve-
„niens cibus fœnum eſt, rationale autem
„animal pane nutritur: unde in præſepio
„habitaculo brutorum is, qui de cœlo de-
„ſcendit, panis vitæ proponitur, ut etiam
„ratio-

itionali invicem cibo ſumpto rationem
dipiſcantur. Medius igitur inter bovem,
t aſinum in præſepio utriusque Dominus
ſt, ut ſoluto interſtitio ſepis ambos in ſeſe
reet in unum novum hominem, & ab
oc grave jugum legis auferat, & illum
mulacrorum cultus onere levet.

7. „Verum tollamus oculos, & cœleſtia *Magorum*
niracula contemplemur; nam etiam cœli *adoratio.*
Evangelii nobis gloriam declarant. Ex Ju-
a nobis Chriſtus ortus eſt, ſed non illu-
ninatur Judæus ab eo, qui ortus eſt: a pa-
rum benedictione alieni Magi erant, ſed
ognitione populum Iſraeliticum præcedunt,
ui & cœleſtem ſtellam agnoverunt, &
egem in ſpelunca latentem non ignorave-
unt. Illi munera offerunt, hi inſidiantur,
lli adorant, hi perſequuntur, illi invento
o gaudent, hi turbantur: illi tamquam
eo offerunt thus, ac regiam dignitatem
uro colunt, eamque, quæ circa paſſio-
em diſpoſita eſt, ordinationem per myrr-
am præſignificant, hi vero ad unum om-
es infantes ac pueros interfici jubent.

8. „Hoc autem mihi videtur non cru- *Cædes in-*
elitatem ſolum, ſed etiam extremam eo- *fantium.*
um arguere dementiam: quid enim cæde
uerorum ſibi voluerunt? quoniam, in-
uiunt, ſignum cœleſtium miraculorum regis
eſignationem magis indicavit. Sed pro
erone credis illi ſigno, an vanum eſſe
utas? nam ſiquidem is eſt, qui cœlos

 „poſſit

„poſſit diſponere, ſub tua manu non eſt; „ſin autem peues te eſſe putas, ut ille vi„vat, vel moriatur, fruſtra talem tibi ſub„ditum metuis. Quare ergo horrendum illud „edictum emittitur, ut miſelli puelli truci„darentur? Quis Oratione clades, funera, „lamentationem puerorum, matrum, pa„trum deſcripſerit? carnificum minas, ex„tremes filiorum amplexus? cum multa „etiam talia eodem tempore ſimul acciderent.

uctus *tivita-* *Chriſti.* 9. „Verum a lamentationibus ob cædem „puerorum obortis aures avocemus, & ad „jucundiora magisque diei feſto convenien„tia mentem convertamus: quis autem no„bis hoc die feſto clarior eſſe poſſit? In quo „obnoxiis diabolo noctis diſcuſſis tenebris ju„ſtitiæ ſol per ipſam noſtram naturam illu„ceſcit naturæ? in quo collapſum excitatur, „inimicum ad reconciliationem ducitur, mor„tuum ad vitam redit, captivum redimitur. „Defenditur, & purgatur mulier a muliere; „prima adytum peccato dedit, ſed introeunti „juſtitiæ ſubſervivit: illa conſilium ſerpentis „ſecuta eſt, hæc interfectorem ſerpentis præ„buit, & lucis auctorem peperit: illa per „lignum peccatum introduxit, hæc per lig„num ſeu crucem bonum invexit.

'ſs *r.* 10. „Igitur exultemus, & lætemur in „hac die, non metuentes hominum objectio„nem, quaſi indecorum eſſet, Dominum „corporis ſubire naturam, & per nativita„tem ſe humanæ vitæ immiſcere, ignoran-

„tes

es rei hujus myſterium, quomodo ſapientia Dei ſalutem nobis certa ratione adminiſtravit. Sponte noſtra peccatis noſtris venditi ſumus, & in ſervitutem redacti: quid tibi a Domino potiſſimum fieri cupiebas? nonne ut de illa calamitate eriperetis? Quid de modo curioſe inquiris? cur benefactori formam benefaciendi præſcribis? Quodſi amplitudinem adminiſtrationis hujus curioſitate inquiris, ſcito, quod Numen divinum ſit omne bonum, bonitas, ſapientia, juſtitia, potentia, quæ omnia circa id, quod nobis contigit, concurrerunt. Quod bonus ſit, hinc ſciri poteſt, nimirum quod deſertorem dilexit: quod ſapiens ſit, hinc liquet, quod conſilium, quo reditus in priſtinum ſtatum ſervitute oppreſſis conficeretur, excogitavit. Quod juſtus ſit, argumento eſt, quod vim non fecit ei, qui nos in ſervitutem redegerat, qui emendo ſibi juſte comparaverat; ſed ſeipſum dedit quaſi pretium, quo redimeret nos, qui capti erant, ut tamquam fidejuſſor quidam in ſe translato debito liberaret eum, qui detinebatur ab iis, quorum erat in poteſtate. Quod potens ſit, hinc patet, quod non detentus eſt in inferno; neque caro ejus vidit corruptionem. *Pſalm.* 15. Fieri enim non poterat, ut author vitæ corruptioni obnoxius eſſet.

11. „Dicis, at turpe eſt, ad nativitatem humanam veniſſe, & periculum carnis affectuum, & afflictionum ſubiiſſe. Ve- *Turpe non eſt, Deum hominem fieri.*

„rum

„rum hoc modo beneficii, quo aliud nul-
„lum majus eſſe poſſit, excellentiam nar-
„ras: quoniam enim aliter ex tantis malis
„eximi genus humanum non poterat, ſu-
„ſtinuit omnis impatibilitatis Rex ſuam glo-
„riam noſtra vita commutare. Ac puritas
„quidem in noſtris ſordibus verſatur, ſor-
„des vero puritatem non attingunt, quem-
„admodum inquit Evangelium; quod lux
„in tenebris luceret, tenebræ autem eam
„complexæ non ſint. *Joan.* 1. Evaneſcit
„enim adventu radij caligo, caligine ſol
„non obſcuratur, id quod mortale eſt,
„a vita abſorbetur, ut inquit Apoſtolus,
„2. *Cor.* 5. Non per mortem vita abſu-
„mitur, ſed corruptum una cum incorrupto
„conſervatur: corruptio autem incorruptibi-
„litatem non attingit. Propterea communis
„omnis Creaturæ concentus exiſtit conſo-
„nam omnibus gloriæ prædicationem eden-
„tibus Domino Creaturæ, omni lingua cœ-
„leſtium, terreſtrium, & infernorum cla-
„mante, quod Dominus Jeſus Chriſtus eſt
„in gloria Patris benedictus in ſæcula ſæ-
„cula ſæculorum. Amen.

S. GRE-

S. GREGORII NYSSENI DE SANCTO STEPHANO PROTO-MARTYRE.

SERMO I.

Laurentio Siſano Interprete.

,,Quam pulchra bonorum conſequentia ,,eſt, quam jucunda lætitiæ ſucceſſio! Ecce enim diem feſtum ex die feſto, & gratiam pro gratia accipimus. Heri Dominus univerſi nos pavit, hodie Domini imitator; ille hominem pro nobis induens, hic pro illo hominem exuens. Ille vitæ ſpeluncam propter nos ſubiens, hic propter illum ex ſpelunca excedens: ille pro nobis faſciis involutus, hic pro illo lapidatus: ille mortem interimens, hic morti ...cienti inſultans. Concurramus etiam nos ad theatrum, in quo magnus ille athleta Stephanus adverſus improbum humanæ vitæ adverſarium ad certamen accingitur in ſtadio confeſſionis: revera enim juxta vocem Pauli mundo, & angelis, & hominibus ſpectaculo fuit magnus ille Stephanus, qui primus Stephano, id eſt corona confeſſionis, ornatus eſt, qui primus martyrum cœtui aditum fecit, primus usque ad ſanguinem peccato adverſatus eſt. *Feſtum S. Stephani.*

2. ,,Verum haud incommodum fuerit concertationem illam cum adverſario hu- ,,manæ *Stephani ordinatio.*

„manæ vitæ depingere. Nuper enim vehe-
„mens flatus ſuperne delatus diſſipatis ae-
„reis dæmonum copiis domicilium Apoſto-
„lorum repleverat, & in modum linguarum
„ignearum diviſus Spiritus in unoquoque
„reſederat, & ex omni genere profectos
„Hieroſolymis verſantes conſternatio invaſe-
„rat, omnibus in diverſas linguarum for-
„mas diviſis, repente cum diſcipulis ſine
„prævia exercitatione, ſed ex inſpiratione
„Spiritus ejusdem linguæ factis. *Act.* 1. Ne
„ſi in unam linguam ſolum prædicatio pie-
„tatis includeretur, inefficax, & inutilis
„hominibus diverſæ linguæ maneret. Cum
„autem Phariſæi hoc miraculo obſtupe-
„ctos errare contenderent, quaſi muſtu
„talem vecordiam Apoſtolis ingeneraſſet,
„Petrus econtra uno Orationis complexu tria
„animarum millia Chriſto lucrifeciſſet, &
„deinceps ſemper nova adjectione Eccleſia
„creſceret, & majorem manum gratiæ mi-
„niſtrantium res poſtularet, tunc ſapientia
„& gratia abundans Stephanus a Spiritu in
„Apoſtolorum auxilium vocatur.

Ejus ſapientia. 3. „Cum igitur Spiritus Sanctus in mag-
„na illa Stephani anima verſaretur, gratiæ
„radios clariores efficiebat, quam ob res
„omnes, in quibus ſcientiæ nonnihil inerat
„impetum Stephani ſuſtinere nitebantur; ſ
„ille omnibus invictus erat. Tunc igitur i
„ſpeciem quidem Alexandrini, Libertini, Cy-
„renenſes, & alii cum veritatis athleta con-
„fligebant; ſed pater mendacii erat per ſig-

„ra

ſ humanas adverſus eam, quæ a Ste-
ano proferebatur, veritatem inſurgens.
ɔx veritas inſigne de mendacio trophæum
ɔortabat, cum vir ille ſtrenuus omnes
ɔpugnatores fraudis in fugam vertiſſet.

4. „Poſteaquam igitur mendacium per *S. Stephanus*
, quæ opponebantur, confutatum erat, *nus falſo*
c quemquam alium improbus ille pro- *accuſatus,*
gnatorem fraudis invenire poterat, non *& damnatus.*
livifcitur ſui certaminis, & efficaciam
im tam in accuſatores, quam in judices
rtitur; hos quidem, ut falſa adverſus
ephanum dicerent, impulit, illos vero
animo irato calumniam admitterent, in-
xit. Quibus autem verbis populum con-
ant calumniatores? non deſinit, inquiunt
lumniatores, verba contumelioſa loqui
verſus Locum hunc Sanctum, & Legem:
divimus enim ex eo, cum diceret, Je-
ſ Nazarenus hic demolietur locum hunc
:. *Act.* 7. Et accuſatio quidem diaboli
atorum talis eſt, ſed quænam audien-
m amentia? cujus criminis nomine ſæ-
unt? Quod maleficium in his verbis con-
etur? ſive vera, ſive falſa loquatur?
m ſiquidem mentitur, id, quod angit,
n eveniet, ſin autem vera dicit, quæ-
m ineſt injuria Sermoni, quo prædi-
ur id, quod eventurum eſt? Deinde ac-
atur quidem Jeſus Nazarenus: ſenten-
, autem, & ſupplicium adverſus Stepha-
m decernitur. O injuſtam audientium
tentiam! quoniam, inquit, Jeſus muta-
„bit

„bit leges, lapidetur Stephanus. Quomo
„autem Jeſus legem abrogabit, qui ita a
„ctus erat erga legem, ut diceret:
„veni diſſoluturus legem', ſed implet
„*Matth.* 5. Vellem nunc adeſſe mihi ſ
„guinariorum illorum judicum concili
„ac de locis, quorum nomine ſæviunt i
„ſenſi, ſciſcitari, ubi celebre illud t
„plum? ubi legitima ſacrificia, aries,
„tulus, & reliqua? Si idcirco Steph
„capitis condemnant, ne quid triſtium
„rum rerum eveniret, oſtendant, quo
„que per cædem illam nefariam ſibi co
„vaverint? quodſi nihil horum reliquum
„dicant, cujus rei gratia cædes ab i
„perpetrata ſit.

Orat pro inimicis.

5. „Verum videamus in reliquo c
„mine, qua ratione ſanguinarios ulciſc
„is, qui veluti nivalibus floccis crebri
„cidentibus, ita lapidum quaſi gra
„imbre obruebatur; quibus contra j
„petat eos, qui lapidum in eum tela c
„tebant. Cognoſcant Judæi arma Chri
„norum, quibus injuriam ulciſcendo
„nus Stephanus uſus eſt; nimirum be
„cio nefariam cædem compenſans ho
„dis audientibus ad Deum, quem in c
„ſtibus adytis cernebat, clamabat: *Do*
„*ne imputes eis hoc peccatum. Act.* 7. Atq
„hic quidem peccatum eorum delebat:
„vero etiam ad Orationem exaſperaba
„ac non prius eum impetere remiſer
„quam in dulcem, & beatum ſomnum
„latus eſt. 6.

5. „Sed, antequam certamen ſpectaveri- *Diſputat*
s, ad finem certaminis Oratione prove- *cum Ju-*
ſumus: oportebat enim non præterire *dæis.*
, per quæ maxime virtus martyris, oſten-
atur; quomodo Judæi diſſecarentur cor-
us ſuis, & frenderent dentibus in eum,
i econtra iræ lenitatem, minis deſpicien-
m, mortis terrori vitæ contemptum,
o dilectionem, malevolentiæ benevolen-
m, calumniæ veritatis prædicationem
onebat, & adverſarios ſuos tamquam
tres aſpiciebat, & tamquam patres ſa-
abat. Viri enim fratres, inquit, & pa-
s audite. Et ad demonſtrandum, eos
errore doctrinarum verſari, iis docu-
ntis, quibus ab illis ipſis fides derogarit
i poterat, utebatur, nimirum Abraha-
, & cæterorum ſuccedentium Sanctorum
oria; adhæc quomodo Moyſes natus,
icatus, eruditus, in monte ſacris ini-
us eſſet, Ægyptum flagellaret, Iſrae-
i ſervaret, & myſterium Domini prædi-
et. Quod etiam maxime concitabat con-
um, eo quod etiam Moyſes, cujus ſe
ementer ſtudioſos eſſe videri volebant,
ronus doctrinæ hujus demonſtraretur;
mobrem etiam ſurgentes finem impo-
it, qualem & Stephanus deſiderabat,
illorum crudelitatem decebat.

: „Nam ille quidem naturam egreſſus *Vidit cæ-*
m antequam corpore exceſſiſſet, puris *los aper-*
lis cœleſtes ſibi portas apertas videt, *tos.*
„&

„& tum ipſam divinam gloriam, tum ...
„riæ ſplendorem conſpicatur. Ac pat...
„quidem gloriæ nulla figura deſcribit
„ſplendor vero in ea, qua ab hominibus
„ſus erat, forma ab athleta conſpicitur,
„apparens, ut humana capere poterat
„tura. Atque hic quidem extra natu...
„humanam conſtitutus, & in angelicum
„corem transformatus, ut ipſis homi...
„miraculo eſſet, eam, quæ ſibi appare...
„gratiam clamore ſignificavit: illi vero ...
„tinuerunt aures, & narrationem viſi...
„non admiſerunt, exclamantes voce ma...
„ut eorum adverſus Stephanum clamor ...
„Sodomorum, & Gomorræ ad cœlum a...
„deret. Non ignorabat autem athlet...
„per crudelitatem homicidarum benefi...
„accipere; unde benigna precatione ſa...
„narios compenſat, rogans, ut quibus
„dignus judicatus eſſet, ab iis, ne h...
„quidem excluderentur: quoniam leni...
„præceptorem videbat, & legum ab e...
„tarum inimicos diligere jubentium, &
„nefacere odio proſequentibus, & pro
„ſtilia facientibus orare.

ivinitas iritus S. 8. „Oportet ergo etiam nos per mag...
„Stephanum exerceri ad pietatem, ut
„eum fugiamus pneumatomachorum,
„eſt, Spiritus Sancti hoſtium vexatio...
„qui ajunt: ſi cum Patre, & Filio S...
„tum omnino numerari oportet, quo...
„ſit, ut Stephanus in apparitione una
„Filio Spiritum quoque non viderit? Ve...

,,quid dicit hiſtoria? *Stephanus autem cum*
,,*eſſet plenus Spiritu Sancto vidit gloriam Dei,*
,,*& Unigenitum Dei Filium. Act.* 7. Non
,,enim fieri poreſt, ut lumen videatur niſi
,,per lumen. *Pſ.* 35. Quoniam igitur per
,,lumen Patris, hoc eſt, per Spiritum San-
,,ctum illinc procedentem unigenitum lu-
,,men conſpicitur, idcirco gloriâ Spiritus
,,prius illuminatus plena mentis comprehen-
,,ſione; & Patris, & Filii gloriam percipit.

9. ,,Verum aliud nobis ex hac hiſtoria *Divinitas*
,,impietatis telum a Chriſtomachis, id eſt, *Chriſti.*
,,Chriſti hoſtibus objicitur. Ajunt enim, in-
,,feriorem Unigeniti dignitatem per hæc ſig-
,,nificari; nam per hoc, quod aſſiſtat ad dex-
,,tram Patris, demonſtrare conantur, eum
,,ſubditum eſſe Patris poteſtati. Verum tum
,,David. *Pſ.* 109. Tum Apoſtolus. *Hebr.* 1.
,,Eum etiam a dextris Patris ſedere indicant.
,,Unde tam ii, qui ſtare, quam qui ſedere
,,divinum Numen dicunt, nihil, quod ad ſen-
,,tentiam attinet, diverſitate verborum inter
,,ſe differunt; ille quidem firmiter ſtare, hic
,,vero immobiliter conſtitutum, & in bono
,,fundamentum eſſe Numen divinum cenſen-
,,tes. Hæc a nobis ad propoſitam quæſtio-
,,nem, cum viſio Stephani talem ſpeculatio-
,,nem in Orationem intuliſſet, obiter expli-
,,cata ſint. Contingat autem nobis, ut non
,,ſolum ſpectatores Stephani certaminis, ve-
,,rum etiam repleti Spiritu Sancto gratiæ
,,participes ſimus ad everſionem adverſario-
,,rum, ad gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti,

„cui gloria, potentia, atque imperium in ſæ„cula ſæculorum. Amen.

SERMO II.

DE SANCTO STEPHANO PROTOMARTYRE.

Laurentio Zacagnio Interprete.

S. Stephanus diaconus. 1. „Chriſtus in mundi ſalutem advenit, & „illico Eccleſiæ fructus prodierunt: „refulſit teſtis veritatis, ſimulque magnæ „diſpenſationis teſtes coruſcarunt; & primus „quidem nobis Stephanus corona ſcilicet floruit, non ex Judaicis ſpinis contexta, ſed „primus Eccleſiæ fertilitatis fructus Deo oblatus. Et primum quidem huic admirabili „viro viduarum cura demandata eſt, cum „ipſe Spiritu Sancto plenus, & Apoſtolorum „judicio ac delectu, & ſpiritualis ſapientiæ „virtute comprobatus fuiſſet. Et ſane tanti „ſtudii in propugnando, & propagando Evangelio ſpecimen præbuerat, ut & magna „divinæ virtutis miracula ejus prædicationem comitarentur. *Act.* 6. *v.* 8. Viduarum „enim curam gerebat, & animarum negotiationi incumbebat, illis corporalem menſam apponens, his ſpirituale epulum parans; animi probitate pauperes alendi munus ſuſtinens, loquendi vero libertate, & „Spiritus Sancti virtute veritatis hoſtibus „ora præcludens.

2. „Om-

2. „Omnibus itaque reſiſtebat, & adverſus omnes veritatis adverſarios prædicatione decertabat, & tanta dicendi vi erat præditus, ut nemo *potuerit reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, quo loquebatur.* Ingreſſus igitur eſt in Chriſti occiſorum concilium vir Chriſtum ferens, ovis in luporum Synagogam inſiluit, non tamquam a lupo rapta ſed tamquam ovis e Chriſti grege cum lupis dimicans; nam illi furebant, diſſecabantur, accuſationum, & minarum morſibus gregem dilacerantes. At hic eos argumentationibus potius ſuis quam minis, & accuſationibus diſcerpebat; unde in tanto malignantium concilio audacter adverſus impietatem loqui, & dicere non timuit: *Dura cervice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis. Act.* 7. *v.* 51. Hæc ille, qui in terra quidem eſſe videbatur, cœleſtia vero ſpeculabatur in Angeli faciem transformatus: martyrii enim deſiderium non angelicam modo dignitatem impertit, ſed & cœlorum portas aperit, non tradens animas morti, ſed in Chriſti manus Spiritum commendans; unde Stephanus extenſis ad Deum manibus ait: *Domine Jeſu ſuſcipe Spiritum meum.* Et hæc verba proferens animam exhalavit: Angeli autem cœleſtis chori ſocium ſuſceperunt, pluribus e cœlo laudibus illum cumulantes, quam quibus in terra eum Judæi lapidibus obruerunt. *Chriſtum prædicat.*

Sancti imitandi. 3. „Sed Stephanus quidem bonum ho
„pacto certans certamen, cœleſtis glori
„conſors eſt factus; huic autem Stephano,
„hoc eſt, coronæ illico pretioſi lapides ag-
„glutinati ſunt, divini videlicet Evangelio-
„rum præcones, quos ſubſecuti ſunt Marty-
„res, & qui ſalutari deinceps virtute co-
„ruſcarunt. Stephano enim initium facient,
„aliis, ut ita dicam, Stephanis lætamur,
„ſi nimirum Sanctorum virtutes imitemur at-
„que æmulemur, non ipſorum geſta tantum
„ſermonibus celebrantes, ſed & eorum mo-
„res ita animo complectentes, ut eos ex
„numquam patiamur; nos enim veros eo-
„rum diſcipulos eſſe non feſta inconſiderat
„& pro conſuetudine celebrata, ſed religio
„pietas, eademque vivendi ratio, & moru
„ſimilitudo demonſtrabit. Veneraris Marty
„rum memorias, eorumdem quoque propo
„ſitum venerare; tunc namque Sanctoru
„memoriis vere communicamus, cum eoru
„vitæ inſtituta ſectamur: non enim illis ſo
„lis gratiam largitus eſt Deus. Præcept
„communia ſunt, communis quoque le
„morum; unus eſt, qui certantibus labo
„rum præmia diſtribuit, unum veritatis pr
„mium, cujus, faxit Deus, ut nos omn
„digni efficiamur precibus, & interceſſio
„bus Sanctorum, & gratia D. N. Jeſu Chri
„ſti, cui gloria, & potentia in ſæcula ſæcu
„lorum. Amen.

ORA

ORATIO.

In diem Luminum, ſive de Sancto Chriſti Baptiſmate.

1. „Natus erat, quaſi ante paucos dies, „qui ante omnem naturam natus „eſt. Baptizatur hodie a Joanne, ut conta„minatum expurgaret, Spiritumque ſuperne „adduceret, & hominem in cœlos extolle„ret, ut lapſus erigeretur, &, qui dejecerat, „confunderetur. Et ne admireris, quod Deo „res noſtræ tanto ſtudio ac curæ fuerunt, „ut per ſeſe hominis ſalutem præſtaret; ſol„licitudine enim adhibita maleficus nobis in„ſidiatus eſt, cum cura iterum Creatoris ſer„vamur. Baptiſma igitur peccatorum ex„piatio eſt, remiſſio delictorum, & regene„rationis cauſa, quæ cogitatione cernitur, „oculis non videtur, qua compunctum no„tis peccatorum gratia regia eo redigimus, „ut innocens ſit ſicut infans; ut enim modo „natus puellus a criminibus, & pœnis liber „eſt, ita regenerationis puer non habet, „cujus nomine cauſam dicat, & a rationi„bus vitæ reddendis liberatus eſt. *Baptiſmus ſpiritualis regeneratio.*

2. „Hoc autem beneficium non aqua lar„gitur, ſed Dei præceptum, & Spiritus, „qui myſtice ad noſtram libertatem venit ac„ceſſus, aqua vero ſubſervit ad oſtendendam „purgationem: *Niſi quis*, inquit, *natus fue„rit ex aqua, & Spiritu, non poteſt intrare* *Aqua ad Baptiſmum requiritur.*

 „*in*

„*in regnum Dei Joan.* 3. Quare bina i
„& non ſolus Spiritus ſufficiens exiſtim
„eſt ad completionem Baptismatis? Q
„poſitus eſt homo, & idcirco duplicia, &
„juncto cognata, & ſimilia medicament
„curationem deſtinata ſunt, corpori qu
„quod apparet, aqua, animæ vero,
„viſum effugit, Spiritus, qui fide voca
„& ineffabiliter accedit: aqua quoque,
„Baptismati adhibetur, corpori, quod
„tizatur, benedictionem addit. Quan
„contemnas divinum lavacrum: nam
„quod operatur, magnum eſt, & ab
„mirabiles exiſtunt effectus. Etenim
„tare hoc Sanctum, cui aſſiſtimus, lap
„natura communis, ſed quoniam Dei c
„conſecratum eſt, ac benedictionem acc
„altare immaculatum eſt, & a ſolis fac
Realis praeſentia Chriſti in Euch. „tibus contrectatur. Panis item pani
„initio communis, ſed ubi eum myſte
„ſanctificaverit, corpus Chriſti, & di
„& eſt. Eodem modo vinum, cum ſ
„exigui pretii ante benedictionem, poſ
„ctificationem, quæ a Spiritu proc
„utrumque eorum excellenter operatur:
„dem verbi vis etiam Sacerdotem
„ſtum, & honorandum facit, novitate
„dictionis a communitate vulgi ſegrega
„qui repente redditur præceptor, pr
„doctor pietatis, & myſteriorum laten
„præſul. Et ita ad multas res ani
„advertens etiam ex veteri hiſtoria
„ſimilia exempla collegeris; ſic per Vi
„Moyſis maxima miracula fiebant. *Exo*
„]

Eliſæi reliquiæ mortuum excitarunt. 3. Reg. 1. Et ſic de multis aliis.

3. „Sed ſiquis me interroget, qua ratione aqua, eaque, quæ per illam peragitur, initiatio regeneret; dicam ad eum: oſtende mihi modum nativitatis, quæ fit ſecundum carnem, & ego tibi vim regenerationis, quæ ſecundum animam fit, exponam. Dices: ſemen cauſa hominis effectrix eſt: audi igitur contra a nobis, quod aqua, quæ benedicitur, purgat, & illuminat hominem. Quodſi rurſus contra ſubjicias: quomodo? clamabo contra te vehementius, quomodo humida, & informis natura homo fit? Et ut paucis abſolvam, ubique divina vis, & efficacitas incomprehenſibilis eſt, nullaque vel ratione, vel arte explorari poteſt, creans, & producens facile, quæcunque vult.

Quomodo aqua regeneret.

4. „Omittentes igitur hæc inquirere, potius quæramus, cujus rei gratia purgatio per aquam fiat, & cur ternæ immerſiones adhibeantur. Quod igitur Patres docuerunt, quatuor elementa nota habemus. Cum igitur Deus, & Servator noſter pro nobis ſuſceptam adminiſtrationem impleret, terram ſubiit, ut illinc vitam excitaret; nos vero Baptiſma aſſumentes ad imitationem noſtri Servatoris in terra quidem non ſepelimur, quæ corruptionem naturæ noſtræ cooperiens morte penitus perempti corporis tegumentum exiſtit, ſed ad terræ

Cur per aquam, & trinam immerſionem purgatio fiat.

„cognatum elementum aquam venientes, i
„illa ſicut Servator in terra nos abſcondi
„mus, idque cum ter ſimul facimus, tr
„duo peractam nobis reſurrectionis gratiam
„effingimus, eaque facimus, non ſilentio
„myſterium aſſumentes, ſed trium Sancta-
„rum hypoſtaſeon, in quas credimus, i
„quas etiam ſperamus,, ex quibus nobis
„contingit, ut & nunc ſimus, & rurſum
„futuri ſimus, nominibus ſuper nos pronun-
„tiatis, ſicut Dominus præcepit: *Baptizan-*
„*tes eos in nomine Patris, & Filii, & Spi-*
„*ritus Sancti. Matth.* 28. Quomodo in no-
„men Patris? quia principium eſt omnium
„rerum: qua ratione in Filium? quoniam
„conditor Creaturæ eſt, quomodo in Spiri-
„tum Sanctum? quia vim omnia abſolute
„reddendi habet. Submittimus igitur nos
„Patri, ut ſanctificemur: ſubmittimus item
„nos Filio, ut hoc ipſum fiat: ſubmittimus
„nos quoque Spiritui Sancto, ut id effici-
„mur, quod ille eſt, ac dicitur. Non e
„differentia ſanctificationis, quaſi Patre am-
„plius, Filio minus, quam uterque Spiritu
„Sancto ſanctificante; ſed unam, & ean-
„dem ab omnibus gratiam accipis.

Baptiſmi figuræ in L. V. 5. „Atque hanc non ſolum poſt crucem
„E·angelia gratiam Baptiſmatis prædicave-
„runt, ſed & ubique vetus Scriptura rege-
„nerationis noſtræ imaginem præfiguravit.
„Sic Agar ancilla Abrahami a domo Do-
„ni ſui propter iram Saræ ablegata cum I
„maele puero ſuo conſumpta aqua in de
„ſer

ad mortem pene redacto, monſtrante
ılo puteum aquæ viventis invenit, &
ılem ſervavit. *Gen.* 21. Vide igitur
ım myſticam, quomodo per aquam
ıtem per Angelum dono datam pere-
ſalus contigerit. Similiter nuptiæ
i cum Rebecca, id eſt, Chriſti cum
bus ad aquam primam pactionem ha-
ınt. Ipſe quoque Iſaac in omnibus
ſolitudinis puteos fodiebat Baptiſmi
ım. Per eamdem Scripturæ vim feſti-
ad ſponſalia Jacob inopinato ad pu-
ı obviam factus eſt Racheli. *Gen.* 29.
ı huc trium virgarum Jacobi rem ge-
Gen. 41. Quæ ubi fonti appoſitæ
, Laban multorum deorum ſuperſti-
ı implicitus pauper evaſit, Jacob au-
ditari, & agnis abundare cepit. Alle-
ıo autem ſenſu Laban ad diabolum,
ı ad Chriſtum referatur; nam poſt
isma Chriſtus omnem diaboli gregem
ılit, & ipſe ditatus eſt. Moyſes au-
adhuc ſub uberibus communi Pharao-
mortis ſententiæ ſubjectus, expoſitus
ıd ripas amnis. *Exod.* 2. Vicina enim
æ lex eſt, & quotidianæ Hebræorum
ſiones, quæ paulo poſt perfecto Bap-
ate obtegendæ erant, & ut Divino
o videtur, etiam populus ipſe, qui
um mare tranſivit, eam, quæ ex aqua
ingit, ſalutem annuntiavit. 1. *Cor.* 10.
ıſivit populus, & rex Ægyptius cum
citu ſubmerſus eſt, & myſterium per
a prædicebatur. *Exod.* 21. Etenim
,,nunc

„nunc quando populus fugiens Ægyptum
„peccatum in aqua regenerationis verſ
„ipſe quidem ſervatur, diabolus vero
„ſuis miniſtris animi dolore ob ſalutem
„minum ſuffocatur. Item Hebræorum
„pulus non prius terram promiſſionis
„pit, quam ducente Jeſu ad Jordanem
„venit; & dum duodecim ſaxa in flu
„depoſuit, duodecim diſcipulos min
„Baptismatis prædeſtinabat. *Joſ.* 8. I
„ſacrificium illud admirabile Thesbitæ
„quando miniſtros juſſit, ut multam a
„afferrent, ac ter in ligna fiſſa amphor
„effudiſſet, Oratione ignem accendi
„aqua. 3. *Reg.* 21. aperte eam, qua
„poſterum peragenda erat, Baptismati
„ſtitutionem, & initiationem nobis p
„xit; aqua enim ter ſuper infuſa acc
„eſt ignis, ut ſignificaretur, quod ubi
„myſtica eſt, illic etiam Spiritus eſ
„vivificans, ardens, & igneus, qui in
„comburit, & fideles illuminat. Quin e
„Heliæ quoque diſcipulus Heliſæus,
„ad eum ſupplex veniſſet Naaman S
„lepra laborans, & laviſſet in Jordane,
„gavit ægrotum, & tamquam ex qu
„fonte figuræ donum Baptismatis in t
„mundum tranſudit. 4. *Reg.* 11.

ophetiæ Bap- mo. 6. „Atque hæc quidem opere deſig
„ſunt indicia regenerationis per lavacr
„videamus deinceps eas, quæ per Se
„nes editæ ſunt, Prophetias. Igitur E
„clamat: *Lavamini, puri eſtote. Iſ.* 1. I
„C

hiel autem. *Spargam ſuper vos aquam pu-
ram, & purgabimini ab omnibus immundi-
tiis veſtris &c. Ezech.* 19. Joannes autem
ptiſta Jordanem ſanctificabat. *Joan.* 1.
David divinam vocem prædicens, quam
cœlis Pater ſuper Filium, dum bapti-
retur, emiſit. *Pſ.* 28. Dixit: *Vox Domini
per aquas.*

7. „Vos autem omnes, qui dono rege-
rationis vobis placetis, oſtendite mihi
ſt myſticam gratiam morum immutatio-
m; opus enim eſt aliqua evidenti de-
onſtratione, per quam cognoſcamus no-
m hominem a vetere diſcernere, quod
ſi nullum poſt ſe veteris nequitiæ ve-
ium relinquat. Scilicet, erat ante Bap-
ma homo protervus, avarus, fraudator,
tor rerum alienarum, convitiator, ma-
icus, mendax, calumniator; ſit nunc
deſtus, ſobrius, ſuis contentus, & pau-
ibus impartiens, veritatis ſtudioſus, ho-
rem aliis deferens, & omnem laude-
nam actionem exercens. Vides enim ut
chæus mutatione vitæ inſtituti publica-
m exuens, defraudatis quadruplum red-
erit, & male a pauperibus extorta illis
tribuerit. Evangeliſta Matthæus alius
blicanus ſtatim poſt vocationem tamquam
ſonam quamdam vitæ mutavit inſtitu-
m. Perſecutor erat Paulus, ſed poſt gra-
m Apoſtolus, graves gerens pro Chriſto
nas ad purgationem injuſtorum vincu-
m, quæ contra Evangelium portabat.
„Talem

„Talem convenit eſſe regenerationem
„Filios Dei in vita nova ſe gerere dece
„ſimilitudinem Patris ſui ſe formantes;
„enim probrum eſt adulterinus filius,
„factis ſuis paternam nobilitatem lud
„Idcirco etiam poſt adoptionis digni
„diabolus nobis vehementius inſidiatu
„vido oculo contabeſcens, dum recens
„hominis feſtinantis ad cœleſtem re
„licam, unde ille excidit, pulchritu
„intuetur: verum ubi ſenſerimus eju
„curſus, convenit Apoſtolicum dictu
„bis ſubjicere: *Quicunque in Chriſtum*
„*tizati ſumus, in mortem ipſius Baptiza*
„*mus. Rom.* 6. Et mortuum in nobis
„catum eſt. Fuge igitur a nobis: mo
„corpora non amat, non capitur di
„non calumniatur, non mentitur, no
„pit aliena: aliam morum inſtitui non
„didici res mundanas contemnere, & a
„conflictum cœdis pararent, homo Dei ad „ripas ſtagni noctu orans omnem eum lacum „in incultam terram continentem diluculo „oſtendit, & controverſiam diremit. Alte- „rum vero miraculum ab eo factum memo- „ratur. Amnis quidam Lycus nomine in „parte quadam ſuper ripas frequenter effun- „debatur, omne ſubjectum ſolum undis in- „volvens; ita ut crebra accolis pericula in- „veherentur flumine agros invadente, ſege- „tes, pecora, imo & homines opprimente. „Cum igitur fama miraculorum Gregorii per „univerſam nationem percrebuiſſet, ſuppli- „ces illi fiunt, rogantes, ut remedium ali- „quod malorum excogitaret. Ut ergo oſten- „ſus eſt illi locus, ubi flumen ruptis agge- „ribus a ſuo curſu deflexerat, Deum preca- „tus ſcipionem, quem manu tenebat, in cor- „rupto ripæ loco defigit. Deinde orans, ut „hoc veluti clauſtrum quoddam inſolentis „curſus aquarum eſſet, retro domum rever- „ſus eſt, re ipſa demonſtrans, quod quid- „quid a ſe fieret, a divina potentia admi- „niſtraretur: protinus autem haud multo „tempore poſt baculus quidem arbor evaſit, „flumini vero hæc planta pro termino fixa „eſt. Cum enim crebris imbribus amnis ille „inundans ſtrepitu terribilis fertur, tunc „ſummis aquis imas arboris radices alluens „in medium alveum undas contrahit; & quaſi „metuens arbori appropinquare curvo flu- „mine locum illum præterlabitur.

Lycum amnem coercet.

Alexandrum carbonarium Epiſcopum creat.

9. „Poſtquam autem ejusmodi miraculo„rum fama in omnes partes regionis dima„naſſet, omnes illius fidei tantis miraculis „comprobatæ participes eſſe cupiebant, & „ubique prædicatio procedebat: hinc ex fini„tima Comana legatio ad eum mittebatur, „ut Eccleſiam apud eos ſacerdote deſignato „conſtitueret, quod & fecit, & Alexandrum „carbonarium illis præfecit, & per ſacerdo„tium Deo dicavit, qui poſtea etiam per „ignem ad Martyrium pervenit. Sed cum pe„tulans quidam ex Attica adoleſcens eum „ob incomptam dictionem deriſiſſet, divina „quadam viſione emendatus eſt; cum colum„barum gregem incredibili pulchritudine ni„tentem conſpicatus eſſet, & quemdam „dicentem audiviſſet, has eſſe columbas „Alexandri, quas ille deriſiſſet. Utrum ho„rum magis quis admiretur? quod Grego„rius in ſua electione ſuffragiis optimatum „raptus non ſit? an vero ſub humilitate ab„ſconditas ſub carbonibus virtutum divitias?

Judæus illi illudens morte punitur.

10. „Non intempeſtivum hic etiam erit, „aliquid acceſſorium ſui itineris commemo„rare. Duo Hebræi reditum Gregorii ob„ſervabant, quorum unus, qui mortuus vi„debatur, per transverſam viam publicam pro„jectus erat, alter vero jacentem deplorabat, „& prætereuntem Gregorium rogabat, ut „miſertus aliquo modo paupertatis, præbe„ret aliquid, quo extremus ornatus corpori „injiceretur. Ille vero nihil cunctatus ſuper „jacentem injecta diploide ſua iter ſuum pro„ſeque-

„ſequebatur. Illo ergo digreſſo impoſtor ille, „ut alter ſurgeret, hortabatur: verum ille „revera mortuus erat, morte, quam deci„piendi cauſa ſimulaverat, correptus. Poſt „hæc cum quidam conventus ſub dio habe„retur, & omnes admiratione doctrinæ te„nerentur, adoleſcentulus quidam clamabat, „non Magiſtrum, ſed alterum ei aſſiſtentem „verba proferre. Sed Gregorius mox eum „a dæmone integrum non eſſe oſtendit, eum„que ab eo expulit; ad quod & morbos ſa„nandos oris ejus anhelitus ſufficiebat.

11. „Porro cum jam in omnes partes di- *In perſecutione fugit.* „vini Verbi prædicatio divulgata eſſet alta„ribus, & ſimulacris everſis, & ubique tem„pla ad orandum ſub nomine Chriſti extrue„rentur, Romanorum Imperator edicta ad „gentium rectores miſit, quæ terribilium pœ„narum minas continebant, niſi omni tor„mentorum genere eos mulctarent, qui Chri„ſti nomen invocarent: unde loci hujus præfe„ctus Chriſtianos ſæviſſime exagitabat. Tunc „Gregorius conſiderata humanæ naturæ fra„gilitate auctor Eccleſiæ fuit, ut terribilem „illum impetum paulisper declinaret, ſa„tius ducens, per fugam animas eorum ſer„vari, quam fidei fieri deſertores; unde ipſe „ante alios ſecedendo periculum devitavit, „& cum diacono ſuo deſertum occupavit. „Cum vero perſecutores omnia ſcrutarentur, „& aliquis locum, ubi lateret, iis deſignaſſet, „ſcrutatores nonniſi duas arbores ibi ſe vi„diſſe affirmabant: cum igitur deſperarent

„eum in poteſtatem perſequentium venturum,
„omnes provinciæ Chriſtianos omni gener
„ſuppliciorum divexabant; dum interim ille
„divinum auxilium pro iis, qui nomine fidei
„confeſſionis decertarent, invocabat. Cum
„vero aliquando inter orandum repente tre-
„pidare cæpiſſet, cauſam rogatus dixiſſe fer-
„tur, quod auxilio divino in illa hora ado-
„leſcens quidam nobilis in certamine pro
„fide ſuſcepto deſudaſſet, Troadium eum no-
„minans; & quod poſt multa tormenta for-
„titer tolerata Martyrii corona redimitus eſ-
„ſet. Hujus rei certior fieri volens Diaco-
„nus ejus Oratione munitus tutus in urbem
„perrexit, & in ea inſuper dæmonem ex
„lavacro quodam expulit.

ſta Marty- rum in- ſtituit.

12. „Cæterum cum auxilio divino Ty-
„rannis illa diſſoluta eſſet, ac pax reſtituta
„deſcendit rurſus ad urbem, & quaſi corol-
„larium ſtudii erga Numen Divinum inſti-
„tuit, ſanciens, ut nomine eorum, qui pro
„fide decertaſſent, dies & ſolennes conven-
„tus celebrarentur. Poſtquam alius in alium
„locum corpora Martyrum diduxit, per an-
„ni verſarium circuli ambitum congregat
„lætabantur in honorem Martyrum feriis
„agentes, ut vanis relictis ſuperſtitionibus i
„ſacram lætitiam effunderentur; eoquod ſuc-
„ceſſu temporis aliquando futurum eſſet, u
„ſua ſponte homines ad honeſtiorem vitam
„tranſirent, & a corporis oblectamentis ac
„ſpiritualem lætitiæ formam traducerentur

13. „Cum

13. „Cum ergo munere ſuo ita fungere- *Obitus*
„tur in Eccleſia ſua adminiſtranda, & an- *ejus.*
„tequam excederet e vita, cuperet, omnes a
„ſimulacris ad ſalutarem fidem videre con-
„verſos; ubi ſuum obitum præſenſit, totam
„urbem, & agrum vicinum perſcrutatur,
„ſcire volens, ecqui adhuc eſſent extra fi-
„dem relicti. Ut igitur cognovit, non plu-
„res, quam ſeptemdecim eſſe, acerbum,
„ait, quidem hoc eſt, deeſſe aliquid eorum
„plenitudini, qui ſervantur; verumtamen
„magna gratiarum actione rem dignam eſſe
„ajebat, quod totidem ſimulacrorum culto-
„res relinqueret ei, qui ſibi ſucceſſurus eſſet
„in Eccleſia, quot ipſe Chriſtianos accepiſ-
„ſet. Precatus autem & credentibus incre-
„mentum ad perfectionem, & incredulis con-
„verſionem, ita tandem ex vita humana ad
„Deum migrat; obteſtatus neceſſarios ſuos,
„ne peculiarem ſibi locum ſepulturæ com-
„pararent.

14. „Cæterum quod univerſa repente na- *Peſtem*
„tio a Græcanica vanitate ad agnitionem ve- *ſedat.*
„ritatis traducta eſt, non ſine miraculo ac-
„cidit. Nam cum feriæ ſolennes in urbe
„dæmoni cuidam domeſtico celebrarentur,
„& ob multitudinem hominum confluentium
„dæmon invocaretur altiſſima voce claman-
„tium: Jupiter fac nobis locum, Gregorius
„quodam ex aſtantibus ad eos miſſo, locum
„ipſis ait mox datum iri majorem, quam
„optarent. Hac autem voce ab eo, tamquam
„triſti ſententia prolata, peſtilentia frequen-

„tem illum ferias agentium conventum e
„cepit, & ſtatim tripudiantium choris l
„mentatio miſcebatur; cum enim morb
„ſemel homines invaſiſſet, opinione citi
„propagabatur. Ut igitur cauſa morbi ne
„pe dæmonis invocatio patefacta eſt, n
„cum ſpectrum quoddam ad ædes acceder
„certum exitium ſubſequebatur; tunc G
„gorio ſupplices fiebant orantes, ut per eu
„quem ipſe Deum agnoſceret, & praeli
„ret, quem ſolum revera Deum eſſe t
„fiterentur, mali impetum inhiberet. N
„cum ſpectrum illud alicui domui appare
„& vitæ deſperationem habitatoribus i
„ceret, una periclitantibus ſalutis n
„erat, ſi illas ædes Gregorius ingred
„tur, & per preces morbum repelle
„Cum autem rei fama celeriter ad om
„permanaſſet, omnia vana oracula, ſa
„ficia, & reliqua omittebantur, unoquo
„ſacerdotem ad ſe alliciente, qui merced
„ab iis, qui ſervabantur, ſalutem anin
„rum conſequebatur. Sunt autem eti
„alia magni Gregorii miracula, quæ pr
„ter incredulos, qui veritatem mendaci
„eſſe putant, Scriptis non adjecimus.

S. GR

GREGORII NYSSENI
ORATIO
IENS LAUDES SANCTI VIRI
.C MAGNI MARTYRIS
THEODORI.

s, qui populus Chriſti eſtis, unde ſig- „no itineris accepto ad hunc ſa- ›cum veniſtis idque tempore hyber- non palam eſt, quod Sanctus Mar- militaribus ordinibus & tuba ceci- : multos ex diverſis regionibus ex- ad ſuæ requietis locum vocavit, non icum apparatum, ſed dulcem Chri- decentem pacem cogens? Hic enim, imus, etiam anno præterito barba- empeſtatem ſedavit, & immanium rum bellum repreſſit; malorum pro- cem, & omnipotentem crucem Chri- ibrans, pro qua & ipſe mortem ıs hanc gloriam acquiſivit. Ac mi- ceps attendentes conſiderate, quan- ſit juſtus, quamque multas accipiat :rationes etiam in mundo; & cog- ietatis fructu imitamini conſilium, :upiſcite ea prœmia, quæ Chriſtus ; pro merito cujusque diſtribuit. *Juſtorum remuneratio in mundo.*

Atque in præſentia præſentem San- Statum inſpiciamus, quam præ- magnificusque ſit. Nam anima qui- ex quo ſublimis abiit, in ſuo loco *Reliquiarum cultus.*

 „quieſcit,

„quieſcit, & cum ſui ſimilibus una vi
„corpus vero venerandum, & imm
„illius inſtrumentum, quod ſuis vitiis
„inhabitantis incorruptibilitatem non l
„cum multo honore compoſitum, & l
„tum in auguſto ſacroque loco ſitum
„quod veluti res magni æſtimata in t
„regenerationis reſervatur multis e
„rebus præditum, & ad alia corpo
„comparandum. Nam cæteræ reliqui
„minabiles pleriſque ſunt, ac neme
„ter ſepulchrum apertum præterit; q
„vero venerit ad aliquem locum, ubi
„moria juſti Sanctæque reliquiæ ſunt,
„mum quidem earum rerum, quas vi
„magnificentia oblectatur, & templi
„decore, deinde Martyris certamina c
„bus artificioſe depicta miratur; ſolet e
„etiam pictura tacens in pariete loqui
Sacræ imagines. „ximeque prodeſſe. Cum vero oculus
„delectatur, cupit conditorio appropi
„ſanctificationem, benedictionem c
„ctationem ejus eſſe credens: quin & p
„verem, & terram ſepulchri obtinere,
„reliquias attingere, magnum munus r
„tatur. Ex quibus omnibus diſcite, q
„pretioſa, & honorata coram Domino
„mors Sanctorum ejus; quis enim Imp
„torum adeo fama celebratus eſt, ut
„miles paupere modo conſcriptus, & Ty
„quem Paulus armavit, angeli ad certa
„unxerunt, & victorem Chriſtus corona

3. „Sa

3. „Sed age nunc peculiarem S. Theo- *S. Theodorus Chriſtum confitetur.*
ri Sermonem inſtituamus. Patria igitur
eclaro huic viro eſt ea regio, quæ ad
em ſpectat Orientem: ſumptus autem il-
c ad armatos ordines militares, cum
ces militum eos hic in hybernis collo-
ſent, cum ea legione, in quam conſcrip-
erat, ad noſtram regionem tranſivit.
llo autem repente moto, quo Deus op-
gnabatur, & quicunque Chriſtianus eſſet,
mortem ducebatur, tunc hic ter qua-
que beatus Theodorus fidem in Chri-
m ubique circumferens, animo ſtrenuus
iter ſe periculis objiciebat. Cum enim
eſes, & tribunus in unum convenientes,
ai ad judicium ſiſtunt, ac dic, inquiunt,
adverſus legem Imperatoris Maximia-
cum conſorte contumax deos non ad-
s? his ille acute reſpondit: Deos qui-
neſcio, vos autem erratis, qui dæ-
nes honoratis Dei appellatione; mihi
o Chriſtus Deus eſt Dei unigenitus Fi-
, pro cujus confeſſione & qui vulne-
, incidat, & qui cremat, flammam ad-
veat: per ſingula enim membra corpus
atori patientiam debet. Fracti ſunt his
bis Tyranni, & unus ex iis, qui ordi-
ducebant, miles reſponſum Martyris
dens, eſtne, inquit, Theodore filius
Deo? Et generat ille carnis affecti-
, ut homo obnoxius? At ille: minime,
quit, verum & filium confiteor, & na-
vitatem talem eſſe dico, quæ Deum de-
t; tu vero o miſer annon erubeſcis,

„qui

„qui etiam fœminam deam confiteris,
„matrem duodecim liberorum adoras?
„autem hoc modo duplicem Sanctus
„nem ſimulacrorum cultori repoſuiſſet,
„clementiæ ſpecie, exiguum, inquiunt,
„conſiderandum inſanienti tempus con
„tur: forte per otium in melius mu
„At Chriſti miles dato ſibi ſpatio ad
„facinus utitur; quodnam autem id
„tempus eſt vobis cum lætitia narr
„accipiendi.

Fanum incendit. 4. „Matri deorum templum erat in
„tropoli Amaſea, hoc iſte vir ſtren
„tempore datæ ſibi ſecuritatis captata
„ſione, & aura ſecunda incenſum
„mavit. Cum vero ea res celeriter
„bus patefieret, non occultabat auda
„ceptum, neque laborabat, ut hoc a
„ctum lateret; ſed palam ſignificabat,
„propter præclarum facinus exultans,
„tumultu impiorum, quo templi, & i
„nomine dolentes perturbabantur, ſupra
„dum gaudere, quamquam etiam ma
„tibus indicatum eſt, quod ipſe ſuis
„bus incendium feciſſet, & judicium
„terribilius, ut par erat, incidiſſet.
„illi quidem in judiciale tribunal deſcend
„Theodorus vero in medio eorum cu
„terrogaretur, celeritate confeſſionis i
„rogationem antevertit. Et cum imp
„ritus eſſet ad quæcunque perferenda
„plicia, benigne cum eo ſermocinantes
„miſſis juſtum ſubtrahere tentabant, i

tificatus dignitatem illi promittebant: e omnia ille contemnens elegit magis in no Domini abjectus eſſe, quam habitare tabernaculis peccatorum.

;. „Jam igitur non fictam amplius be- *Martyrium ejus.* nitatem Magiſtratus præſeferebant, ſed impiiſſimum in deos vocantes, præterea Imperetores quoque contumelioſum, & edicum, primum quidem in ligno ad juendos homines parato ſuſpenſum cor- lacerabant; ille vero nihil de priſtina ni magnitudine remittebat, ac verſum libro Pſalmorum tormentis accinebat: *edicam Dominum in omni tempore, ſem- laus ejus in ore meo. Pſ.* 33. Hoc mo- punitum carcer excepit: ſed noctu vox titudinis pſallentium audiebatur, & fa- allucentium, ut in nocturna pervigi- one ſplendor ab iis, qui foris erant, ſpiceretur. Poſtquam autem, cum mul- lerent, & tentarentur in eo, & is ad con- onem, & pietatem obfirmatus eſſet, lata eſt in eum ſententia condemnato- & igni confici, & conſummari juſſus eſt. quidem præclaro, & beato itinere abiit Deum; nobis vero memoriam certami- pro doctrina reliquit, Eccleſiam eru- s, dæmones fugans, rogans a Deo nobis utilia, variorum morborum me- nae officinam hunc locum efficiens.

„Ac nos quidem o beate benignitate *Intercessio ejus.* toris anniverſariam circuli viciſſitudi-

„nem

„nem aſſecuti coegimus tibi publicum
„ventum ſacrum Martyribus additum
„communem Dominum adorantes, &
„rum certaminum victoriæ commemo
„nem peragentes ; Tu vero veni ad
„qui te honorant, vide ferias, quæ
„brantur, ut gratiarum erga Deum e
„plices actionem, qui pro una paſſio
„confeſſione tot tibi remunerationes ha
„eſt ; quot enim tunc ſupplicii ſpecta
„populos habebas, tot nunc habes ho
„miniſtros. Multorum beneficiorum in
„mus : intercede ac deprecare pro
„apud communem regem, & Dom
„Timemus afflictiones, expectamus per
„pete pacem, ne debacchetur adverſus
„pla, & altaria rabioſus & ſceleſtus t
„rus. Nos enim etiam, qui incol
„ſervati ſumus, tibi beneficium acce
„referimus ; petimus autem & futuri
„poris præſidium. Quodſi majori opus
„rit advocatione, fratrum tuorum Mart
„coge chorum, & cum omnibus un
„precare ; multorum juſtorum preces
„lorum peccata luant. Admone Petrum
„cita Paulum, Joannem dilectum di
„lum, ut pro Eccleſiis a ſe conſtituti
„liciti ſint, pro quibus catenas geſta
„& mortes tulerunt ; ne ſimulacrorum
„tus caput attollat, ne hæreſes ſicut
„vineæ ſuccreſcant, ne zizania ſuffoce
„ticum, ne petra veri roris pinguedin
„rens Sermonis vim radicis expertem
„ciat. Sed virtute tuæ ſociorumque

m deprecationis Chriſtianorum reſpublica
mpus ſegetum reddatur, qui ad finem
que maneat in fertili arvo fidei in Chri-
um, ſemper fructum edens vitæ æternæ,
æ contingit per Jeſum Chriſtum Domi-
m noſtrum, cum quo Patri ſimul, &
iritui Sancto gloria, imperium & ho-
r nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculo-
m. Amen.

S. GREGORII NYSSENI
ORATIO
IABITA IN FUNERE MAGNI MELETII EPISCOPI ANTIOCHENI.

„Auxit nobis numerum Apoſtolorum *Meletii obitus lugendus.*
„novus Apoſtolus; & quidem pa
: noſter Apoſtolici contubernii nomine
atus habendus eſt, nos vero miſerabiles:
bitas enim præmatura non ſinit, ut eo
mine beatos nos dicamus, quod tam
num patrem nacti eramus. Illi melius
t per reſolutionem eſſe cum Chriſto, at
bis acerbum eſt ejus paterno præſidio
rere: ecce enim tempus conſilii eſt, &
nſilium dare ſolitus tacet, bellum hære-
um nos circumſtat, & qui ducem ſe præ-
at, nobis non eſt: laborat infirmitatibus
mmune corpus Eccleſiæ, & medicum

„non invenimus. Videte, quo loco i
„noſtræ; vellem in aliquam erump
„cem, quæ incommodo noſtro reſpo
„Sed quid agam? quomodo cogam l
„ad inſerviendum Orationi tamquam
„vinculo calamitate impeditam? qu
„animi oculis ſuſpiciam, qui caligi
„mitatis circumfuſus ſum? unde rad
„ceſcet, cum ſtella occiderit?

Mors Meletii Eccleſiæ damnoſa.

2. „Quam contrario modo a nobi
„loco, & nunc verba fiunt, & nup
„ſunt? tunc in nuptiis choreas duc
„nunc miſerabiliter lugentes ingemi
„tunc nuptiale, nunc ſepulchrale
„canimus; meminiſtis enim illius di
„in nuptiis ſpiritualibus præclaro ſpo
„ginem domum deducentes convivio
„cepimus, & Verborum ſponſalia
„pro viribus intulimus gaudentes.
„nunc in luctum gaudium converſ
„poſtquam enim præclarus ſponſus
„diſceſſit, luctu repente atrati ſumu
„licet more ſolito feſtivum, & jucun
„ferre Sermonem. Pleni bonorum
„acceſſimus, pauperes a vobis rec
„erectam ſuper caput largo lumine
„dentem facem habebamus, hanc e
„in cinerem diſſipato ſplendore repo
„O malum naufragium, quod in m
„noſtræ fecimus! ubi ſplendidum i
„lum, quod Spiritu Sancto dirigebat
„tutum illud gubernaculum, quo t
„tes hæreticas ſine incommodo præt
„

...mur? Ubi firma ſententiæ anchora, quo ...to poſt labores acquieſcebamus? ubi bo... gubernator, qui ad ſuperum ſcopulum ...vigium dirigebat? Num modica ſunt ea, ... acciderunt, & ſine cauſa conqueror? ... potius calamitatem conquerendo non aſ-...quor? commodate nobis fratres profu-... lachrymas; & imitamini ipſi, qui po-...ulares eſtis, alienigenas, & externos, ...i Jacobi mortem deplorabant: commu-... tunc erant peregrinorum, & indigena-...m lachrymæ, communes ſint & nunc, ...ia calamitas communis eſt. Videte hos-... patriarchas, omnes iſti filii noſtri Ja-...bi ſunt; ex libera procreati omnes, ne-... ſpurius & illegitimus, nemo ſubdititius.

3. „Sed nunc date mihi, ut de virtuti-...s Meletii loquar, & cognoſcite, quinam ... ſit; generoſus & nobilis, ab ortu ſo-..., inculpatus, juſtus, verax, pius, & ...igioſus, abſtinens ab omni malo faci-...re. Non enim utique invidebit magnus ... Job, ſi iis fere teſtimoniis, quæ de ipſo ...runtur, etiam imitator illius ornetur: ...tamen invidia etiam noſtrum bonum acer-... oculo contuita eſt, dum non bobus & ...nis, ſed ipſo nos capite privavit, cum ...pite autem adempta ſunt una nobis præ-...ntia ſenſuum inſtrumenta. Non amplius ... oculus, qui cœleſtia contueatur; non ...res, quæ divinam vocem excipiant, non ...gua ſpurum veritatis donarium. Miſe- „reor *Ejus virtutes.*

„reor tui o Eccleſia! o civitas Antioch[...]
„quomodo detractus eſt ornatus tuus? o ſi
„felicem nuntium, quo calamitas Eccleſi[...]
„indicabitur? Quis filiis dicet, quod paren-
„tibus orbati ſint? quis renuntiabit ſponſæ,
„quod vidua facta ſit? Arca amiſſa eſt: qui-
„pe arca homo ille Dei erat, arca conti-
„nens in ſe divina myſteria; illic urna au-
„rea plena mannæ divinæ; in illa tabulæ
„teſtamenti, in tabulis cordis Spiritu Dei
„viventis inſcriptæ, & ſiquid aliud arca
„in ſe habuiſſe audimus, omnia animo il-
„continebantur. Meminiſtis, quod cum per
„omnia Sanctam Trinitatem honoraret, etiam
„in numero certaminum honorem conſerva-
„verit; utpote qui in tribus omnino tentatio-
„num incurſionibus invicte decertaverit.

Ejus pro fide certamina.

4. „Supervacuum quidem judico repeti-
„tionem benefactorum ejus, ſed tantum di-
„cere fortaſſe non intempeſtivum erit. Nam
„cum primum bene morata illa Eccleſia Vi-
„rum vidit, vidit faciem ad imaginem Dei
„vere formatam: vidit dilectionem fontis mo-
„do ſcaturientem; vidit animi demiſſionis
„ſummum gradum. Vidit manſuetudinem
„atque clementiam, qualis in Davide fuit;
„qualis in Salomone intelligentiam atque
„prudentiam; qualis in Moyſe bonitatem;
„qualis in Samuele perfectionem, qualis in
„Joſepho continentiam, qualis in Daniele
„ſapientiam. Quemadmodum magnus He-
„lias vidit Zelo fidei præditum; ſicut ſubli-
„mis Joannes integritate corporis ornatum;

„ſicut

ꝛut Paulus inſuperabili præditum dilectio-
ꝛ. Vidit tot bonorum circa unam animam
ncurſum, & amore caſto ſponſum ſuum
lexit; ſed priusquam cupiditatem ſedaret,
iam nunc amoris vi fervens tentationibus
thletam ad certamina vocantibus ſola re-
cta eſt in caſtitate matrimonium conſer-
ins. Nam jam multum temporis inter-
ſſerat, cum quidam immaculatum le-
um conjugalem aggreditur: ſed ſponſa
n poterat corrumpi, quia ſponſus denuo
diit. Sed rurſus exilium, idque tertium
cidit; donec hæretica caligine diſcuſſa
ominus radio pacis admoto quietis a diu-
rnis laboribus ſpem fecit. Sed poſtquam
mutuo rurſus viderunt, & caſtus amor
novatus eſt, ſtatim rurſus hanc volupta-
m ultima peregrinatio interrupit: nam
ſtea quid? Tunc diſceſſionem ſpes redi-
s conſolabatur, nunc extrema a nobis
ſceſſione avulſus eſt; magnus hiatus in-
r eum, & Eccleſiam in medio firmatus
t. Ille quidem in ſinu Abrahæ requie-
it: at qui guttam aquæ ad refrigeran-
m linguam noſtram transportet, non eſt.
oleſtum erat olim Iſraelitico populo, quod
elias a terra ad Deum ſubvolaret, ſed
ſceſſum Heliſæus magiſtri pallio ornatus
nſolabatur, nunc vero vulnus ſuperat
tem curandi; quoniam & Helias aſſump-
s & Heliſæus non eſt relictus.

5. „Verum abſtergite mihi lachrymas; *Gloria ejus, & interceſſio.*
m ſentio me ultra, quam deceat, cala-

„mitatem muliebriter deflere. Non al
„eſt a nobis ſponſus, in medio noſtru
„etiamſi nos non videamus: in adj
„penetralibus ſacerdos eſt, in interi
„veli, quo præcurſor pro nobis ingreſ
„Chriſtus. Reliquit carnis integume
„nec amplius ſigno & umbræ cœleſtiu
„vit, ſed in ipſam rerum imaginem i
„tur; non amplius per ſpeculum & æn
„ſed facie cum facie collata intercedit
„Deum. Intercedit autem pro nobis (
„puli erratis: honorata enim ac pretio
„ram Domino talis viri mors eſt. In
„ro non mors, ſed ruptura memb
„eſt, *dirupiſti* enim, inquit, *vincul*
„*Pſ.* 113. Dimiſſus eſt Simeon, lib
„a vinculis corporis. Reliquit Ægypt
„craſſam vitæ rationem, tranſivit no
„rum, ſed atrum & caliginoſum vita
„re; ingreſſus eſt terram promiſſioni
„monte cum Deo philoſophatur; ſolv
„mæ calceamentum, ut puris planta
„terram Sanctam, ubi conſpicitur
„conſcenderet. Hanc cum fratres ha
„conſolationem, audite Pauli verba
„pientis: *Ne contriſtemini ſicut & cæte*
„*ſpem non habent.* 1. *Theſſ.* 4. Exponi
„dioſe hæc populo toti; & quomodo
„ria faciei ejus ad præſidium, & cuſt
„diſcerpebantur. Adjiciatur narrationi
„Imperator mœrens ob calamitatem,
„ſolio exurgens, totaque civitas cum
„pa Sancti tranſiens; & conſolamini v
„vicem in ſermonibus iſtis per Chriſtu

„ ſumDominum noſtrum, cum quo Patri ſimul, „ & Spiritui Sancto gloria in ſæcula. Amen.

S. GREGORII NYSSENI IN SANCTUM EPHRÆM SYRUM ORATIO.

Gerhardo Voſſio Interprete.

I. „Cum Dominus divini Patris Ephræm „vitam veluti præclaram ac ſole „ſplendidiorem facem accenderit, nobisque „declarandam propoſuerit, non vult; ut eam „taciti prætereuntes ſubter modium abſcon„damus, ſed in ſublimi Eccleſiæ vertice „collocemus, ut omnibus, qui in hac or„bis terrarum domo verſantur, eluceat, „quique illam viderint, cœleſtem Patrem „collaudent. Quocirca paternum illius in„terdictum haud ita metuendum eſt, ut Do„mini præceptum contemnatur; quin etiam „laudationis initium inde ſumendum fuit, „licet nos in extremam Orationis partem id „rejecerimus. Res enim recte conſideranti „illud haud plane interdictum videatur, quod „humanam gloriam aſpernantem prohibeat „laudibus exornare; aut certe interdictum „ad ſolvendum facile, & obligatio ejusmodi „eſt, quæ ad id potius efficiendum aman„tes impellat. Etenim ex quibus ille lau„des ſe vitaturum exiſtimavit, interdicti vin„culo conatus noſtros evertens, ea nobis *Sanctus Ephræm merito laudatur.*

„laudandi præbent occaſionem ; nam cum
„ſingulæ ipſius præclaræ animi dotes ma-
„teriam ad laudandum exhibeant , tum il-
„lud in primis, quod laudibus non obleſta-
„tur. Volebat enim non videri, ſed eſſe bo-
„nus , ex qua quidem vel unica re, ſi nihil
„aliud laude dignum feciſſet, laudandus eſ-
„ſet , nec prohibuiſſet , ne laudaretur , niſi
„ſe laudibus dignum conſpexiſſet ; nullos
„enim, niſi admodum inſignis , cum ad-
„huc vivens maximis virtutibus excellat,
„memoriam ſui oblivionis poculo obliterare
„poſteros jubet. Quia igitur magnus hic
„Pater noſter ſeipſum caute laudibus in-
„dignum judicavit, idcirco deinceps dignus
„laudibus deprehendetur; & cum is noſtræ
„ſit Eccleſiæ mos & inſtitutum, ut virtutis
„ſtudioſi , quia ejus partes coluerunt, com-
„nentur , & illi potiſſimum, qui propter hu-
„milem de ſeipſis exiſtimationem Spirit
„ſublimes effecti ſunt, cum Evangelium d
„cat , qui ſe humiliat , exaltabitur , min
„me vituperandi aut condemnandi ſunt, q
„divini hujus Patris virtutes deſcribente
„vitam ipſius nobis veluti animatam colu
„nam erigunt. Quæ autem diximus, mi
„me falſa eſſe, ſapiens auditor inſpiciet,
„ubi fuerit peroratum , varia illius virtut
„genera colliget, ex quibus tamquam pret
„ſis lapillis , & auro diſtinctam coron
„contexentes optatum Chriſti Eccleſiæ m
„nus offeremus : gaudet enim illa ſe ej
„modi donis honeſtari, quando ſolennis m
„moria juſti celebranda occurrit.

2. „Qua

2. „Quamobrem cum ita ferat circu- *Enco-*
s anni, ut hodie nobis collaudandus ſit *mium*
ræm, fieri non poteſt, quin magno *Sancti*
m gaudio monumentum hoc, & amoris *Ephræmi.*
nus ſuſcipiat. Ephræm igitur ille cele-
ndus eſt, qui Chriſtianis omnibus in ore
ſatur. Ephræm Syrus, cujus vitæ &
ctrinæ ſplendor univerſo orbi terrarum
xit; in omni enim loco cognoſcitur, &
s duntaxat incognitus eſt, qui magnum
cleſiæ lumen Baſilium ignorant. Ephræm
rus ille Eccleſiæ Euphrates, cujus aquis
gata Chriſtianorum multitudo centu-
m fidei fructum affert: Ephræm fæcun-
illa Dei vitis, quæ Eccleſiæ filios di-
a charitate nutriens recreat, & oblectat.
hræm bonus, & fidelis Eccleſiæ diſpen-
r, qui virtutum rationes conſervis æque
ribuens Dei familiam optime gubernat;
us quidem genus, & ortum, fortu-
n, & cœtera ab externis ſcriptoribus
laudibus numerata nos in medium af-
e ſupervacaneum ducimus: licet enim
eum laudandum inde etiam abunde no-
ſuppetant argumenta, non aliis tamen
onibus, quam quibus ipſe vivendo do-
doque illuſtrem ſe reddidit, Orationis
onam connectemus. Quomodo enim ex
ere laudari velit, qui omnem mundi
ilitatem contemſit? aut ob patriam ſe
mendari patiatur, qui totum orbem ad
pertinere non cenſuit? aut ex aliis hu-
generis rebus terrenis ſe decorari per-
ttat, qui jam inde a pueritia in divi-

 „narum

„narum Scripturarum meditatione edu
„fuit?

In quibus laudandus.

3. „Cum ergo ſciamus magnum
„Patrem noſtrum irridendis his laudibu
„mulari ſe nolle, dabimus operam, u
„que, quæ dicenda ſunt, ſilentio præt
„mus, neque per ſemitam a Patrum
„tutis aberrantem a via regia diſceda
„ſed inter utramque Orationem noſtram
„peremus. Quæ ſunt illa, quæ nob
„laudationem ejus contexendam ſubjeci
„actio nimirum, & contemplatio, qua
„tutum examen conſequitur; fides,
„charitas, pietas erga Deum, divin
„Scripturarum meditatio, animi corpor
„munditia, aſſiduæ lachrymæ, vita ſ
„ria, e loco in locum ſeceſſio, mal
„fuga, doctrina perpetua, precatio cont
„humi cubatio, vitæque auſteritas in
„bilis, paupertas, & humilitas ſingul
„miſericordia naturam humanam exce
„zelus divinus in eos, qui rabie contr
„tatem inveherentur, omnia denique
„bus homo ad Dei imaginem inſignitur.
„ce laudibus noſter conſpicuus eſt P
„has ex ejus ſcriptis didicimus.

Sancti Ephraem fides.

4. „Et primo quidem, quod ad f
„pertinet, nulla ex parte a pietate decli
„recte admodum ſentiebat, quod tum
„ſcriptis ejus, tum ex Eccleſiæ de ipſo
„ſtimatione cognovimus; æque enim &
„ſam Sabellii confuſionem, & inſanam
„

iviſionem deteſtabatur; & unam non con-
fuſam Sacroſanctamque Trinitatem, & per-
ſonarum numero dividebat, & conjunge-
bat unitate ſubſtantiæ. Ab abſurda autem
Apollinarii opinione ſic abhorrebat, ut om-
ni cura eam ex omnium Chriſtianorum ani-
mis ſtuderet evellere: quin etiam futiles,
& effrænatas Anomiorum linguas multis
tum argumentis, tum Scripturæ teſtimo-
niis compeſcuit, maximeque utilia contra
illos monumenta nobis reliquit. Siquis
autem in Ephræm diſputationum cum No-
vato certamine velit hujus ſtragem videre,
adverſarii caſum aſpiciat, & inveniet hunc
virum, Pancraſiaſtem illum mollem, ac non-
dum ætate firmatum puerum. Nec vero
has ſolum, quæ vel tunc, vel ante exortæ
fuerant hæreſes, fidei rectitudine profliga-
vit, ſed quæ pernitioſe impoſterum pullu-
lare poterant, oculis propheticis proſpiciens
præcidit: omnia enim, quæ ab eo con-
ſcripta ſunt volumina, hoc demonſtrant.

5. „Spem autem in Deo ſolo, in quo, *Spes ejus.*
qui ſpes ſuas collocant, præmia reportant,
infinitam habuit: quamobrem illud Pſalmi
in omnibus factis, & dictis uſurpabat: *In
ipſo ſperavit cor meum, & adjutus ſum.*
Quoniam ſperantem in Domino miſericor-
dia circumdat, & fiducia in Deum monti
Sion ſimilem efficit, & ſummam beatitu-
dinem intus poſſidentem conſtituit, cum
David dicat: *Beatus vir, cujus eſt nomen
Domini ſpes ejus.* Hieremias autem: *Bene-*

 „*dictus*

„*dictus vir, qui confidit in Domino, erit Do-*
„*minus fiducia ejus, &c.* Iſaias vero: *Ecce*
„*Deus Salvator meus, fiducialiter agam, &*
„*non timebo.* Cum Paulus etiam nos admo-
„neat: *Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem, fi-*
„*delis enim eſt, qui repromiſit.* Hac igitur
„divina, & repoſita ſpe enutritus Ephræm
„humana omnia contemnens ſempiternam
„gloriam quotidie deſiderabat.

[A]mor Dei [&] pro[x]imi. 6. „At amorem erga Deum, & proxi-
„mum tam ſtudioſe ſervavit, ut e vita de-
„cedens hæc diceret: nullo modo in omni
„vita mea contumelioſus adverſus Dominum
„fui, nec Sermo ſtultus egreſſus eſt e labiis
„meis. In omni vita mea neminem male-
„dictis affeci, & omnino nullo cum homine
„Chriſtiano contendi. O beata lingua! quæ
„cum fiducia talem emiſit vocem, quæ ſo-
„lis angelis ob vitam ab omni materia, &
„mutatione remotam convenit, nobis autem
„carni ſervientibus haud congrua, & natu-
„ræ noſtræ vires exſuperans eſt, ita ut in-
„ter multos virtutibus inſignes nullum ta-
„men huic ſimile puræ charitatis indicium
„invenias.

[Pi]etas in [De]um, & [me]ditatio [Sc]riptu-rum. 7. „Religionem autem in vera poſſeſſio-
„ne ſapientiæ comparavit, juxta verba illa
„Job: Ecce cultus Dei eſt ſapientia, quæ in
„fidei puritate conſiſtit: illi enim divinarum
„Scripturarum meditatio ex lucerna Davidi-
„ca accenſa eſt, & amor igne cœleſtis con-
„templationis ipſum inflammans rerum ſub-
„limium

ium incendium excitabat. Omnem enim iquam, & novam Scripturam aſſiduo ſtu- verſabat, & ad Verbum interpretatus & commentariis illuſtravit: imo etiam, e ad ornate dicendum artes quatenus es exercuit.

. „Animi autem corporisque munditia ra naturam humanam excelluit, quod inſidiis a muliere impudica illi factis firmatur, quam contra inſidiatorem dæ- nem pugnantem in acie conſtituit: nam ortationibus, admonitionibus, & divina- a rationum incantationibus converſam meliorem frugem perduxit, & ex in- tinente temperatam, gravem ex petu- te, ex inquinata puram reddidit. *Munditia corporis & animi.*

. „Jam profluentes, & perpetuas ejus hrymas commemorare cogitanti vere ob- antur lachrymæ; vix enim ſine lachry- s licet ipſius lachrymarum pelagus tra- re. Nullus enim dies, nulla nox, nul- a breviſſimi temporis momentum fuit, quo non vigiles ipſius oculi lachrymis didi cernerentur; modo enim commu- modo privatas abſurditates deplorabat. e autem perſpiciet, quisquis ipſius Scrip- perlegerit; neque enim ſolum ubi de nitentia vel bonis vitæ inſtitutis loqui- , ipſum lugentem inveniet, ſed etiam ipſis laudationibus. Unde etiam fere nes Sermonum ſuorum auditores ad ve- n vitam amplectendam revocat. Quis „enim *Lachrymæ.*

„enim adeo lapideo corde prædītus eſt, qui „verba ejus exaudiens non manſuefiat, & „abjecta morum aſperitate de peccatis ſuis „non doleat? Quis ejus de humilitate Ora„tionem legens ſeſe omnium abjectiſſimum „non fateatur? quis legens ea, quæ ſcrip„ſit de charitate, non ſic inflammetur, ut „ad omne ſubeundum periculum paratus „ſit? Quis verſans illa, quibus virginitatem „commendat, non ſe Deo caſtum corpore, „& animo conetur offerre? quis admovens „aurem Orationi, qua judicium ſeu ſecun„dum Chriſti adventum deſcribit, non ani„mo ſic afficiatur, ut ad illud judicium ſe „jam ſiſti putet, metuque ita contremiſcat, „ac ſi contra ipſum ſententia pronuntietur?

Solitudo. 10. „Cum igitur in ejusmodi cogitatio„nibus de judicio aſſidue verſaretur, mun„dum effugit, & ea, quæ in mundo ſunt: „procul autem receſſit fugiens, & manſit in „ſolitudine, ſibi ipſi vacans & Deo, ac in„de virtutum munera accipiens. Jam enim „plane noverat vitam ſolitariam eligentes e „turbulentis mundi perturbationibus libera„ri, & in portum quietis pervenire: ubi „conſuetudine fruantur angelorum, & men„tibus tollantur ſublimes ad Dei contempla„tionem. Verum quando Spiritus illum mo„vens ad multorum ædificationem ita diſpo„nebat, ut loca mutaret, non renitebatur; „unde patriam relinquere juſſus ad Edeſſe„norum urbem acceſſit: his autem de cau„ſis eo ſe contulit, ut & quæ illic Sancta

„erant

inviſeret, & ſapientem aliquem vi-
alloqueretur, & cognitionis fructum
iperet, aut impertiret. Cum igitur
ritatem perveniſſet, in porta loco ſa-
s hominis, quem optabat, ſcortum
rit, a quo moleſto ſpectaculo ocu-
ertebat: at ipſum improba fœmina
ntis oculis intuebatur. Cui ille: cur
ımdiu intueris? at illa prompte: quo-
ex te homine ego ſumpta ſum, tu
me ne aſpicis quidem, ſed in terra,
a ſumptus es, oculos defixos tenes.
ſibi inexpectatam reſponſionem valde
iſſe vir ſapiens fatebatur. Inde ergo
ream Cappadociæ divino Spiritu du-
auream illam doctrinæ luſciniam Ba-
ı vidit, quem ſenex intuitus cœpit
s fauſtis vocibus venerari; nam per-
i mentis oculo ſplendidam columbam
ro ipſius humero inſidentem, & ver-
pientiæ ſuppeditantem, & populo de-
entem cernebat, ex qua columba edo-
ille divini hujus Patris peregrinatio-
intellexerat, eumque eſſe Ephræm
Syrum cognoverat,

„Porro naturalis innocentia vitæ illi *Fuga malorum.*
rum fugam oſtendebat; ex ea enim
ora proſpicere, & deteriora diſcebat
re, & illas ſententias eligere, quæ
eſſent, & ad capeſſendam honeſtatem
ucerent, & docendi uſum non impe-
t: abunde enim divino ſeni datum eſt *Doctrina.*
riſto verbi talentum, cum ad menſas

„cor-

„cordium multis exhiberet, ipſi tame
„primis profuit. Hæc autem ipſe de
„xiſſe fertur, ſibi in teneram ætatem e
„juxta linguam valde fructiferam vitem
„viſam fuiſſe, quæ quidem ita creſc
„ut univerſum orbem impleret: omne
„tem cœli volucres ejus fructibus veſc
„tur, & quanto plures fructus decerpe
„tanto magis racemis abundabat.
„præterea ad ipſum pertinens alius ſe
„ſpexiſſe teſtatus eſt, nimirum angel
„multitudinem e cælo deſcendentem
„men intus foriſque ſcriptum manibus
„tinuiſſe, & dixiſſe: nullus volumen h
„manus poteſt ſumere præter Ephræm.
„angelos idem vidiſſe dicitur, Ephræn
„lumen tradere, & de nocte ſurgentem a
„cleſiam contendiſſe, auditoque Ephr
„qui tunc gratia refertam Orationem l
„bat, viſi ſignificationem intellexiſſe, D
„que laudaſſe, quod tam eximium di
„munus vero Sancto largitus eſſet.

Continua precatio. 10. „Conciones autem illius nihil
„niſi precatio interpellabat, precationem
„ſus conciones excipiebant: ex quo fi
„ut cum in ea viciſſim ſtudia incumb
„aſſidue in rerum divinarum contemplat
Vitæ austeritas. „verſaretur. Nam corpus quidem ipſum
„dia domitum ſic affecerat, ut rationi
„quam dominæ obediens nullum volup
„ſenſum haberet. Quid quod ne noctes
„dem ipſi virtutis curſum interrumpeb
„etenim quem accedentes ſobrium ſuſc
„ra

„rant, recedentes vigilantem relinquebant. „Tantum autem temporis quieti concede„bat, quantum tranſigendæ vitæ neceſſarium „erat: ſomnum vero diſcutiebat, quod „aſperam vitam ageret, & variis modis cor„pus affligens humi etiam cubaret.

13. „Paupertatem vero tantam ſervabat, *Paupertas.* „quantam audis divis Apoſtolis fuiſſe: dul„ciſſimam profecto planeque beatam vocem „illam tamquam paupertatis magiſtram hinc „profecturus in cœlum nobis reliquit. Nec „crumena, inquit, nec baculus, nec pera „Ephræm umquam fuit; numquam aurum, „aut argentum, aut ullam rem aliam poſ„ſedi: bonum enim Regem diſcipulis ſuis „audivi dicentem in Evangeliis: Nihil in „terra poſſideatis; quare nulla me rerum „ejusmodi cupiditas cæpit. Quid comme- *Humilitas.* „morem animi ſubmiſſionem, & humilita„tem, cum ea virtus paſſim in omnibus „ejus ſermonibus, & ſcriptis ſe ab eo cul„tam fuiſſe clamet? quando enim ad arro„gantiæ lapidem offendit pes illius, qui la„chrymis lachrymas invitabat? quique ab „omni abhorrens humana gloria, ſi a quo„quam laudari ſe ſentiebat, ægre ferens, „alium colorem ſumens, & oculos in ter„ram dejiciens tenui ſudore manabat? Cum „autem ad beatam vitam eſſet diſceſſurus „vehementi interdictione prohibens dixit: „nulla Ephræm carmina cecineritis, nul„lam adhibueritis laudationem, ne me pre„tioſo cum veſtimento ſepelieritis, neve pri-

„vatim

„vatim corpori meo tumulum conſtituerit
„mihi enim cum Deo convenit, ut habit
„cum peregrinis.

Miſericordia. 14. „Eorum vero, quæ ad eleemo
„nam, & commiſerationem pertinent, h
„nec effectorem modo ſed doctorem fui
„lex confirmat; cum enim ex perfecta p
„pertate nihil eſſet reliquum, quod eg
„tibus daret, crebris tamen admonition
„alios ad miſericordiam incitando el
Zelus. „moſynam impertiebatur. Tametſi aut
„multa in hoc Viro perfecta fuerunt, r
„quis propterea putet, ei abſolutam rer
„Eccleſiaſticarum cognitionem defuiſſe; n
„que enim illam eatenus tantum attigi
„ut dicendo inſtituere alios poſſet, ſed ta
„pietatis inſtituta, quam ea, quæ iis a
„verſantur, plane percepit, illa ut pop
„lum erudiret, hæc ut hæreticos coargu
„ret. Bono enim zelo in eas pietatis inim
„cas feras movebatur; nam Sermone qu
„dam, qui ad nos non ſcriptis, ſed fam
„pervenit, Apollinarium inſanum appell
„bat, qui multa piæ Scripturæ adverſant
„duobus libris comprehenſa temere loqu
„batur, quos libros cuidam fœminæ cu
„ſtodiendos tradiderat. Quæ cum magn
„Ephræm comperta eſſent, ejuſdem opinio
„nis ſe eſſe ſimulans, libros a muliere ac
„cepit, & piſcis glutino univerſos illinien
„folium folio ita conjunxit, ut cum un
„pars ab altera ſejungi non poſſet, in uni
„cam tabulam ſinguli libri redacti videren

„tur

atque ita eos mulieri, quæ commo-
at, reſtituit. Cæterum poſt aliquot
:um ab orthodoxis quibusdam deferre-
ivinus ſenex, quod Apollinarium ac-
:t, & cum eo Sermones contuliſſet,
illos afferri juſſit, qui cum dicto mo-
)nglutinati reperti eſſent, omnem ab
rverſæ fidei ſuſpicionem removebant.
ietatis quidem zelo talis fuit magnus
: Pater Ephræm; alias quippe man-
m ſe præbens, cum nulla pugnandi
ſitas eſſet, alias vero acerbum, cum
periculum immineret.

„Nullum proinde virtutis genus eſt
eribus excultum, in quo non etiam
em excelluerit. Semper enim in eam
a incubuit, ut perfectum virtutum
um chorum poſſideret, & quibus re-
ſingulis præſtiterunt, ea omnia ſolus
:onſequeretur. Nam ut ſacerdos eum,
iter juſtos primus numeratus eſt, Abel
tus, non ex gregibus ovium ſacrifi-
omino obtulit, ſed ſine ſanguine ra-
bile obſequium vitæ puritate ſacrifica-
Enos autem ſic æmulatus eſt ſpe ſua,
n modo Domini Dei ſui nomen in-
erit, ſed alios etiam illud invocare
rit. Enoch vero ut ſimilis eſſet, ope-
dedit, non admirabilem ejus in Pa-
m ſeceſſum, ſed e materiæ pertur-
ne in Spiritum tranſitionem imitando.
quoque ſimilis extitit, vitæ procellas
„tuto

Ephræm veterum Sanctorum imitator.

„tuto ſubterfugiens: in multis etiam
„rahæ imitator fuit; nam ut fidem, &
„rem erga Deum taceam, propriam te
„ſeu mundum effugit, & membra ſua
„terram mortificavit; Iſaac autem pr
„mortem tranquillo animo ſuſcipere pa
„ſimilis fuit. Jacob vero Eſau ſeu hær
„parentem ſupplantando, non quidem
„lam, ſed prælongam ignis columnam v
„do, & diſcipulis ſuis in morte bened
„nes diſtribuendo. At Joſeph ſimilitud
„expreſſit caſtitate, & Verbi Dei trit
„communicando. In multis etiam Mo
„milis fuit; fugit enim Pharaonem ſeu
„bolum, habitavit in ſolitudine, & l
„in contemplatione vidit, res admir
„effecit, doctrina ſe populo ducem præ
„Divitias Ægyptiorum ſeu libros hæn
„rum abſtulit; mare infidelitatis divifi
„populum fidelem trajecit, & Phar
„exercitum oppreſſit. Amalec ſeu ha
„cos in fugam vertit: recte Chriſtian
„vivendi legem a Deo accepit, & nobi
„didit, aquam e petra, lachrymas ex
„ris cordibus elicuit: manna ſeu divini
„monibus populum pavit. Ut Joſue in
„ram promiſſam cœlum fideles duxit: a
„fantia ut Samuel Deo dicatus eſt: ut l
„ſacerdotes turpitudinis vituperavit; ut
„ſæus duplicem Spiritus gratiam acc
„Cum Joanne Præcurſore Domini ſolit
„nem coluit; ut Paulus vas electionis i
„tas tentationes ſuſtinuit.

16. „Su

16. „Supereſt nunc, ut admirabilem ejus vitæ exitum exponamus. In cœlum igitur profecturus divinus hic vir illis, qui aderant, imperabat, ne corpus ſuum pretioſa veſte ornatum ſepelirent; quodſi vero quis aliquid ejusmodi cogitaſſet, mutato in melius conſilio idipſum, quod honeſtandæ ſepulturæ decreviſſet, pauperibus daret. Unus igitur eorum, qui aderant, cum magni pretii veſtimentum paraſſet, quo Sancti ſenis corpus indutum afficeret ſepultura, neglecto, quod audiverat, mandato veſtimentum dare pauperibus diſtulit: ...are protinus a malo dæmone percuſſus acerbiſſimas pœnas dabat, ſeque ante lectulum, in quo vir Sanctus jacebat ore ſpumans dilaniabat, quem ille comiſeratus manuum impoſitione, & precatione ab afflictione illa liberavit, & in priſtinum ſanitatis ſtatum reſtituit. Cum igitur jam vitæ finis inſtaret, eos, qui aderant, multis admonitionibus ad colendam virtutem cohortatus, ut poſtrema ejus declarat Oratio, ad tranquillum æterni regni portum navigavit, ac beatorum numerum cumulavit; in cœleſtibus enim tabernaculis anima ejus conſedit. *Obitus ejus.*

17. „Hæc tibi Patrum optime, Eccleſiæque Doctor munera laudum afferimus, non quidem pro dignitate, neque indigenti ..., ſed ob viventium potius utilitatem; quandoquidem præſtantium virorum laudationes ut faces animis admotæ homi- *Concluſio.*

„nes ad rectius vivendum inflammant. Hanc „autem laudandi provinciam alacrius cepi„mus provocati a quodam homine, qui a „poſteris Iſmael in bello captus, a te invo„cato tuo nomine a periculo mortis libera„tus fuit. Tu vero divino aſſiſtens altari, „vitæque principi ac Sacroſanctæ una cum „angelis ſacrificans Trinitati omnium no„ſtrum recordare, nobisque peccatorum ve„niam impetra, ut ſempiterna regni cœle„ſtis beatitudine perfruamur in Chriſto Je„ſu Domino noſtro, cui gloria in æternum. „Amen.

VITA SANCTÆ MACRINÆ VIRGINIS, QUÆ S. BASILII MAGNI SOROR FUIT, SCRIPTA A S. GREGORIO NYSSENO.

Franciſco Zino Interprete.

Peregrinatio Sacra laudatur.

1. „Hoc quidem voluminis genus ex in„ſcriptione epiſtola videtur eſſe (*ad* „*Olympium monachum*, vel *Euprepium Epiſco*„*pum*) ſcripta, ſed ejus longitudo modum „epiſtolæ ſuperat, & juſtam libri comple„ctitur magnitudinem; me tamen rei, quam „ut litteris conſignarem, imperaſti, defen„dit argumentum. Nam conſuetudinis illius „oblitus eſſe non debes, cum ad urbem An„tiochi congreſſi ſumus, quo tempore pe-

„tebas

ebus Hieroſolymam, ut monumenta Chri-
ti peregrinationis, dum in carne eſſet, in-
iſeres, eorumque Sermonum, quos va-
iis de rebus inter nos contulimus, ubi
tiam in mentionem probæ cujusdam mu-
ieris incidimus. Non autem ex alienis
ermonibus narrationi fidem faciebat Ora-
io, ſed ea, quorum experientia magiſtra
uerat, perſequebatur: neque enim virgo
enere nobis erat peregrina, ſed eisdem
rta parentibus; quippe quæ tamquam fru-
tus primitiarum ex materno utero pullu-
averat.

2. „Macrina virgini nomen erat, cui a arentibus appellatæ, quod olim inſignis quædam in noſtra familia Macrina fuerat, atris noſtri videlicet mater, quæ tempore erſecutionum pro Chriſti confeſſione pug-naverat. Hoc quidem vulgato nomine a amiliaribus vocabatur, ſed arcanum alte-um habebat nomen, quo per viſum fue-at inſignita prius, quam in lucem a ma-re ederetur; quæ & ipſa mater ea virtu-e erat, ut non ſponte, ſed invita quo-lammodo, ne per vim raperetur, viro gra-itate ſpectato nupſerit. Cum igitur pa-iendi tempus inſtaret, ſomno conſopita eſtare ſibi viſa eſt id, quod intra viſcera ontinebat, & quemdam humana ſpecie orma auguſtiori intueri, qui Theclæ no-nine filiolam ter appellavit, non tam ut, uo nomine appellanda eſſet, indicaret, uam ut ſimilitudine nominis idem oſten-eret vivendi ſtudium, & inſtitutum.

Macrina appellatur.

 3. „Edu-

Studia Macrinæ. 3. „Educatur ergo puellula, & infan„tiæ ætatem egreſſa, ſtudebat mater, ut „filia erudiretur non illa diſciplinarum ſerie, „qua ex Poetarum lectione plerumque pri„mæ diſcentium ætates imbuuntur, ſed quæ „ex divino Spiritu dictata Scriptura primæ „illi ætatulæ faciliora, & aptiora videban„tur, diſcenda proponebat, cum primis „autem ſapientiam Salomonis, idque ex ea „potiſſimum ratione, quod ad vitam, & mores „maxime conducebat. Erat etiam Pſalmo„rum non ignara, ſed præfinitam eorum par„tem ſtatutis temporibus percurrebat: nam „ſive e lectulo ſurgeret, ſive ad ſtudia ac„cederet, ſive cibum ſumeret, ſive cubi„tum ſe conferret, ſemper comitem habe„bat Pſalmorum cantilenam.

Conjugium repuit. 4. „Dum igitur his inſtitutis educatur, „manumque tractanda lana excellenter ex„ercet, ad duodecimum ætatis annum per„venit, quo quidem tempore juventæ flos „mirifice ſplendere cœpit; quare magnum „juvenum nuptias ejus ambientium examen „parentes circumſtabat. Pater autem in re„bus honeſtis dijudicandis expertus quem„dam tum genere, tùm moribus probatum „adoleſcentem reliquis prætulit, eique, ſi „ad ætatem perveniſſet, filiam deſpondit; „quam tamen præclaram ſpem interrupit in„vidia, eum in ipſa vitæ ſurripiens adole„ſcentia. Quæ autem a Patre ſtatuta fuiſ„ſent, adoleſcentis obitu cognovit, & ju„dicium illius connubium vocans, tamquam

„patris

is decretum impletum eſſet, in reli-
m vitæ tempus apud ſe manere conſti-
; & cum multi cuperent, illam ſibi
rem adjungere, abſurdum eſſe dicebat,
non permitti, illud conjugium colere,
ſemel a patre devincta eſſet, eum ve-
cui a parentibus deſponſa eſſet, non
mortuum contendebat, ſed ſpe reſur-
ionis Deo vivere, & ſolum peregre
ectum eſſe, & nefas fore, ſi peregri-
ti ſponſo fidem non ſervaret. His ra-
ibus repulit eos, qui ſibi perſuadere cona-
tur conjugium, in ſuo propoſito con-
s, & a latere matris non recedens:
e tamen convictus matri damnum non
rebat, quin etiam officioſa ejus ſedu-
; multarum ancillarum inſtar erat, &
ua quædam inter eas vigebat remu-
tio.

;. „Cum igitur mater variis curis di-
geretur, pater enim jam naturæ con-
rat, in omnibus laboribus matri ſe ſo-
n præbebat, ſimulque ſub matris diſcipli-
vitam ab omni reprehenſione integram
avit. Cum autem reliquæ ſorores ho-
e collocatæ eſſent a matre, a publicis
rarum gymnaſiis revertitur magnus Ba-
s Macrinæ frater, quem illa ſcientia,
eloquentia vehementer elatum exiſti-
is, omneſque deſpicientem dignitates,
faſtu magiſtratus ſuperantem, tanta ce-
tate ad ſapientiæ ſtudium incitavit, ut
ndi poſthabita claritate laborioſum vi-

Baſilium ad ſtudium perfectionis incitat.

„vendi genus per paupertatem perfectam am„plexus, expeditam ſibi ad virtutem viam „ſtruxerit. Quin etiam matri perſuaſit, ut „relicta priſtina vitæ conſuetudine elatiori„que vivendi modo, quas arte ſubditas, & „ancillas ad uſus proprios adhibuerat, ſe„cum ejuſdem ſortis, & ordinis eſſe vellet, „& una cum illis vitam cum virginibus tra„duceret.

Naucratii mortem generoſe fert.

6. „Sed narrationis filum volo parum„per abrumpere, ne rem, qua ſublimitas vir„ginis magis declaratur, ſilentio tranſeamus. „Ex quatuor fratribus ſecundum Baſilium „natu maximus Naucratius vocabatur, ju„venis eximiis ingenii, & corporis dotibus „præditus, qui cum vigeſimum ſecundum „ætatis annum confeciſſet, ſpretis omnibus „ad ſolitariam, & inopem vitam ſe contu„lit, quem ex domeſticis Chryſaphius ſecu„tus eſt. Noctu igitur ſeceſſum quemdam „prope Iridem fluvium denſis nemoribus con„ſitum adiens, in eo vitam quietam agebat, & „ſenes quoſdam ſimul viventes egeſtate, & „morbo laborantes curabat, & venando vi„ctum illis quæritabat. Sic igitur Philoſo„phans dum quintum annum exegerat, repente „vitæ ſurripitur non morbo aliquo ſublatus; „ſed cum ad venationem profectus eſſet, ut „illis ſenibus victui neceſſaria ſuppeditaren„tur, mortuus domum reportatur una cum „ſocio ſuo Chryſaphio. Procul autem abe„rat mater trium dierum itinere, quæ cum „tam acerbum nuntium accepiſſet, tantum

„non

„non exanimata cum voce Spiritum amiſit. „Sed hic magnæ Macrinæ virtus apparuit, „quæ non ſolum ſe invictam ſervavit, ve„rum etiam matris imbecillitatem fulſit, at„que ſuſtinuit.

7. „Cum igitur nutriendorum liberorum „cura liberata eſſet mater, auctor ei virgo „fuit, uti dictum eſt, ut ad puram vivendi „rationem ſe conferret, & in ea Virginum „multitudine eadem cum illis conditione „viveret, unaque menſa, ſimili lectulo, pari „denique rerum omnium ad vitam perti„nentium ratione uteretur. Quare talis erat „eorum vita, quæ ad angelorum ſimilitudi„nem proxime accedebat; non ira, non in„vidia inter eas cernebantur, ſuperbia, & „reliqua vitia rejecta erant, delitias ſuas in „temperantia collocabant, gloriam in ob„ſcuritate, divitias, quod nihil poſſiderent. „Sola rerum divinarum vigebat cura, per„petuum precandi ſtudium, & aſſidua Pſal„morum decantatio nullo tempore diu no„ctuque intermiſſa; eratque ipſarum vita in„ter humanam, & cœleſtem naturam inter„jecta, & utriusque particeps: etenim qua„tenus ab humanis perturbationibus ſe vin„dicarat, hominis conditione præſtantior „erat, quatenus autem in corpore cerneba„tur, angelicæ naturæ cedebat.

Matri monaſterium petere perſuadet.

Sancti monialium Sancta vita.

8. „Ad hunc autem tam præclarum ſco„pum aſſequendum magno erat adjumento „Petrus frater ejus, in quo pariendi dolo-

Petrus frater a Macrina inſtituitur.

 „res

„res mater finierat, ultimus filius, ſ
„mul & natus & orbus fuit: quo
„tempore in lucem edebatur, pater
„ſeceſſit. Hunc filia natu maxima M
„ab ubere nutricis ſublatum ipſa ſtatim
„triit, & ſacris inſtitutis a puero eum
„triens nihil otii illi conceſſit, quo
„ſtudiis inanibus vacare; ut ita in
„ætatis flore ad excelſum Philoſophia
„dum aſcenderet, & magno Baſilio vi
„præſtantia nihilo inferior fore judica
„Tunc autem ſorori, & matri erat
„omnium, & una cum illis ad ange
„illam vitam contendebat. Cum
„quodam tempore gravi laboraretur i
„& fame, tantum induſtria ſua pauperib
„bariorum ſubminiſtravit, ut ex adventa
„frequentia locus ille non ſolitudo v
„tur, ſed civitas. Interim ſenex mat
„utriusque filii manibus migravit ad D
„cum liberis ſuis abſentibus, & præ
„bus benedictionem impertita eſſet.

aſilius Epiſco- ſ. 9. „Interea inſignis ille inter Sa
„Baſilius magnæ Cæſareæ declaratus e
„tiſtes, & myſticis ſacrificiis ſuis fr
„conſecrans ad ſacram Presbyterii di
ius obi- t. „tem provexit. Poſt autem annis
„tranſactis, & nono inchoato, per t
„orbem celeberrimus Baſilius ad Deum
„ceſſit communem patriæ, & Eccleſi
„ctus occaſionem præbens. Hanc ca
„tatem cum ad Macrinam rumor deta
„animo illa quidem non potuit non co

„

, quomodo enim ſororem dolor non
eret ? ſtetit tamen tamquam invictus
l nullo calamitatum impetu labefa-
l.

„Erat poſt hanc jacturam nonus men-
& paulo amplius, cum Epiſcoporum
ilium inductum eſt Antiochiæ, cui &
interfuimus. Sed poſtquam domum di-
mus, antequam annus præteriret, mi-
Gregorio cupiditas incidit, ut ſororem
erem ; multo enim tempore mutuo
pectu frui non potueramus prohibenti-
tentationum moleſtiis, quas ab hære-
rincipibus patria pulſus, ubique ſuſti-
am per octo plus minuſue annis. Cum
r jam multum itineris confeciſſem, nec
lius, quam unius diei via reſtaret,
bar mihi per quietem geſtare manibus
tyrum reliquias, e quibus ſplendor elu-
t ; quod viſum ter mihi eadem nocte
rrit, nec plane, quid portenderet,
icere poteram. Cum vero ad ſeceſ-
, in quo Macrina cœleſtem vitam de-
it, appropinquans a quodam familiari
iiſſem, fratrem meum quarto jam die
eſſiſſe, Macrinam autem morbo labo-
, reliquum viæ feſtinanter arripui : &
ad locum accederem, conventus fra-
honoris gratia ad nos confluxit, at
inum chorus ad Eccleſiam modeſte no-
n adventum expectabat. Verum cum
ſemus & precandi & benedicendi ſi-
, & illæ inclinato prius capite cum
„bene-

Gregorius Sororem Macrinam inviſit.

Benedictio Epiſcopalis.

„benedictione abiiſſent ad loca ſua nulla n
„manente, facile conjeci, non eſſe int
„eas ipſarum ducem, & præcedente qu
„dam & oſtium aperiente ſacram illam d
„mum, in qua inerat illa magna, ingreſſ
„ſum. Vehementer autem tunc ægrotabat
„neque vero in lecto, ſed humi quieſceba
„ſubjecta ſacco tabula, altera caput ejus ſ
„ſtinente tabula, quæ pulvinaris loco i
„ſigni figura collum ejus ſubibat, & cerv
„cem ipſius in ſe decore recipiebat.

ortis minus in gra Marina.

11. „Cum igitur vidiſſet me prope for
„eſſe, ſeſe in cubitum erigens honore
„habuit, quem mihi obviam præſtare n
„poterat; ſed ego accurrens manibusque ſ
„ſcipiens humi dejectam excitavi, & cub
„ſolito reſtitui. Hic illa manibus ad Deu
„ſublatis, gratias, inquit, tibi ago Domi
„Deus, quod impuliſti ſervum tuum,
„me ancillam tuam inviſeret: cumque ſ
„ries Sermonis nos ad mentionem Baſi
„perduxiſſet, mihi quidem commotus
„animus, illa vero ſine omni perturbatio
„occultam in rebus adverſis providenti
„Dei dicendo aperiens, ad cœleſtia, & v
„tam futuram me excitavit; & licet feb
„omne robur illius exſiccaſſet, mentem t
„men expeditam in rerum ſublimium co
„templatione detinebat.

d Deum pirat.

12. „Facto autem dicendi fine temp
„eſt, inquit, Pater! ut pauliſper quieſca
„& corpus cures, de via longa feſſus; u
„d

e in hortis proximis gratum quoddam di-
erſorium nactus, ſub arbuſtorum umbra
uieſcebam. Sed nullam ex rebus jucundis
oteram oblectationem percipere, cum ani-
nus intus rerum triſtium expectatione pre-
neretur: nam eorum, quæ per quietem
ſpexeram, ænigma ex præſentibus expli-
ari videbatur. Cum autem demiſſiori ani-
no triſtia expectaremus, miſit illa jubens
os bono animo eſſe; ſe ſenſiſſe enim morbum
melius verti, ſupernæ vocationis præmium
ectans & intelligens.

13. „Ad bonorum igitur nuntium recreati *Vitam*
rreximus, ut iis præſentibus frueremur; *ſuam nar-*
m cum in Macrinæ conſpectum veniſſemus, *rat.*
pueritia ſua memoriam eorum repetens,
æ contigerant, tamquam de ſcripto om-
a recenſebat: narratio autem is erat finis,
Deo gratias ageret. Sed cum proprios
o labores, quos ſuſtinueram, recenſerem,
mum cum a Valente Imperatore propter
m fuiſſemus in exilium propulſi; deinde
m eccleſiarum perturbatio nos ad certa-
na & ſudores evocaret, illa me ad gratia-
s actionem per pia monita & ulteriores
Eccleſia labores hortabatur. Cum dein
e illa perſequeretur, diem equidem pro-
ı longius optabam, ne dulci ſermone au-
s noſtras deſiſteret oblectare, ſed cantan-
m vox me ad gratias agendas veſpertinas
abat; quam obrem cum me ad eccleſiam
iſſet, rurſus magna illa precibus ad
m acceſſit. Ac nox quidem ita tranſacta
eſt;

„ginnus chero nomine Lampadia, qui
„ſententiam de funerum pompis ſe plane
„dicebat: haec a me de his rebus in
„gata cum lachrymis reſpondit:
„vendo ſancta ſibi ornamentum paravit,
„& vitam ſuam decoraret & ſepul
„nam quod ad corporis ornatum
„nec, dum viveret, accepit, nec in hunc
„reſervavit. Nihilne, ego inquam,
„ditum eſt, quo exequiae poſſint ade
„& illa: quidquid reconditi eſt,
„bus habeo, ecce pallium, capitis
„& trita pedum calceamenta, nihil
„ter haec in arculis latet, unam divit
„ſuarum cellam noverat theſaurum cael
„Tunc ego: quid ſi ad funus ornandum
„quid proferam, num inconſulte factum
„ſtimabit? id praeter ſententiam ejus futu
„ſe non arbitrari reſpondit: nam etſi viv
„duabus de cauſis non repudiaret bene
„tuum, vel propter ſacerdotii dignita
„vel propter naturae neceſſitudinem.

Particulas crucis geſtavit.

17. „Cum igitur ita viſum eſſet, &
„crum corpus veſtibus tegi oporteret,
„quidem cuidam juſſi ex meis, ut ve
„afferret, Veſtiana vero ornans ſanctum i
„caput, cum ejus cervici manum ſubmiſ
„prehendit manu ferreum crucis ſignum,
„annulum ex eadem materia, quae tenui
„dimulo appenſa ſemper cordi adhaere
„Et ego: communis, inquam, ſit haec poſſe
„ac tu quidem habeas crucis inſigne,
„autem haereditas annuli ſatis erit;

m in hujus etiam pala crux impreſſa erat.
t tunc mulier, in deligendo, inquit, non
errasti : etenim excavatus eſt annulus
b ipſa pala, ibique de ligno vitæ particu-
m conditam habet, quod ſuper adjacens
la ſignificat. Atque in virtute ejusdem
actæ crucis tumorem in pectore quondam
ortum ſancto hoc ſigno curavit.

8. „Interim dum hæc agebamus, & vir- *Sepultura ejus.*
num cantu lamentationibus commiſto re-
nabat locus, fama undique diffuſa om-
s finitimi ad funus confluxerunt, adeo
concurrentes veſtibulum non caperet.
m igitur nocturna pervigilatio, uti in Mar-
rum celebritatibus, canendis pſalmis per-
ta eſſet, & ſub crepuſculum confluentium
vicinis locis virorum & mulierum mul-
do Pſalmorum decantationem fletibus
erpellaret, ego operam dedi, ut nihil
tali funere deſideraretur. Itaque con-
entem populum in genera diſtribuens,
lierumque multitudinem admiſcens vir-
um choro, virorum autem turbam ad-
bens monachorum cœtui, unum quem-
m ex utrisque ſtudui concinnum ordinem
ituere. Verum cum paulatim progrede-
ur dies, & locus præ confluentium mul-
dine anguſtus redderetur, qui ei re-
i præfectus erat, Epiſcopus Araxius no-
e, aderat enim cum univerſa multitu-
ſacerdotum, præcepit, ut ſenſim præ-
ret tabernaculum. His autem ita con-
„ſtitutis

„ſtitutis ego feretrum ſubiens illum advoca-
„vi, ut alteram partem ſuſtineret, poſte-
„riores vero feretri partes ſubierunt ali
„duo de Clero inſignes viri. Senſim igitur
„procedebatur, cum frequens populus fere-
„trum circumſtaret, ex utraque autem parte
„præcedebat non exiguus diaconorum & mi-
„niſtrorum numerus, qui omnes ordine pro-
„gredientes accenſos cereos manibus geſta-
„bant: quæ quidem pompa non carebat my-
„ſterio, cum a principio ad finem uſque
„decantatio Pſalmorum eadem voce triplici-
„que canentium ordine, ſicut ille trium pu-
„erorum cantus, abſolveretur.

Cerei accenſi in funere & pſalmorum cantus.

19. „Porro cum inter ſeceſſum & ſan-
„ctorum Martyrum ædem, in qua parentum
„etiam corpora quieſcebant, ſeptem octo
„intercederent ſtadia, totum prope diem
„eo ſpatio conficiendo conſumpſimus; con-
„gredientium enim multitudo, quæ aſſidue
„magis augebatur, non ſinebat nos ex ſen-
„tentia progredi. Sed ubi intra fores tem-
„pli conſtitimus, demum depoſito feretro
„ad precationem convertimus, quæ quidem
„precatio populo luctus materiam præbuit;
„ſilentio enim pſalmis canendis impoſito
„cum ſacram illam faciem virgines aſpexiſ-
„ſent, & parentum jam eſſet patefactus tu-
„mulus, in quem decreveramus illam inferre,
„re, unaque earum nos poſt eam homi
„divinum illud caput non amplius ſpectabi-
„ros perturbatius exclamante, & reliquis
„inceps virginibus eadem vociferatione ſi

„ſequ

ꞌntibus, incondita quædam confuſio re- ɔnſtitutum & ſacrum illum pſalmorum ım eſt conſecuta. Nam virginum luctu i omnium animi commovebantur; ita- nobis nutu ſilentium imperantibus, & ꞌone præeunte, & ſolitas eccleſiæ vo- inclamante vix tandem populus ſe ad ındum compoſuit. Cæterum conve- ter facto precandi fine, priusquam cor- parentum noſtris oculis eſſent expo- pura ſindone operta ſunt; nam cum culum eſſet ſublatum, ex utraque parte na linteum injectum eſt, quo contectis ntum corporibus, ego & regionis Epi- us ille, cujus mentionem feci, corpus retro tollentes juxta matrem appoſui- Atque ita votum utriusque comple- ıs: uno enim conſenſu ſemper orave- Deum, ut corporibus poſt mortem co- rentur, utque inter ipſas fuerat vitæ ınctio, ne in ipſa quidem morte diſ- ꞌretur.

„Cum autem juſtis legitime peractis lendum eſſet, proſtratus ad tumulum, ılverem oſculans triſtis & lachrymans ꞌdebam, cogitans quanto bono vita eſſet ta; mox mihi in ipſo itinere vir illuſtris : militari, qui in civitate Ponti, cui en Auguſtæ, dux exercitus erat, de miraculum narravit, quod ſcilicet filiæ oculum ex peſtilentia obducta tunica cir- upillam contractoque albore fœdum ſola ione ſanaverit. Plura autem alia ab ea *Miracula S. Macrinæ.*

„admiranda patrata huic narrationi
„xenda non cenſeo. Proinde miraudam i
„in penuria & fame agriculturam prætermi
„quomodo in pauperum uſus projectum
„mentum, nec dum diſtribueretur, nec
„imminutum ſit, ſed idem menſura ne
„roque permanſerit, aliaque his longe
„gis admiranda, morborum curationes,
„pulſiones dæmonum, & veras futuro
„prædictiones, quæ quidem omnia iis,
„diligenter explorarunt, vera eſſe con
„licet fieri non potuiſſe judicentur ab iis,
„ad credendum divinis muneribus ſunt
„becilliores. Sublimiora illius miracula ſi
„tio præterimus, ſatis eſſe exiſtimantes
„quæ dicta ſunt, ejus hiſtoriam concluſ

S. GREGORII NYSSENI

DE DORMIENTIBUS ORATIO, QI DOCET, NON ESSE DOLENDUM EORUM OBITUM, QUI IN FIDE DORMIERUNT.

Franciſco Zino Interprete.

Diviſio rationis. 1. „Hæc oratio ab hæreticis Origeniſtis
„rie corrup a caute legenda eſt: in
„pit autem ſic. Qui in illis, qui ex hoc ſ
„culo excedunt, eam, quæ neceſſario co
„tingit, naturæ noſtræ viciſſitudinem cal
„mitatem eſſe ducunt, luctuque ſe macera
„propter eos, qui ab hac vita ad incorp
„rea

ream tranſeunt, non conſideraſſe mihi vi-
tam noſtram, quaenam ſit, ſed communi
hominum affectui obnoxii eſſe videntur:
nam per conſuetudinem ratione carentem
quod praeſens eſt amplectuntur, cum tamen
ad hoc ſolum propenſum eſſe conveniat,
quod judicio rationis bonum & expeten-
dum apparet. Quapropter recte mihi fa-
cturus eſſe videor, ſi ratione aliqua ex-
cogitata a conſuetarum rerum affectu ho-
mines abductos ad meliorem mentem tra-
duxero; ut ab eorum vita eximatur ſtulta
illa conſuetudo, cui vulgo homines in ca-
ſibus & incommodis dediti ſunt. Sed ita no-
bis ad propoſitum argumentum oratio ac-
commodata erit, ſi primum quidem, qualenam
ſit id, quod vere bonum eſt, examinetur;
deinde id, quod proprium eſt ejus vitae,
quam in corpore degimus, conſideraverimus:
denique ſi per comparationem ex adverſo
opponantur praeſentibus ea, quae per ſpem
nobis repoſita ſunt.

2. „Igitur ante omnia conſideremus, *Quid ſit vere bonum.*
quid ſit vere bonum. Cenſeo autem quaſi
definitionem quamdam, & ſignum boni pro-
poni oportere: hoc autem ſignum eſt, ut
non ſolum ad aliquid, vel certis tempori-
bus, vel uni non vero alteri utile vel bo-
num ſit, ſed quod & per ſeipſum & ſecun-
dum propriam naturam bonum eſt, & cui-
vis & omni tempore eodem modo ſe habet.
[illegible] certum ſignum eſt, quo quid bonum
[illegible]cari poſſit: unde nec in elementis, quae

 „non

„non æque omnibus eodem modo conve-
„niunt, boni natura conſpicitur, nec in re-
„bus circa corpus, quales ſunt vires, pecu-
„niæ & reliqua talia, quæ omnino inſtabilia
„ſunt.

Vita non eſt verum bonum.

3. „His itaque a nobis explanatis conſi-
„derandum erit de præſenti vita, quæ per
„carnem exigitur; an res talis ſit, quæ in
„figura boni conſideretur. Eſt igitur cor-
„poris noſtri vita tum impletio, tum eva-
„cuatio, quæ ſit dupliciter: una quidem per
„ſumptionem cibi & potus, altera vero per
„aeris tum attractionem, tum exhalationem, &
„exinanitionem, ſine quibus vita conſiſtere
„non poteſt. Sed videamus, utrum verum
„bonum hæc vita ſit; & quidem quod im-
„pletio in natura veri boni collocari non
„poſſit, perſpicuum eſt ex eo, quod etiam
„contrarium ſeu evacuatio bonum eſſe exi-
„ſtimetur, cum tamen fieri non poſſit, ut
„boni ratio ex æquo oppoſitis accomodetur:
„ſed ſi hoc bonum ſui natura ſit, oppoſitum
„ei malum prorſus erit; atqui hic ex æquo
„ab utroque horum natura utilitatem capit.
„Ergo nec impletio nec evacuatio boni defi-
„nitionem admittit: quia nec cuivis, nec
„omni tempore, nec ſecundum omnem for-
„mam expetenda ſunt. Quia igitur hujus
„ſpecies cum figura boni non congruit, ſe-
„quitur, quod ex hac vita migratio nullius
„boni privatio ſit; & credere oportet eos, qui
„eo, quod non vere bonum eſt, privantur,
„hinc traduci ad id, quod natura bonum eſt.

4. „Ad

„Ad hoc itaque bonum animus hu-
is a carnali vita tranſit, præſentem vitæ
itionem & ſtatum cum alio quodam
nutans, quem qualis ſit, illi, qui etiam-
cum carne commixti ſunt, exacte cer-
non poſſunt : ſed ex ſubductione ea-
rerum, quæ per hanc vitam notæ
, fieri poteſt, ut per ſimilitudinem re-
ad invicem collatarum aliqua con-
ra capiatur. Neque enim amplius ani-
raſſitudini corporeæ eſt implicita, neque
quipollentia oppoſitorum inter ſe vivit
entorum , in qua nihil contrahitur,
evacuatur, vel gravatur, dum onera-
quin etiam illis moleſtiis, quæ ex fri-
& æſtu accidunt, liberatur. Sed ibi
ituitur, ubi ab omnibus neceſſariis la-
us libera vita eſt, in qua vel ſervitus
lominatus, vel paupertas, vel nobilitas,
gnobilitas, vel privatorum humilitas,
nagiſtratuum dignitas, & omnis talis
ualitas locum non habet : eximitur
ab omnibus his vita illa incorporea,
ua id, quod conſervat animæ ſubſtan-
, divinæ naturæ contemplatio eſt, &
us ſancti communio, quarum rerum
io & delectatio ſemper implendo, ac
quam ſatietatem impletione circum-
endo fit.

Futura vita beatitudo.

„Quid igitur ineſt in re triſte, cur
animo vehementius ob demigrationem
ſſariorum demittamus? niſi forte quis
moleſtum ducat, quod ad eam, quæ

Mortui in fide non lugendi.

 „paſſio-

„paſſionibus & moleſtis immunis eſt, vitam „traducuntur. Qua ergo de cauſa an„guntur & indignantur, qui excedentem e „vita lugent? cum potius is, qui una cum „corpore & voluptatem & dolorem exuit, ju„ſtiore de cauſa ſuperſtites lugeret, qui in „doloribus hujus vitæ detinentur, & non „vident incorporeas, quæ ſupra mundum in „cœlo ſunt pulchritudines, exercitus angeli„cos & eccleſias ſanctorum, ſuperam civita„tem, & ſupercæleſtem deſcriptorum con„ventum, quæ pulchritudo omni ſpe major, „omnem etiam ſuperat conjecturam. Non „autem id ſolum noſtri nomine miſeratione „dignum ab hac vita de traductis videtur, „verum etiam quod tanta hominibus erga „vitam inſita ſit affectio, ut, quo in perpetuum „permaneant, omni ſtudio connitantur: nam „cupiditas honorum & divitiarum, & gulæ „nihil aliud quam quædam calamitatum con„geries eſt, quæ dedita opera ex libera ani„mi deſtinatione in vitam humanam impor„tatur.

Vera beatitudo poſt mortem.

6. „Cum vero mortui per ſe homines „admonere non poſſint, ut falſo de rebus „judicare deſiſtant, nos pro illis loquamur, „& in hunc modum dicamus. O homo at„tende tibi ipſi & noſce teipſum, quis ſis „ratione diſcernens; quid vero circa te, & „hoc diſce a magno Paulo, qui dicit alium „noſtri hominem externum, alium internum „eſſe. 1. *Cor.* 4. & illo in corruptionem re„cidente hanc renovari. Unde ulterius mo-

net,

„net, non conſideranda eſſe a nobis, quæ viden-
„tur, utpote quæ temporaria ſunt; ſed quæ
„non videntur, utpote ſempiterna. Expen-
„damus, quandonam magis ad originalem
„pulhritudinem accedat humana natura: tunc
„ſane, cum eam, qua coercetur, materiam ex-
„cuſſerit. Quid ergo in his calamitoſum eſt?
„nam ſiquidem corpus eſſet id, quod revera
„bonum eſt, carnis amiſſionem graviter ferre
„oporteret; ſed quoniam incorporale verum
„bonum eſt, cujus ad imaginem facti ſumus,
„conſentaneum eſt, ut credamus, cum per
„mortem ad incorporale tranſimus, redire
„nos ad propriam pulchritudinem, in qua
„creati ſumus. Ea autem cogitatio non tri-
„ſtitiæ, ſed lætitiæ materiam nobis præbe-
„bit, quod homo defunctus non amplius in
„alienis vivat; ubi cuique elemento ſuum
„reddiderit, ad propriam vero incorpoream
„ſedem reverſus fuerit.

Ignorantia futurorum a morte nos non deterreat.

7. „Hæc porro cum iis, qui in corpore
„vivunt, mens ſermocinatur. O homines! ne-
„que in quibus verſamini, certo ſcitis, ne-
„que quo tranſibitis & redigemini, adhuc di-
„diciſtis; id enim quod præſens eſt, quale
„naturai ſit, nondum ratio potuit excogitare.
„Sed ad ſolam vivendi consvetudinem ſpectat,
„cum ſcire non poſſit, quænam corporis na-
„tura ſit, quæ vis ſenſuum, membrorum in-
„ſtrumentalium apparatus, viſcerum diſpen-
„ſatio, & reliqua; quorum omnium usque
„in præſens tempus cognitio abſcondita eſt.
„adeo ut vitam noſtram, in qua vivimus,

„ignoremus. Sed & vitam a ſenſu ſepara-
„tam, qui cum ſenſu vivunt, nullo mod
„cernere poſſunt; quemodo enim per ſenſu
„viderit aliquis id, quod extra ſenſum eſt
„Cum igitur utraque vita pariter ignoretu
„quare moti eſtis o homines! qui hanc tam
„quam bonam, licet ignoretur, amplexami
„ni, illam vero tamquam moleſtam & m
„tuendam timetis? nulla alia de cauſa, ni
„propter hoc ſolum, quod neſcitis, quali
„ſit, quanquam alia quoque multa ex ii
„quæ per ſenſum vobis procul apparent, d
„ignorantur, non formidetis. Nam quæ ſ
„eorum natura, quæ in cælo apparent, d
„alia multa cum ignoramus, nec tame
„eorum ignorantiam metu dignam judica
„mus; quin etiam ipſam divinam natura
„incomprehenſibilem quidem credimus, at
„tamen id, quod ignoratur, ex toto cord
„& animo & totis viribus diligimus, quo
„ratione percipi non poteſt.

Corporis utilitas. 8. „Sed dicet aliquis: quare nobis cor
„pus & cujus loco eſt, ſi vita, quæ absqu
„corpore exigitur, res melior ſit? Ad quem
„dicemus, quod beata quidem eſt rever
„illa angelorum vita, quæ corporis mol
„nihil indiget, verumtamen ne hæc qui
„dem ad illam inutilis eſt: via enim ad id
„quod ſperatur, per præſentem vitam ſit
„nam vitæ quidem finis beatitudo eſt, quæ
„cunque autem circa corpus nunc conſpi
„ciuntur, mors, ſenectus, juventus, infan
„tia, via, continuatio, ſeries, progreſſio d

„facul

cultas ſunt ejus, quæ ſperatur, perfectio-
s, ad quam, ſi recte ſapis, reſpiciens non
igeris, ſi ab his ſejungaris, vel ultro trans-
gies ad mortem.

9. „Quodſi etiam conſideres illud, quod *Quotidie mors vitam ſequitur.*
itura ſemper in meditatione mortis occu-
ita ſit, ac per temporum vices progredien-
vitæ mors quaſi cohæreat, non inutile
it: nam cum ſemper ea pars vitæ, quæ
æteriit, ad futurum moveatur, & num-
iam ad id, quod retro eſt, reſolvatur,
ors eſt, quod quoquo tempore ſequitur
ficientiam vitalem; in tempore enim præ-
rito omnis actio vitalis deſinit. Quam ve-
:atem ipſa ulterius experientia confirmat,
tendens, quod non eſt idem cum heſterno,
ti hodie eſt homo, ſecundum id quod ma-
rialiter ſubjectum eſt: ſed prorſus ſemper
iquid ex eo mortificatur, & olet, & cor-
mpitur, & ejicitur cadaveroſum foedo-
m efferente natura ac terræ mandante id,
iod jam vitalem potentiam exceſſerit.
iapropter juxta magni Pauli monitum,
iotidie morimur, alii ex aliis evadentes
m per incrementum, tum per excremen-
m; quaſi in novum corpus ſemper mutati.
ur igitur morte, quaſi re nova & peregrina
rturbamur, cujus meditationem conti-
am hanc vitam eſſe demonſtratum eſt?
in etiam ſi de ſomno & vigilia dixeris,
alio mortis cum vita loqueris conflictu;
m ſenſus in dormientibus extinguatur,
rurſus vigilia per ſe repræſentet nobis
, quam ſperamus reſurrectionem.

10. „Quod

·poris mor- i refor- tio.

10. „Quod autem ne corporis quid
„uatura inutilis ſit ad eam, quam exſp
„ctamus, bonorum ſpem, ex eo demonſ
„tur: nam ſiquidem eſſemus, quod ab i
„tio fuimus, reformatione non egerem
„quia vero fraude inimici primævam p
„chritudinem amiſimus, uſus corporis n
„ceſſarius nobis factus eſt, per quod t
„liberum arbitrium ſervatur, & rurſus a
„bonum reditus non impeditur. Sed hoc e
„cuitu nobis ſponte noſtra ad meliorem
„tæ ſtatum propenſio fit; aliis quidem
„vita ſua a vitiis abſtinendo ſpiritualem
„tam aſſequentibus, reliquis vero in purg
„torio igne affectum amittentibus, quo m
„teriæ dediti ſunt. Deſinant igitur homi
„temerarii corpori maledicere, quo poſt
„per regenerationem, ubi tum ſuperflua
„inutilia, quantum attinet ad uſum vi
„futuræ, mors expurgaverit, in auguſtio
„ſpeciem transformato animus exornabit
„non enim eadem in futura quoque vi
„uſui erunt, ad quas res nunc idonea ſ
„ſed proprius erit uſui illius vitæ corpo
„noſtri apparatus, congruenter ad bono
„participationem diſpoſitus. Multas e
„nunc qualitates natura corporis habet, q
„in præſenti quidem vita ad aliquam
„utilitatem conferunt; ſed ad eam, q
„ſperatur, inutilia ſunt. Quod igitur in ig
„circa ferrum accidit, fornace inutile exc
„nente, id corpori per mortem conting
„tum omne rejicitur excrementum, per e
„quæ fit in mortificationem, ſolutio

rgato- m.

Pro-

„Proinde cum didiceris, quod convenientibus „temporibus artifex univerſorum glebam cor„poris in arma claritudinis reformabit, tho„racem juſtitiæ, ut inquit Apoſtolus *Eph.* 6. „Et gladium Spiritus, & galeam ſpei, & „omnem Dei armaturam conficiens, dilige „proprium corpus: corpus autem purgatum, „non quæ excernitur, ſcoriam amare oportet.

11. „Denique magni Pauli voce conſi„lium apud eos, qui luctu ſeſe conficiunt, „circumſcribamus, & finiamus: *Nolo vos* „*ignorare fratres de dormientibus, ut non con*„*triſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non ha*„*bent.* 1. *Theſſ.* 4. Siquid igitur de dormien„tibus per ea Verba, quibus conditionem „eorum nobis Oratio Philoſophico more per„ſecuta eſt, didicimus, non amplius dege„nerem iſtam triſtitiam admittamus: ſed ſi „oportet etiam contriſtari, illam eligamus „triſtitiam, quæ laudabilis, præclara, & „cum virtute conjuncta eſt. Quemadmodum „enim voluptatis aliud genus beſtiale, & „irrationale, aliud vero purum, & immate„riale eſt; ita id, quod oppoſitum eſt vo„luptati, in vitium, & virtutem dividitur. „Eſt igitur etiam quædam luctus ſpecies, „quæ beata judicatur, & contraria eſt irra„tionali, & ſervili mœrori: nam qui in hoc „verſatus fuerit, poſtea pœnitentia ductus „ſeipſum reprehendet, quaſi modeſtiam „egreſſus, cum ab affectu vinci ſe patere„tur. Luctus autem, qui beatus habetur iis, „qui per ipſum vitam cum virtute conjun-

Triſti bona gendi

„ctam

„ſtam degunt, ejuſmodi triſtitiam habet, „cujus pœnitere quemquam atque pudere „non poſſit; luget enim re vera, qui ani„mo, & conſcientia ſua voluntarit illa bona, „quibus excidit, cum immortali illi beati„tudini, quam, priusquam ad malum po„teſtate abuteretur, in poteſtate habebat, „hanc mortalem, & ſordidam vitam compa„rando oppoſuerit. At quo gravius ob hu„jusmodi vitam luxerit, tanto magis acce„lerat ſibi deſideratorum bonorum compara„tionem: nam ſenſus, & conſcientia bo„ni amiſſi incitamentum ſtudii rei deſide„ratæ fit.

Triſtitia pro mortuis inutilis.

12. „Quocirca cum etiam ſalutaris lu„ctus ſit, audite, qui facile delabimini ad „affectum triſtitiæ; quoniam triſtitiam non „prohibemus, ſed pro damnata bonam ſua„demus. Ne igitur afficiamini triſtitia mun„dana, quæ mortem operatur, quemadmo„dum inquit Apoſtolus. 2. *Cor.* 7. Sed di„vina, cujus triſtitiæ finis animæ ſalus eſt: „nam lachrymæ, quæ fruſtra propter dor„mientes funduntur, fortaſſis etiam cauſa „condemnationis ſunt ei, qui male admini„ſtrat id, quod utile eſt. Si enim hac de „cauſa triſtem hanc affectionem in natura in„ſtituit is, qui omnia ſapienter fecit, ut „eſſet ea tum vitioſitatis, quæ antea ob„noxios tenuiſſet, expiatio, tum viaticum „bonorum, quæ ſperantur, participationis; „forſitan is, qui fruſtra, & inutiliter la„chrymas effundit; deferetur, & accuſabi„tur

pud dominum ſuum juxta Evangeli-
Sermonem quaſi malus diſpenſator
ans inuliter creditas ſibi divitias; quid
enim ad bonum aliquam affert utili-
, loco divitiarum eſt, in numero rerum
ſimarum ac pretioſiſſimarum haben-
Nolo ergo vos ignorare fratres de
ientibus hæc, quæ didicimus, & ſi
alia præterea a Spiritu Sancto perfe-
ous diſciplina revelatur, ne contriſte-
, ſicut & reliqui, qui ſpem non ha-
Nam ſoli infideles ſolent vivendi
præſenti vita quaſi termino certo
mſcribere, atque idcirco mortem pro
iitate ducunt, quoniam id, quod no-
erſuaſum eſt, non ſperant; nos vero,
iagno reſurrectionis ex mortuis fide-
i, ipſi Domino omnis Creaturæ cre-
ius, qui ideo quoque mortuus eſt,
ſurrexit, ut re ipſa, & opere reſur-
nis doctrinæ atque Sermoni fidem fa-
, indubitatam bonorum ſpem habea-
quæ ſi præſto fuerit, moeſtitia prop-
iortuos locum non habebit. Deus
i noſter], & Dominus Jeſus Chriſtus,
nſolatur homines atque demiſſos, con-
tur corda veſtra, & confirmabit in
dilectionem per miſerationes ſuas,
am ei gloria in ſæcula ſæculorum.
1.

S. GRE-

S. GREGORII NYSSENI
ORATIO
DE IIS, QUI ADEUNT HIEROSOLYMAM.

Monitum.

Sanctus Gregorius in 'hac Oratione fidele monet, ne temere peregrinationem Hie roſolymam ſuſcipiant propter damna exind oritura. Nonnulli Orationem hanc ſeu epiſto lam ſuppoſititiam exiſtimarunt: alii credi derunt, ad ſolos monachos, & Religioſo ſpectare, quæ in ea dicuntur. Sed no ſuppetunt validæ conjecturæ, cur repudie tur. Deinde rationes a S. Gregorio allat ad hanc peregrinationem diſſuadendam no ipſos Chriſtianos ſpectant, ſed abuſus ſo lum & ſuperſtitiones irrepentes perſtringunt neque pium uſum peregrinationum ſacrarum impugnant, uti videri poteſt in notis Gret ſeri S. J. ſuper notas Petri Molinæi miniſt Calviniani in hanc epiſtolam, quæ not legi poſſunt. *Tom.* 2. *Oper S. Greg. edit. Pa riſ.* 1615.

ANALYSIS.

Peregrinatio Hieroſolymitana ſolitariis diſſuadetur.

1. „Equidem qui ſemel ſe altiori vivenc „rationi dedicarunt, cum eis præ „clare agi cenſeo, ſi perpetuo ad Evangel „voces inducantur, & juxta Evangelicar „regular

„go intelligas, illis in locis ampliorem gra-
„tiam eſſe.

4. „Sed objiciunt mihi, quamobrem er- *Cur Sanct.*
„go & tu tantam viæ moleſtiam Hieroſo- *Gregor.*
„lymam ſuſtinuiſti ? Verum mihi neceſſe *id fecerit.*
„fuit, pro Sancto concilio habito emendan-
„dæ Arabicæ Eccleſiæ gratia ad loca iſta
„proficiſci. Præterea piiſſimo Imperatore viæ
„facilitatem concedente per currum publi-
„cum nulla nobis neceſſitas fuit ea perpeti,
„quæ in aliis animadvertimus : vehiculum
„enim pro Eccleſia, & monaſterio erat om-
„nibus per totam viam pſallentibus, &
„jejunantibus Domino. Deinde Chriſtum
„Deum verum confeſſi ſumus, etiam ante-
„quam eo iviſſemus ; & natum de Virgine,
„a mortuis reſurgentem, & ad cœlos aſcen-
„dentem credidimus, antequam Bethlehem
„monumentum , & montem Oliveti conſpe-
„ximus : emolumenti autem id tantum ex
„itineris confectione habuimus , quod ex
„collatione cognovimus noſtra externis lon-
„ge ſanctiora eſſe.

5. „Unde & vos, qui timetis Dominum, *Peregri-*
„in quibus locis eſtis , eum laudate ; loca- *natio non*
„lis enim mutatio , ut Deus propior ſit, *mutat ma-*
„non efficit , ſed ubi fueris , ad te Deus *lam men-*
„veniet , ſi animæ tuæ diverſorium tale in- *tem.*
„veniatur , ut in te Dominus inhabitet. Sin
„autem interiorem mentem perverſis cogi-
„tationibus plenam habeas , etiamſi in Gol-
„gotha , in monte olivarum , in monumento

 „reſur-

„reſurrectionis fueris, tantum a Chriſ
„animum tuum receptione abes, quan
„qui ne ab initio quidem fidem profeſſi ſ
„Conſule ergo fratribus, ut a corpore pe
„grinentur ad Dominum, non e Cappado
„in Palæſtinam. Quodſi quis objiciat Do
„ni vocem diſcipulis præcipientem, ne
„ſcederent ab Hieroſolymis, intelligat, q
„cum Spiritus Sancti gratia, & diſpe
„nondum veniſſet Apoſtolis, juſſit eos D
„minus, in eodem loco manere, donec
„duti eſſent virtute ex alto. At ſi, q
„initio fiebat, ut Spiritus Sanctus ig
„ſpecie dona ſingulis impertiret, hucuſ
„fieret, omnes oporteret in eo loco e
„ubi dona diſtribuerentur: ſin Spiritus
„vult ſpirat, ii quoque, qui hic ſunt ac
„dunt, participes fiunt juxta fidei an
„giam, non juxta peregrinationem in H
„roſolyma ſuſceptam.

S. GREGORII NYSSENI
EPISTOLA
AD EUSTATHIAM, AMBROSIA ET BASILISSAM.

Monitum.

Edita eſt hæc Epiſtola primum Pariſiis
no Chriſti 1606. Deinde anno ſequ
recuſa in Germania Hanoviæ edita eſt
„int

erprete Iſaaco Caſaubono Calviniano, qui copioſas, & eruditas notas adjecit, quan tamen nonnullæ notationibus indigere a ſunt, ne in errorem inducant. Has no- attexuit Jacobus Gretſerus S. J. præ- tim ad illas, quæ ſacras peregrinatio- ; vellicant. Habentur hæ notæ. *Tom.* 2. *er. S. Greg. Ed. Par.* 1615.

ANALYSIS.

„Congreſſus bonorum, mihique ex ani- „mo dilectorum, & ingentis illius umanitatis nobis a Domino præſtitæ mo- umenta, quæ iſthic oſtenduntur, maxi- ii gaudii mihi argumento fuerunt: utro- ue enim modo feriari Deo quid eſſet ex- eriebar, cum & Dei, qui vitam nobis edit, ſymbola ſalutaria videbam, & in ıusmodi perſonas incideram, in quibus la ſigna gratiæ Domini ſpiritualiter con- ɜmplari licet, & credere, eſſe revera in nimo illius, qui Deum in ſe habet, Beth- hem Golgotham, Olivetum, Reſurrectio- em. Nam ſiquis metu divino veluti cla- is carnes ſuas confixerit, fueritque cum hriſto cruci affixus, grave ſaxum mun- anæ fraudis fuerit amolitus, corporeoque ıonumento egreſſus in novitate vitæ am- ulans, & ſuperna cogitans in cœleſtem ɜmpublicam aſcenderit; hic inter illas ce- bris famæ res cenſeri debet, in quibus enignitatis Domini noſtri erga humanum enus monumenta viſuntur.

Meditatio myſteriorum vitæ Chriſti utilis.

 2. „Cum

Divinitas Chriſti. 2. „Cum ergo & ego ſenſibus meis loca „Sancta intuerer; intuerer vero & in vobis „ejusmodi locorum expreſſa ſigna, maximo „gaudio repletus ſum. At triſtis domum re- „vertebar, cum cernerem, quod locus iſte „qui Sanctum veſtigium veræ vitæ ſuſcepit, „purus a malis ſentibus non eſſet. Nam Dei „hoſtes odiſſe equidem juſtum eſſe aio; ſed „hoſtes Dei illos eſſe dico, qui omnibus „modis Dei gloriam negant, ſive Judæi ſint, „ſive manifeſti idololatræ, ſive qui per Arii „dogmata de Creatura idolum fingunt, & „errorem Judæorum ſuſcipiunt. At ſi Pa- „ter, Filius, & Spiritus Sanctus, pie aſſe- „ratur, & adoretur ab iis, qui credunt, „in non confuſa Sancta Trinitate unam eſſe „naturam, & gloriam, hic ecquæ belli pro- „babilis cauſa eſſe queat? Et quamdiu ex „toto corde Deus Unigenitus adoratur, id- „que in omnibus eſſe creditur, quod Pater „eſt, quam diu Spiritus quoque Sanctus pari „adoratione colitur; ecquam ſatis ſpecio- „ſam belli cauſam habere homines curioſi „queant, qui tunicam illam indiviſam lace- „rant, & Chriſti nomen in Pauli, & Ce- „phæ appellationes ſecant, & accedentes ad „ſe eos, qui Chriſtum adorant, abomina- „biles pronuntiant?

Duplex in eo natura. 3. „Qui eſt verus Dei Filius, &, cum in „tenebris humanum genus verſaretur, tene- „broſam naturam noſtram illuſtravit, per „univerſam compagem noſtram, id eſt, ani- „mam & corpus, univerſum genus huma-

„num

ıum ſibi copulavit, effecitque, ut illud
ſſet, quod eſt ipſe; atque ut corrupta
Deitas non eſt habitans in obnoxio cor-
ruptioni corpore, ſic nec ullius mutatio-
ıis variationem ſuſtinuit, quando muta-
ıilitatem animi noſtri ſanavit. Is igitur,
ıui naturam noſtram ad divinam virtutem
ranſformavit, integram illam in ſe conſer-
'avit, cum debilitatem ex peccato illi in-
ıærentem non ſuſcepit.

4. „Quoniam vero humanæ vitæ duo *Deitas per aſſumptam carnem non eſt mutata.*
ınt extrema, unde ordimur, & in quod
leſinimus, neceſſario qui vitam noſtram
ıniverſam medetur, illa duo extrema am-
ılectitur; & quod in ea parte, quæ ad
inem ſpectat, deprehendimus, id ipſum
a principio eveniſſe ſtatuimus. Nam ſicut
n morte, ut corpus ab anima ſepararet-
ur, per diſpenſationem fecit, ac Deitas,
ıuæ nullam diviſionem admittit, ubi ſemel
i ſubjecto cohæſit, neque a corpore, ne-
ıue ab anima umquam fuit divulſa, ſed
um anima quidem in paradiſum venit per
ıtronem viam muniens, qua mortalibus
ateret illuc aditus, per corpus vero in me-
lio terræ illum ſuſtulit, penes quem erat
nortis imperium, quam ob cauſam &
orpus appellatione Domini afficimus prop-
er inhærentem ei deitatem: ſic etiam de
rincipio ſtatuimus, Altiſſimi nempe vir-
ıtem ſuperventu Spiritus Sancti toti na-
ıræ noſtræ coaluiſſe, ut & animæ no-
ræ inſit, quomodo ratio poſtulat, ut

 „in-

„inſit in anima, & corpori noſtro commi„ſceatur, quo perfecta ſit omnibus modis „ſalus noſtra, & Deitati conſervetur tum „in principio vitæ tum in fine Deo conve„niens vacuitas affectuum. Sed Deus in utro„que Deo propriam potentiam oſtendit: quan„do neque principium voluptate fuit inqui„natum, neque finis in corruptionem deſiit.

5. „Si ipitur hæc voce alta prædicamus, „Chriſtum nempe Dei virtutem eſſe, Dei „ſapientiam, ſemper immutabilem, quam „ob cauſam odio habemur? num alium Je„ſum annuntiamus? num Virginem San„ctam, & Deiparam auſus eſt quisquam „noſtrum Hominiparam dicere, quo modo „illorum nonnullos eam irreverenter nomi„nare audimus? cur ergo fugiendi judice„mur? Vos vero |quo deducemini a Spiri„tu, S., in eo manete. Eſtote memores „Sanctorum Patrum, & nolite, quos illi po„ſuerunt terminos, mutare, neque aſperne„mini ſimplicioris prædicationis idiotiſmum, „neque potiorem putetis doctrinam, quæ „per varias ſucceſſiones mutavit; ſed anti„quæ fidei regulæ congruite, & Deus pa„cis vobiscum erit, & animo & corpore „valentibus. Dominus vos ſervet incorrup„tas, ſicut optamus.

Nota. Gretſerus tomo 14to ſuorum operum homiliam ſatis longam in S. S. Apoſtolos Petrum & Paulum ex manuſcripto cæſareo cum ſua verſione edidit, ſed tum ſtyli diverſitas, tum etiam quod nomen S. Gregorii Nyſſeni ab initio

tio non expreſſum ſit, ſatis oſtendere videntur, eam falſo huic Sancto Patri adſcribi.

S. GREGORII NYSSENI
EPISTOLA
AD FLAVIANUM.

Joanne Lewenclaio Interprete.

1. „Epiſtola hæc contra Helladium ſcripta *Hieroſo-* „eſt, & ita incipit. Non optimo *lymam* „ſunt res noſtræ loco; nam qui nos injuſto *pro.* „proſequuntur odio, non jam amplius intra „ſuſpicionum limites ſe continent, ſed ſumma libertate utuntur: reliquit hanc vitam „religio, aufugit a nobis veritas, pacis ne „nomen quidem ſupereſt. Paucis tibi tra„gœdiam explicabo. Erant nonnulli, qui „ad nos deferrent, reverendiſſimum virum „Helladium hoſtili erga nos animo affectum „ad omnes ſpargere, me maximorum illi „malorum cauſam eſſe, quod ego non cre„didi: at cum ab hominibus eadem eodem „velut ore renuntiarentur, & rumoribus res „convenirent, decere me ſtatuebam, ne hoſti„litatem hanc incuratam relinquerem, quæ nec„dum radices egiſſet. Itaque ad tuam pieta„tem, multosque alios datis litteris eos mo„nui, ut in hanc curam incumberetis. Tan„dem cum memoriam beatiſſimi Petri Epi„ſcopi apud Sebaſtenos peregiſſem, & me

„ad meam Eccleſiam reciperem, ſignifica-
„vit mihi quidam in finitimis montibus
„Martyrum memoriam peragere: arrepto
„illuc itinere prima diei hora Andomocinis
„eram, ubi ille concionabatur. Cum vero illi
„poſt concionem adventum noſtrum per nun-
„tium indicaremus, vix tandem ingreſſis
„in Sacrarium nobis concedebatur, abſque
„eo, quod ille me more ſolito, vel ſaluta-
„ret, vel ſedere juberet, vel ad prandium
„invitaret: tunc demum ſic ipſum appello.
„Num quid eorum, quæ ad corporis tui
„curam pertinent, propter adventum meum
„omittitur cum incommodo tuo, ut nos ex-
„ire ſit opportunum? ad quæ cum dixiſſet,
„non eſſe ſibi opus curatione corporis, ſub-
„jeci verba quædam, quibus ægrum homi-
„nis animum pro virili curarem. Cum dein
„paucis ille ſe nobis iraſci propter multas
„injurias oſtendiſſet, reſpondi ego: menda-
„cium inter homines ad deceptionem vim
„habere permagnam, verum in Dei judi-
„cio non poſſe fraudis falſitatem locum ha-
„bere. Meæ vero conſcientiæ tanta eſt in
„his adverſus te confidentia, ut exoptem
„aliorum quidem mihi delictorum veniam
„contingere: at ſiquid contra te commiſi,
„hoc in perpetuum non condonatum ma-
„neat. Hanc ille Orationem cum graviter
„tuliſſet, non amplius addi ad ea, quæ
„dixiſſem, probationes quasdam paſſus eſt:
„unde per eamdem viam defecto corpore
„pluvio etiam cœlo ad noſtros remeare co-
„acti ſumus.

2. „Adeo-

2. „Adeoque neceſſitas nos cogit, ut in „poſterum & ipſi noſtri cauſa conſilii quidpiam copiamus, vel potius ipſius cauſa; „nam quod ejus inſtitutum in illis, quæ „prius acciderunt, impeditum non fuerit, „id vero hominem ad tam immodicum faſtum provexit. Sed verum eſſe largiamur, „deſignatum a me quidquam eſſe, quod „eſſet ipſi moleſtum, quodnam adverſus nos „ob ea, quæ vel facta ſunt, vel ex conjecturis collecta, judicium eſt inſtitutum? „quinam canones contra nos producti? quænam legitime ab Epiſcopo enuntiata verba ſententiam contra nos latam approbarunt? Verum cum nihil horum ſit, non „arbitror, recte nos facturos, ſi tantum faſtus morbum incuratum negligamus; neque vero alia poteſt eſſe curatio, quam ſi „deprimatur ſuperbia, & inanis ille faſtus „coerceatur, inflatione tam elata nonnihil „expirante: ut autem id fiat, Deo permittimus, cui hanc rem curæ futuram non „dubitamus.

S. GREGORII NYSSENI
EPISTOLÆ DIVERSÆ.

Monitum.

Editis S. Gregorii Nyſſeni operibus D. Gallandius in Bibliotheca veterum Patrum ſubjicit XXII. Epiſtolas, quarum quindecim prio-

priores hauſit ex Codice Vaticano Zacagnius; ſeptem autem poſteriores e veteri libro membranaceo Bibliothecæ Mediceæ divulgavit Florentiæ anno 1731. Joannes Baptiſta Carracciolus, qui præterea Epiſtolas a Zacagnio editas cum codice Mediceo elegantibus litteris exarato contulit, plurimisque in locis emendavit.

EPISTOLA I.

Ad Euſebium.

Cur Nativitatis feſtum hyeme Paſchæ vere celebretur.

„Quoniam mos eſt, in univerſalibus feſtivitatibus miſſis muneribus benevolentiam ſuam aliis teſtari, nos quoque recte factum iri cenſuimus, te munerum noſtrorum expertem eſſe non ſinere. Donum autem hæ ipſæ litteræ ſunt, in quibus examinatur; cur Redemptor noſter ea anni tempeſtate carne apparet, qua noctes longiſſimæ ſunt, cum vero dies noctibus æquantur, hominem propter peccatum in terram reverſum ad vitam rurſus revocat. Cujus ratio eſt, quia oportebat, ut peccatorum tenebris in infinitum auctis ab eo virtutum dies initium acciperet, qui lucem animis affundit. At vero reſurrectionis feſtum eo adveniens tempore, quo noctes diebus æquantur, hoc nobis innuit, idololatriæ tenebris diei, hoc eſt fidei, incremento disjectis luminoſam prævalituram eſſe vitam. Et hujus quoque rei gratia luna decimum quartum curſus „ſui

„ſui diem complendo ſolis radios adverſa „fronte excipiens ſeipſam omni lucis copia „affluentem, nullaque ſui parte caligantem „oſtendit: occidenti enim ſoli ſuccedens non „antea ipſa occidit, quam veris ejusdem „ſolis fulgoribus proprios immiſceat.

EPISTOLA II.

Ad Sebaſtenos, qui de recta ejus in fidei rebus opinione dubitabant.

„Crimina de nobis divulgantur, nos con- *Fidei pro-*
„traria ſentire Patribus, qui apud Ni- *feſſio*
„cæam rectam fidem expoſuerunt, & indi- *S. Grego-*
„ſcriminatim illos ſuſcepiſſe, qui aliquando *rii.*
„apud Ancyram in Marælli nomine Eccle-„ſiaſticos cœtus agebant. Verum nos Chri-„ſti doctrinam, quam diſcipulos ſuos do-„cuit, cum pietatis myſterium traderet, „fundamentum eſſe rectæ fidei confitemur. „Domini autem doctrina hæc eſt: *Euntes „docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine „Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Matth.* 28. „Unde imperfecta gratia eſt, ſi unum ali-„quod S. Trinitatis nomen in ſalutari bap-„tiſmo prætermittatur: nam omnem ſpem „noſtræ ſalutis in tribus perſonis habe-„mus, & credimus in Patrem Domini no-„ſtri Jeſu Chriſti, qui eſt vitæ fons, & in „Filium Patris Unigenitum, qui eſt vitæ „auctor. *Act.* 3. *v.* 15. Et in Spiritum San-„ctum Dei, *qui vivificat Joan.* 6. *v.* 63. Si-
„quis

„quis autem duos vel tres deos, vel tres „divinitates dicit anathema ſit: & ſiquis ſe„cundum Arii perverſitatem ex non entibus „Filium, vel Spiritum Sanctum factum fuiſſe „dicit, anathema ſit. Quotquot autem tres „confitentur perſonas, & unam credunt „eſſe divinitatem, nec monarchiæ poten„tiam abrogant, nec ad afferendam deo„rum multitudinem delabuntur, nec perſo„nas confundunt, nec ex diſſimilibus diver„ſisque rebus Sanctam Trinitatem compo„nunt, ſed fidei dogma in ſimplicitate ſu„ſcipiunt, omnem ſalutis ſuæ ſpem in Pa„tre, & Filio, & Spiritu Sancto collocan„tes; hi unum idemque nobiscum ſentiunt, „cum quibus & nos partem in Domino ha„bere precamur.

EPISTOLA III.

In hac Epiſtola S. Gregorius reditum ſuum ad Eccleſiam ſibi commiſſam deſcribit, poſtquam nimirum ab exilio ſuo, vel paulo ante, vel paulo poſt Valentis obitum reverſus eſt, in qua nihil ſpeciali nota dignum occurrit.

EPISTOLA IV.

Tam hæc quam ſequens Epiſtola ſcripta fuit Cynegio Nyſſeni amiciſſimo Prætorii in Oriente Præfecto, quem pro Syneſio adoleſcente cognato ſuo rogat cui involuntarie infortunium aliquod accidit, quod

quod illi crimini vertunt, qui eum rei capitalis accuſarunt, ut ejus benignitas adoleſcentis vincat calamitatem, & adoleſcens extra diſcriminis aleam conſtituatur.

EPISTOLA V.

Ad eumdem Cynegium ſcripta eſt, in qua illi Alexandrum quemdam recommendat ſuo patrocinio indigentem iis in negotiis, quorum cauſa ad eum venit.

EPISTOLA VI.

Ad quemnam hæc Epiſtola ſcripta fuerit, divinare non licet; interim ex ejus argumento diſcimus Gregorium Nyſſenum aliquando in eremum ſeceſſiſſe: nam amicum ſuum ad ſe in ſolitario loco degentem invitat.

EPISTOLA VII.

Cuinam hæc Epiſtola ſcripta fuerit, penitus ignoratur; videtur tamen eo tempore data fuiſſe, qua Nyſſenus ab Eccleſia ſua Valentis juſſu exulabat.

EPISTOLA VIII.

Epiſtola hæc ſcripta eſt ad eruditum quemdam juvenem Cappadocem, vel ſaltem in Cappadocia degentem, Chriſtianumne an ethnicum incertum eſt, qui Nyſſenum ſuis litteris

litteris patri commendaverat. Epiſtolæ autem argumentum deſumptum eſt ex Homeri *Odyſ. L.* 24. in cujus fine ait; Laertem, cum videret Telemachum nepotem, ab Ulyſſe patre monitum, in aciem alacri animo deſcendiſſe adverſus Ithacenſes, & Cephallonios, qui procorum necem ulturi paternam domum armis aggrediebantur, exclamaſſe: Quæ mihi dies hæc, dii dilecti? certe valde gaudeo, Filiusque Nepoſque virtutem circa pugnam habent.

EPISTOLA IX.

Ex hujus Epiſtolæ contextu apparet, eam ſcriptam fuiſſe ad virum Cappadocem in quodam Ponti loco degentem, quem ad feſta Paſchalia invitat; nam ait, Sancto die jam approquinquante convenientius utique erit patriam propriis potius, quam Pontum alienis, hoc eſt noſtris opibus decorari. Veni igitur charum caput, fer nobis bonorum affluentiam, te ſcilicet ipſum: hoc enim bonorum noſtrorum complementum erit.

EPISTOLA X.

Sacra ſtudia utilia. Libanio Sophiſtæ hæc Epiſtola inſcribenda eſt, quem S. Baſilii magiſtrum extitiſſe norunt eruditi. Hæc autem Epiſtola cum ſequenti tunc a Nyſſeno ſcripta eſſe videtur, cum eloquentiæ artes publice profitebatur, in qua Libanio ob teſtimonium præclarum ſibi datum gratias agit. Sed ſimul etiam illi teſta-

, quod etiam magiſtros ſibi aſſump-
'aulum, Joannem, cæterosque Apo-
, & Prophetas, & fratrem ſuum
ım Baſilium, qui noſtræ, ait, qua-
que in dicendo facultatis quidem au-
ſt; cum vero ejus divitiæ e tuis
ris depromptæ ſint, tuis utique bo-
ıtimur, etſi per alios acceperimus.
ro exigua hæc ſunt, parum etiam
etſi in amphoris ſit, e Nilo ta-
ſt.

EPISTOLA XI.

ıſiva eſt hæc Epiſtola ad alteram Li-
ii epiſtolam, in qua Libanius ſub-
Sermonum elegantiam damnare, &
ım per totam vitam ſibi indicere vi-
: cui Gregorius reſpondet: Hoc gra-
beneficii loco abs te peto, in commu-
ımnium utilitatem, ut de hoc ain-
non cogites, neque enim arbitror
ı eſſe judicium. Quis enim recte am-
loquetur; ſi gravis hæc tua adver-
loquentiam comminatio rata habea-
ſed & non alienum erit e Scriptura
aliquid commemorare. Jubet enim
ıſtra eos; qui hominibus aliqua in
ıdeſſe valent, non debere ad eorum
ıeficiis afficiendi ſunt, animum re-
e, ita ut ingratis omnis ea confe-
i aditus præcludatur, ſed potius vult,
ıis moderatorem imitentur, qui pro-

Eloquentiæ ſtudium non omittendum.

,,bos

„bos æque ac improbos omnium mundi bo-
„norum conſortes facit. Ad hæc reſpiciens
„Vir admirande, talem teipſum nunc præbe,
„qualem præteritum tempus oſtendit; neque
„enim ſolem non eſſe ſolem cæci umquam
„effecerint, neque par eſt, tuorum ſermo-
„num radios propter eos obſcurari, qui ante
„hoc tempus eloquentiæ ſtudia deſeruerunt.

EPISTOLA XII.

Ad quemnam hæc epiſtola ſcripta ſit, divinare vix poſſumus, hac autem occaſione data eſt : „Cum rerum fere omnium pau-
„peres nos Cappadoces ſimus ; præ ceteris
„tamen eorum penuria laboramus , qui de-
„ſcribendis libris operam navant, idque cau-
„ſa fuit, cur tam ſero litteris te alloquar.
„Nam cum ante multum temporis hæreſeos
„(Eunomii) confutationem elucubraſſem,
„hominis, qui illam tranſcriberet, copia non
„erat: quoniam vero nunc Dei munere no-
„bis adeſt & qui deſcribat, & ab aliis
„deſcripta corrigat , miſi vobis tractatum
„iſtum; ut ad aggrediendos hoſtes promti &
„alacres reddamini.

EPISTOLA XIII.

Deſcribit in hac epiſtola Nyſſenus vel trigonalem vel alium ſimilem pilæ ludum, quo pilæ jactum a ſe dextre avertunt, cui illos comparat, qui ſimulata amicitia alios injuriis inceſſunt.

EPISTOLA XIV.

